

**AA**000 404 807 0



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



REESE LIBRARY  
ON THIS  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Received Mar. 27 1893.

Accession PA  
6105  
V24  
v.30

Valpy -  
Delphin classics.

Southern Branch  
of the  
**University of California**  
Los Angeles

Form L 1

PA  
6105  
V24  
v.30

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8, '26



Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation





M. TULLII CICERONIS

O P E R A.

VOL. XI.



M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITÆ.

75851

VOLUMEN SEPTIMUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.



5070]



AD POPULUM ET EQUITES ROMANOS

ANTEQUAM IRET IN EXILIU.M.

*Hæc oratio est inelegans, inconcinna, insulsa, atque inepta, denique vix Latina. Itaque qui eam Ciceroni ascribunt, eadem opera regi alicui opulento vestem aliquam crasso filo tritam, ac laceram circumdent.*

---

i. 1. Si quando inimicorum impetum propulsare ac propellere cupistis, defendite nunc universi unum, qui, ne omnes concideretis,<sup>a</sup> ardoreque flammæ<sup>a</sup> conflagraretis, mei capitum periculo<sup>b</sup> non dubitavi providere. Nam, quem virtutis gloria cum summa laude ad cœlum extulit,<sup>i</sup> eundem inimicorum invidia indignissime oppressum deprimit ad supplicium. Si liberum conceptam dulcedinem animo inclusam continetis,<sup>z</sup> nolite eo velle carere, qui carissimam vestram procreationem sibi esse duxit. 2. Est enim liberale officium, serere beneficium, ut metere possis fructum. Fidei conductit, in loco, debitum retribuere: illic enim animi voluntas propensa comprobatur; hic memoria col-

<sup>a</sup> Periretis.

NOTÆ

<sup>a</sup> Ardoreque flammæ] Cicero detegendo coniurationem Catilinæ, eripuit urbem ab incendio, quam flammis perdere conjurati volebant.

<sup>b</sup> Mei capitum periculo] Cicero consul ab iis interfici debebat, ut sape dictum fuit in Catilinariis.

laudatur. Itaque, si omnibus grave servitutis jugum<sup>3</sup> esse debet in libertate educatis; sit is vestris animis acceptissimus, qui a vestro corpore jugum acerbissimum repulit servitutis. 3. Et, si majores vestri eos imperatores, qui militum virtute hostium fregerunt furorem, jucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solum statuis<sup>4</sup> dignos putarunt, sed etiam æterna triumphi laude decorarunt; tum vos eum consulem, qui non militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem civium mentem se-natus auctoritate vindicavit, existimate vobis retinendum in civitate esse.<sup>5</sup> 11. 4. Si, quæ beneficia<sup>6</sup> singulis civibus, privatimque dantur, ea solent iis esse fructuosa, a quibus sunt profecta; jure et merito possum ego vos ad defensionem meæ salutis adhortari, quos conservavi universos. Nam neque majus est defendere unum, quam populum; neque verius a singulis, quam ab omnibus repetere officii præmium et fructum: propterea quod in unius periculo sæpe contentio parva est, ut levis sit labor defensori sustinendus: in reipublicæ insidiis, quo firmius est quod op-pugnatur, eo paratores sunt inimici, ut iis sine<sup>6</sup> magna solicitudine, industria, virtute non queat resisti. 5. Et singulorum opes sæpe sunt tenues, et infirmæ ad gratiam referendam, ut opitulari benemerentibus non queant, si maxime cupiant: universorum auxilium eo plurimum prodest, quod firmioribus opibus<sup>7</sup> est nixum. Jure igitur, quoniam et major impensa in patriam officii est,<sup>8</sup> quam in privata fit defensione, et plus a vobis præsidii, quam a ceteris opis



CAP. I. 1 Junt. extulit ad cælum.—2 Eadem retinetis.—3 Junt. habet jugum servitutis, et mox is omittit.—4 Car. Steph. statu.—5 Junt. et Orell. esse in civitate.

CAP. II. 6 Junt. nisi, et mox resisti non queat.—7 Junt. et Lamb. quo firm. op.—8 Junt. et Otho Werdmuller (Tiguri, 1551.) officii facta est; sic

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Statuis] Statuæ in Capitolio, vel in curia, bene meritis de patria civibus erigebantur.

<sup>d</sup> Si quæ beneficia] Si pudet ingratii

animi sui civem privatum hominem, certe totum populum Romanum multo magis pudere debet.

ad salutem potest afferri; vos obtestor, quos mihi et debere et posse intelligo opitulari. 6. Non convenit enim, cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam<sup>9</sup> esse tardiores; ne, cujus amplitudinem ac gloriam laude atque honoribus amplificare debeatis, ejus incolumitatem et salutem deserendam existimatis. III. Etenim errat,<sup>10</sup> si quis arbitratur, M. Tullium idcirco in capitis periculum vocari, quod deliquerit aliquid, quod patriam læserit, quod improbe vixerit. Non citatur reus audaciae: virtutis reus citatur. Non accusatur, quod rempublicam vi<sup>1</sup> oppugnarit, sed quod homo novus perniciosum nobilium restinxerit furorem.<sup>e</sup> Non obest mihi turpis et nocens, sed honestissime laudatissimeque acta vita. Non odio bonorum, sed invidia premor malorum. 7. Intelligunt homines, tot et tam<sup>2</sup> præclaris testimoniis monumentisque virtutis comparatis, M. Tullio, dum sit incolmis, fore voluptati: idcirco vitam eripere cupiunt, ut<sup>3</sup> cum spiritu sensu quoque adimant jucunditatis. Nonne igitur indignum est, eos præmiis meis invidere, qui virtute certare noluerunt? eos in contentionem honoris venire,<sup>4</sup> qui officiis se superari æquissimo animo tulerunt? Si dulcis est gloria, consequere virtutem: noli abjecere labores, petere honorem:<sup>5</sup> honorem dico? immo vero famam, fortunas, familiam, liberos, caput, corpus, ipsum denique sanguinem, et animam.<sup>6</sup> Cedo invitus de republica: cedo oppressus de fortuna, de dignitate: discedo a republica victus audacia malorum. 8. Liceat manere, si non illum M. Tullium, custodem urbis, defensorem omnium, patrem patriæ; at certe reliquias Tullii: liceat in conspectu civium, in hac urbe,



etiam Lamb. Tum, Car. Steph. in priv. fuit def.—9 Junt. ad gratiam ref.

CAP. III. 10 Junt. Errat enim.—1 Car. Steph. vi omittit.—2 Tot etiam et tam Junt.—3 Junt. et Werdmuller uti.—4 Junt. et Orell. venire honoris.—

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Nobilium restinxerit furorem]* Catilina erat e præcipuis Romæ familiis: Lentulus vero Catilinæ socius patricius, et ex illustrissima Corneliorum gente procreatus.

quam ex parricidarum faucibus eripuit, remanere, tecta omnium, fana Deorum, universam videre periculo liberatam suo civitatem: liceat ex hac flamma evolare, præsertim qui illud impium incendium perditorum hominum lacrymis potius meis, quam sanguine vestro restingui malui.<sup>5</sup> Neque enim peto, ut mili detis vitam; sed datam repeto, ut reddatis. Si meministis quod dedi, vos non debetis oblivisci, sed retribuere quod debetis. 14. 9. Vos, vos obtestor,<sup>6</sup> Dii immortales, qui meæ menti lumina prætulistis, cum consensum extinxi conjurationis, arcemque urbis ab incendio ac flamma liberavi, liberosque vestros e gremio<sup>7</sup> et complexu matrum ad cædem et cruentem non sum passus abstrahi. Num igitur potest fieri a clientibus ut recipiar, cum, a quibus debeam retineri, rejicere instituant? Socii quo fugiant,<sup>8</sup> cum aditus custodi patriæ præclusus sit? Quomodo spes salutis reliquis residuebit, cum civibus præclusa sit expectatio incolumitatis? Pax et concordia extraneis gignetur, cum jam domesticis non insideat, sed publice providenti eripiatur? 10. Nam quid ego improborum facta renovem oratione, ut redintegratione illius conjurationis animos vulnerem vestros? Auxilium ab alienis efflagitabo, cum cives vestros deseratis?<sup>9</sup> Sociorum invocem subsidium, cum a civibus interclusum sit præsidium? Quam colere gentem nunc instituam? utrum ut custos accipiar, an ut proditor excludar? si ut conservator, vestra erit ignominia; sin ut<sup>2</sup> oppugnator, præcisa erunt omnia. Itaque quod putavi fore gaudium, id extitit exitium. 11. Si, Quirites, eundem in ceterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus, et pro innocentissimo quoque propugnare, et nocentissimum quemque oppugnare nobis utilissimum esse arbitraremur; et si cum optimi cujusque rebus adversis nostram salutem, cum



<sup>5</sup> Idem perdere honorem.—<sup>6</sup> Junt. et Orell. sang. atque animam.—<sup>7</sup> Junt. extingui malui. Post Neque enim Junt. Car. Steph. et Orell. addunt ego.

CAP. IV. —<sup>8</sup> Car. Steph. vos omnes obtestor.—<sup>9</sup> Junt. Werdmuller, et Lamb. a gremio.—<sup>10</sup> Junt. et Orell. fugient.—<sup>1</sup> Car. Steph. efflagitabas, cum cives deseratis.—<sup>2</sup> Junt. Werdmuller, Car. Steph. et Lamb. si ut.

deterrimorum hominum secundis, nostra pericula putaremus conjuncta; frequentes profecto talibus conatibus obviam ire niteremur: neque partim innocentia freti, partim nobilitate nixi, partim potentia ac multitudine amicorum fulti, cum persicile existimaremus adversariorum vim ac factionem a nobis repellere posse, subito ipsi simili periculo circumventi, in nostro eventu aliorum reminiscentes casus, jure id nobis accidere nequicquam quereremur. v. 12. Quis enim est, Quirites, qui nunc, cum inimicorum nostrorum vim atque violentiam perspiciat,<sup>2</sup> quique nostrum ipsum periculosissimum casum recognoscet, qui non sibi ac suis diffidat fortunis? Quo enim se satis tutum arbitrabitur praesidio? Virtutis et gloriae? At ea nos ipsa hoc tempore oppugnant. Multitudine amicorum? Aperuerunt non fortes esse se amicos,<sup>3</sup> si in eorum potestate nostra sita salus non est. Paucitate inimicorum? At id non in ipsis, sed in aliorum voluntate positum est: nam non satis est, ne cui injuriam facias, providere, si tamen sunt voluntarii inimici, qui tuis præmiis te<sup>4</sup> oppugnent. 13. Atque cum hæc omnia omnibus sint gravia atque acerba, tum vero nobis misera atque intoleranda, quorum et officia in rem publicam recentissima, et incommoda ob rem publicam frequentissima in familia versantur. Nunc si eadem conditio disceptationis proponetur,<sup>5</sup> æqui auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminazione, sed vacuae præbebuntur; qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispolabuntur honore; qui sperant,<sup>6</sup> facilius et proclivius ad laudem nobilitatis pervenient. Quamobrem nolo me duce supplicii vos ad fraudem deduci, ut ego ad pristinum statum recidam casus. Nunc igitur, si lingua est concertandum; innocentiae virtute fretus supero.<sup>7</sup> Si facta compensanda sunt; conferamus æquitatem. Si violentiae impetu oppri-

CAP. V. 2 Junt. habet *prospiciat*, et mox ipsum omittit.—3 Apparuere fortasse amicos Car. Steph.—4 Junt. et Orell. *tuis te præmiis*. Mox, *Atque adeo cum* Junt. Werdmuller, Car. Steph. et Orell.—5 Werdmuller et Lamb. proponeretur: Car. Steph. *proponatur*.—6 Junt. et qui sunt .... et qui sperant.—

mimur; cedam<sup>8</sup> pro omnibus unus tribunio furori, quoniam laborem pro cunctis ferre<sup>9</sup> consuevi. vi. 14. Si igitur aliquo tempore iis hominibus consuluitis, quorum animus est religionis pietate defunctus; debetis mihi quoque prospicere, qui numini Deorum<sup>10</sup> consecratum sartum tectum<sup>f</sup> ab omni piaculo conservavi, et vos ut tutam tranquillamque fortunam traheretis, mea perfeci vigilancia. Nam me, quem paulo ante fortuna crexerat ad gloriam, virtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem; eundem tribuni furor<sup>g</sup> exagitatus depulit ad calamitatem. Et quoniam animadvertisisti illam conspirationem conflamatam, ita esse restinctam, ut nulla scintilla compareat incendi, vos quoque tribuniciam sedate temeritatem, (qui nunc se mihi inimicum ostendit, se prius esse vestrum<sup>1</sup> professus est inimicum) ne rei crudelitas experta in me, in vos convalescat, et calamitas remorata longius serpat atque progressiatur, præcavete. 15. Nunc vel solus delectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale<sup>2</sup> periculum, omnium animos jure debeo commovere. Omnia sunt immutata. Manus ad demonstrandam religantur injuriam: lingua inciditur ad deplorandam calamitatem: animus<sup>3</sup> præcluditur ad exponendam rei indignitatem. Humilitatem generis objiciunt nobis, qui novam rationem suscitant, veteres majorum obterunt laudes. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos scelerate loquar factis? quorum cognita improbitas, me tacente, coarguitur turpitudine<sup>4</sup>

.....

<sup>7</sup> Eadem superero.—<sup>8</sup> Werdmuller et Orell. decedum.—<sup>9</sup> Junt. et Orell. preferre.

CAP. VI. 10 Werdmuller et Orell. qui numen Deorum, &c. Junt. qui numini Deorum cons. ac sartum tectum: Car. Steph. qui numini Deorum cons. sartum ac tectum. Mox, tutam et tranquillam fort. Junt.—<sup>1</sup> Junt. et Orell. se vestrum prius esse. Mox, Junt. in me experta.—<sup>2</sup> Junt. et Orell. ad tale vocatus.—<sup>3</sup> Orell. anima.—<sup>4</sup> Car. Steph. turpitude.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Sartum tectum*] Sartum tectum vulgo ab antiquis dictum fuit pro totius rei summa et integritate. Sarte Sarcire porro est integrum reddere.

<sup>g</sup> *Tribuni furor*] Clodium intelligit, cuius furore et amentia in exilium pellebatur.

vitæ, ut de iis non sit necesse inimicos prædicare,<sup>h</sup> de quorum scelere non amici quidem, aut ipsi possunt negare. 16. Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas. Apud vos loquor de mea calamitate, quos habui semper innocentiae et virtutis meæ testes. vii. Igitur ex civitate benemeritus de republica civis exturbatur? innocens expellitur? consularis homo non facultatibus usus quondam minimis, amicorum multorum præsidio munitus, nunc partim ab invidis, partim ab inimicis circumventus, eget indigne? Huic si opeū non tuleritis in periculo capitis, vos, credo, retinebitis vestram libertatem? qui neque tanta valitis auctoritate, neque tantorum officiorum impensam egistis<sup>b</sup> in patriam. Mihi credite, hoc in uno incommodum confirmatum multorum infirmabit incolumitatem: et si initio non erit refutatum, impune ad omnium perniciem convalescat. Proinde aut in meo periculo salutem integrum præstate communem, aut in vestris hoc idem incommodum expectate fortunis. 17. Nemo tam<sup>s</sup> perdita auctoritate, tam facinorosa inventus est vita, qui, cum de scelere fatetur, non tamen sententiis prius judicum convinceretur, quam supplicio addiceretur. Ego repente vi tribunicia correptus, non modo loquendi libere in judicio, sed ne consistendi quidem in civitate habeo potestatem. Ejicior non solum sine teste, sine indice,<sup>6</sup> sine crimine, sed sine accusatore, sine etiam scelere. 18. Hostibus in bello, qui dissident voluntate, dimicant armis, vitam quotidie oppugnant, in ipsa acie cum præliauantur, licet loqui, licet disputare: mihi in pace, civi, qui perditorum hominum fregi furorem, pro fortunis meis apud vos loqui non licebit? Servi, qui ad supplicium cæsi verberibus<sup>7</sup> trahuntur, apud eos sæpe

<sup>b</sup> Retulisti gratiam.

NOTÆ

CAP. VII. 5 Jnt. Nemo enim tam.—6 Jnt. et Car. Steph. sine judice. Tun, Lamb. sed sine etiam scelere, sine accusatore.—7 Jnt. verberibus cæsi.—

<sup>h</sup> Prædicare] Verbum istud, ‘prædicare,’ hic in malam partem sumitur.

disputant, quos necare voluerunt: ego consularis apud vos<sup>8</sup> non loquar, quos conservavi? Tacebo, si necesse est: tacebo, inquam, animo æquo,<sup>9</sup> quoniam virtus mea, me tacente, agit causam meam. **VIII. 19.** Itaque ut ego in concione mea nihil ponam de rebus meis gestis, tamen in animis et memoria vestra largiter relinquam.<sup>10</sup> Isti modo videant, qua ratione hanc inultam meam fugam ferre possint. Etenim si a me, ut isti existimant, Lentuli mortui sordes,<sup>1</sup> si Catilinæ notissimus furor, si amentia Cethegi, si luxuries ac supra Cassii pœnas repetunt; profecto istis hora nulla, ejecto Tullio,<sup>1</sup> vacua periculo, aut periculi expectatione relinquetur. Itaque illi in dies<sup>2</sup> non meis insidiis, quæ nullæ a me parantur, sed suorum scelerum conscientia cruciati, mihi absenti, et populo Romano pœnas dabunt. **20.** Quas ob res ego inimicorum amentiæ, cupiditatique paucorum, omnium salutis causa, dedecam: neque eo deducam,<sup>3</sup> aut progredi patiar, ut opera mea manus inter vos conseratis, cædesque civium inter se fiat:<sup>4</sup> multoque potius ipse patria liberisque meis carebo, quam, propter unum me, vos de fortunis vestris reique publicæ dimicetis. Sic enim ab initio fui animatus, ut non magis me mea causa putarem esse natum, quam reipublicæ procreaturn. **21.** Sed illud queror, (quod non jam ad unius perniciem, sed ad universorum instruitur calamitatem) conqueri, commiserari, dicere, expurgare, suspicionem dimovere, crimen diluere non licere: ore oppresso cervices esse præbendas: quæ tamen omnia jam<sup>5</sup> non sunt tam calamitosa, quod mihi sunt subeunda, quam perniciosa, quod in rempublicam



<sup>8</sup> Junt. et Car. Steph. *apud eos.*—<sup>9</sup> Junt. et Orell. *æquo animo.*

CAP. VIII. <sup>10</sup> Car. Steph. *in animi vestri memoria largitum relinquam.*—

<sup>1</sup> Junt. Werdmuller, et Orell. *ejecto M. Tullio.* Statim, Junt. *vacua a peric.* aut *exspect. peric.*—<sup>2</sup> Car. Steph. *ita in dies.*—<sup>3</sup> Junt. Werdmuller, et Lamb. *deducar.*—<sup>4</sup> Junt. *fiant, et mox ipsa patria.*—<sup>5</sup> Car. Steph. *jam omittit.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Lentuli mortui sordes]* Lentulus imperfectus. Cethegus porro, et Cassinus e conjuratis in carcere fuerat sius erant in eadem conjuratione.

sunt introducta. IX. Quamobrem statutum est, atque decretum, in his temporibus civitatis omnia perpeti, quæ vollet furor libidinosus. Vim volunt afferre? Præsto sum. Ejicere volunt? Exeo indicta causa. Nolunt audire? Causam non dico. Aliud quidpiam conantur? Agant. Nihil duri, nihil acerbi mibi erit, quod rempublicam tutabitur. Non enim illis *victus*<sup>6</sup> cedo, sed in columbus vobis me condono. 22. Neque enim mors miseranda est, quæ ob rempublicam capitur; neque exilium turpe, quod virtute suscipitur; cum præsertim nonnullam hæ pœnæ habeant in se consolationem. Nam vitam si eripiunt, non adiment gloriam immortalem: si exilio mulctabunt corpus,<sup>7</sup> non animum a republica removebunt. Nam, ubique cum ero, hoc<sup>8</sup> cogitabo, hæc semper cura mea erit: meque vobis erectum, non a vobis repudiatum existimabo. 23. Illud ab universis postulo petoque,<sup>9</sup> si, dum in civitate manere licitum est, nemini injuste periculum creavi, nemini innocentí fui calamitati, si omnibus auxilio præsidioque esse consuevi, plurimosque in hac civitate sum tutatus; uti vos liberos meos in vestram fidem recipiatis, eosque defendatis, neve inimicos meos in familiam nostram longius progredi patiamini: utique, sive hinc abiero, sive ero hic oppressus,<sup>10</sup> ea maneat opinio, et existimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata est. x. 24. Nunc ego te, Jupiter<sup>k</sup> Optime Maxime, cuius<sup>1</sup> nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, teque particeps connubii, socia regni, regina Juno, teque Tritonia,<sup>1</sup> armipotens Gorgophora<sup>z m</sup> Pallas Minerva, ceterique Dii, Deæque immortales,



CAP. IX. 6 Junt. et Orell. *victus illis*.—7 Junt. *gloriam, mortale si exilio mulctabunt corpus, &c.*—8 Eadem *hæc*.—9 Junt. *peto postuloque*.—10 Eadem *hic ero oppr.*

CAP. X. 1 Junt. *Maxime O Mars cuius*.—2 Junt. Car. Steph. et Lamb.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Te, Jupiter*] Precatione utitur ad ostendendam periculi gravitatem.

<sup>1</sup> *Tritonia*] Tritonia Minerva dicta

est, quod olim juxta lacum Tritonis in Africa virginali habitu visa sit.

<sup>z m</sup> *Gorgophora* [*Gorgonophora*] Gor-

qui excellenti tumulo civitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutam, ut non solum cunctam intueri, sed etiam tueri possitis civitatem; a quorum ego quondam altaribus impiam manum civium<sup>3</sup> removi; a quorum templis, meo periculo, funestam facem repuli, ne illustrissimum orbis terrarum monumentum cum principe omnium terrarum occideret civitate: teque, Jupiter Stator,<sup>4</sup> quem vere hujus imperii statorem majores nostri nominaverunt; cuius in templo hostilem impetum Catilinæ repuli a muris;<sup>4</sup> cuius templum a Romulo, victis Sabinis, in Palatii radice cum Victoria est collocatum: oro atque obsecro, ferte opem pariter reipublicæ, cunctæque civitati, meisque fortunis; resistite tribunicio furori; favete innocentiae, subvenite solitudini, miseremini senectutis; nolite eum supplicem a vobis absterrere et excludere, qui in suo magistratu funestam facem a vestris repulit templis. 25. Si C. Mario<sup>5</sup> auxilio fuistis, quod in clivo Capitolino improborum civium cædem fecerat; si P. Scipioni,<sup>6</sup> quod Hannibalis furibundam mentem a vestris repulit templis; si

---

*Gorgona: Werdmller Gorgonia.—3 Junt. civium manum, et mox repuli faciem.—4 Eadem cuius a templo ... repuli ac muris.—5 Al. fecerat cædem.*

#### NOTÆ

gonia, vel ab agilitate, vel a terrore dicta est; γοργὼν enim vel quod agile est, vel terrible significat: vel etiam Gorgonia dicitur, quod in clypeo Medusæ Gorgonidis expressam effigiem habebat.

<sup>4</sup> *Jupiter Stator*] Jupiter Stator a stando dictus est, quod in eo loco, in quo profungi Romani constiterant, templum erectum est. Vide Liv. I. i. Porro in eo templo Cicero senatui coniurationem paratam a Catilina apernit.

<sup>5</sup> *Si C. Mario*] Cum Saturninus tribunus plebis, et prætor Glancia motus in civitate concitassent, M. Aemilius Scaurus C. Marium, sextum con-

sulatum gerentem, ut se populo conticato exponeret, hortatus est, et libertatem ac leges defenderet. Hic protinus arma sibi afferri jussit, ac ultima senectute confectum, et pæne dilapsum iis corpus induit, spiculique innixus ante fores curiæ constitit, et ne respublica expiraret, effecit; nam senatum et equestrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.

<sup>6</sup> *Si P. Scipioni*] Post Cannensem pugnam cum multi deficerent, P. Scipio, nondum vigesimum quartum ætatis annum agens, stricto gladio, ne patriam relinquerent, jnrare coegerit, et paulo post patriam liberavit.

denique Cn. Pompeio,<sup>q</sup> quod terra marique hostes reddidit pacatos; sic nunc in meis calamitatibus aliquam ferte opem divinam, ut saepe multorum in periculis fecistis; sic nunc in meis miseriis divinum aliquod auxilium et numen ostendite. xi. 26. Deinde vos, quorum potestas proxime ad Deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro, quibus singillatim saepe supplex ad pedes jacui, ut eum, quem singuli stratum atque abjectum sublevastis, nunc universi conservatum velitis. Si neminem unquam vestrum laesi, si nemini innocentii obsui, si etiam<sup>6</sup> e contrario, ut quisque auxilium meum desideravit, opem ferre non dubitavi; si denique, quaecunque administravi, ex vestra auctoritate, et patrum conscriptorum voluntate feci; si malui inimicorum cupiditati, quam reipublicae et legitimæ auctoritati poenas sufferre; ut existimetis ex illo crudelissimo inimicorum impetu ereptum, in antiquum statum dignitatis restitui convenire. 27. Sed quoniam neque mihi libere loquendi,<sup>r</sup> neque vobis clementer audiendi, neque omnino judicandi, paucorum furore et audacia, facta est potestas; sed oppressa est respublica armis, metu debilitata servili, ut liberum spiritum ducendi nullam habeat potestatem; cedam inermis armatis, innocens nocentibus, privatus suribundo magistratui. Neque enim Q. Metellus<sup>s</sup> quicquam de virtute sua detraxit, quod cessit L. Saturnino furenti; neque C. Cotta,<sup>t</sup> quod Q. Vario,<sup>7 u</sup> tribuno plebis,

CAP. XI. 6 Car. Steph. sed etiam.—7 Junt. Werdmuller, Car. Steph. et

#### NOTÆ

<sup>q</sup> *Si Cn. Pompeio]* De Pompeio fuse dictum est in oratione pro Lege Manilia.

<sup>r</sup> *Libere loquendi]* Clodius Ciceroni omnibus vicis occurrebat stipatus hominibus contumeliosis et temerariis; qui petulanter eum exagitantibus, luto et lapidibus in eum conjectis a dicendo deterrebant.

<sup>s</sup> *Q. Metellus]* Q. Metellus Numi-

dicus in exilium ire maluit, quam jurare in legem Saturnini, tribuni plebis.

<sup>t</sup> *C. Cotta]* C. Cotta, orator insignis, pulsus tribunatu, ejectus est in exilium.

<sup>u</sup> *Q. Vario [Q. Varroni]* Varro ad consulatum ex macellaria patris taberna evectus est.

inferiore genere orto, cedendum putavit; neque C. Marius,<sup>x</sup> qui, quantas res gesserit, vestra vobis libertas iudicio<sup>y</sup> esse poterit; neque vero M. Tullius suum animum vestra<sup>z</sup> abalienavit potestate, cum præcipuum vobis obsidem sui animi vestram reliquerit libertatem. 28. Quamobrem testor Deos, Deasque omnes<sup>10</sup> immortales, vestrasque maxime mentes, me non vitæ turpitudine, non pro magnitudine scelerum, non propter reliquæ ætatis infamiam, pœnas jure et lege persolvere; sed propter virtutis invidiam, propter jucundissimam ingenii laudem, propter magnitudinem rerum gestarum, crudelissime civitate privari. Quodsi idem accidit Q. Cæpioni,<sup>y</sup> si Mancino,<sup>z</sup> si Rutilio;<sup>11</sup> mihi quoque hoc accidisse non magnopere erit mirandum, cum præsertim non generis antiquitate, sed virtutis ornamenti summam laudem sim consecutus. 29. Nunc ego vos, equites Romani, obtestor, quorum virtute nomen Romanum victoriam cum laude possidet conjunctam, quorum factis gloriantur cives, lætantur socii, gemunt hostes; ut, si erga vos omni tempore optime fui animatus, si mea pericula neglexi, dum timorem a patria propulsarem; si æque liberis vestris prospexi, ac vos parentibus consuestis; ut nunc me velitis vestris opibus defensum, incolumem in hac civitate retinere; quæ cum a scelerata conjuratione esset incensa, meo ductu ac labore restincta est: nec patiamini me a liberis meis abstractum, a conjugé abreptum, ab aris focisque innocentem projectum



Orell. Q. Varroni. Mox, orto genere Junt.—8 Junt. Werdmuller, Car. Steph. et Orell. indicio.—9 Eadem a vestra.—10 Car. Steph. omnes omittit.—1 Junt. et Werdmuller Statilio.

#### NOTÆ

\* *Neque C. Marius]* Marius, post multas victorias reipublicæ partas, et relatos triumphos, gestosque consulatus, a Sulla ex urbe pulsus est.

<sup>y</sup> *Q. Cæpioni]* Q. Servilius Cæpio damnatus est ob legem frumentariam per vim repudiatam.

<sup>z</sup> *Mancino]* Vide orat. pro Cæcina,

§ 98. not. et de Harusp. Resp. § 43. not.

<sup>a</sup> *Rutilio]* Rutilius summæ vir fuit probitatis, ac juris scientia conspicuus. Consulatum gessit cum Mallio A. U. C. 649. et postea a Sulla pulsus in exilium fuit.

vitam degere in exilio, miserrimi mortalis casum subire.  
 30. Projicitur Tullius in exilium. At a quo? nimirum<sup>2</sup> innocens ab inimico, religiosus a scelerato, benevolus huic civitati ab hoste. O misera vitæ ratio, quæ tamdiu resides in voluptate, quamdiu fortunæ poscit libido! Egone inimicus huic civitati? quamobrem? quia inimicos necavi. Egone hostis? quid ita? quia hostes interfeci. En<sup>3</sup> conditionem hujus temporis! Antea gloria et laude dignissimi ducebantur, qui hæc perfecerunt; nunc scelerati et parricidæ esse dicuntur, qui hæc administrarunt. Sint sane scelerati: superet istorum victoria, si modo Victoria appellanda est, in qua civitatis inest luctus: habeant hanc palмam ex innocentis cruce. Tantum a vobis illud,<sup>4</sup> equites Romani, peto et rogo, ut, quem sæpenumero vestra laude coonestastis, eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conservetis.



CAP. XII. 2<sup>o</sup> *Exilium. Ita nimirum Junt. exilium. Itaque nimirum Werd-muller, Car. Steph. et Lamb.—3 Junt. Heu.—4 Junt. Car. Steph. et Orell. Tantum illud a vobis.*



# D E P A C E

## ORATIO.

---

[EX ED. OLIVETI.]

---

### ARGUMENTUM.

Postridie quam C. Julius Cæsar in senatu interfectus est, M. Antonius, ejus in consulatu collega, in ædem Telluris senatum convocavit. Hanc ibi orationem Cicero, sententiam rogatus, habuit. Hujus ipse initio Philippicæ primæ meminit. Sic enim loquitur: ‘Nec vero usquam discedebam, nec a republica dejiciebam oculos ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus. In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis, Atheniensiumque renovavi vetus exemplum: Græcum etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis usa erat civitas illa; atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui.’ Hanc eandem orationem Dio Cassius, libro Historiarum quadragesimo quarto, verbo ad verbum integrum refert. *Merovillæus.*

1. SEMPER existimavi, patres conscripti, rectum esse, ut qui sententiam hoc loco<sup>a</sup> dicturi sunt, ii neque odio neque gratia moveantur; sed quod optimum reipublicæ quisque judicat, id in medium afferre studeat. Nam si ab imperatoribus et consulibus consilio gerenda esse omnia ducimus; eosdemque, si quid commiserint, judiciorum severitati, etiam in iis quæ casus aut fortuna affert, subjectos esse putamus; indignum sit in dando con-

### NOTÆ

<sup>a</sup> *Hoc loco*] Per locum hunc, senatum intelligit, qui tunc in æde Tellu-

ris habebatur, quo eum Antonius, post mortem Cæsaris, convocaverat.

silio, in quo animum mentemque nostram in nostra potestate habemus,<sup>b</sup> privata commoda publicis anteferre. 2. Ego, patres conscripti, semper ea mente fui, ut, quæ utilia æquaque viderentur, consilia de republica afferrem; quod quidem hoc præsertim tempore facturus sum: in quo si concordiam, abjecta contentione et fastidio,<sup>a</sup> inter nos confirmabimus, et ipsi incolumes erimus,<sup>b</sup> et alios vel invitatos conservare poterimus.<sup>c</sup> At metuo ne male.<sup>d</sup> Sed nolo initio orationis meæ male quicquam ominari; nam non dudum est, cum qui arma in manibus habebant, ii non raro dominatum<sup>e</sup> in civitate tenebant: ita ut vobis quæ fieri vellent, ut statueretis, imperarent;<sup>f</sup> vos autem nihil statuebatis eorum,<sup>g</sup> quæ ab ipsis fieri velletis. 3. Nunc vero res eo loco<sup>c</sup> sunt, ut vestro arbitrio liceat vobis constituere<sup>d</sup> quid placeat; in vestra enim potestate est, aut concordiam<sup>e</sup> una cum libertate amplecti, aut seditionem bellumque civile suscipere; quo fiet, ut postea tyranno serviatis:<sup>h</sup> atque in eo, quod hodie a vobis decretum fuerit,

<sup>a</sup> Superbia.<sup>b</sup> Stabilimus salutem nostram.<sup>c</sup> In eo statu.<sup>d</sup> Imponere.<sup>e</sup> Pacem.

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Animum mentemque nostram in nostra potestate habemus]* A longo tempore liber non fuerat senatus in sententia dicenda, propter Cæsaris dictatoris potentiam, quam sibi summam usurpaverat: itaque eo extincto jam unicunque licet libere mentem aperire.

<sup>c</sup> *Alios vel invitatos conservare poterimus]* Multi e præcipuis reipublicæ civibus, metu Cæsaris, vel in exilium voluntarium profecti fuerant, aut aberant Roma, ac maxime Cæsaris interfectores, cives alioquin præstansissimi, quos omnes jam tuto esse in republica contendit.

<sup>d</sup> *At metuo ne male]* Veretur autem Cicero ne tam utilia reipublicæ consilia parvum audiantur; quia restant aliqui, qui perniciose semper de bo-

nis civibus cogitant. Videtur autem hic M. Antonium indicare, qui Cæsaris collega, et ejus addictus, ut qui maxime, partibus, nleisci mortem ejus volebat.

<sup>e</sup> *Ii non raro dominatum]* Julium Cæsarem aperte petit, qui sibi summam rerum omnium auctoritatem a victoria Pharsalica vindicaverat.

<sup>f</sup> *Statueretis, imperarent]* Invidiose pungit Cæsarem, et qui partes ejus sequebantur: nam ita senatni dominabantur, ut nihil decerneret, nisi quæ illis decernenda videbantur.

<sup>g</sup> *Nihil statuebatis eorum, &c.]* Tam tam illorum tyrannidem fuisse dicit, ut nec ipse senatus decernere ansus esset, quæ ab illis fieri volebat, ita nulla erat ejus anctoritas.

<sup>h</sup> *Tyranno serviatis]* Si bellum ite-

reliqui omnes mortales consentient.<sup>i</sup> 4. Quæ cum ita sint, patres conscripti, necessarium arbitror, ut discordias atque inimicitias omnes, quæ inter vos fuerunt, deponatis; et ad illam antiquam pacem concordiamque redeatis: illud saltem vobiscum reputantes, quamdiu illi in hac civitate viguerunt, gloriam, opes, urbes, socios accessisse. Postea vero quam dissidere inter nos armis cœpimus, non modo non potentiores, sed longe debiliores, nos in dies factos esse.

5. Evidem, patres conscripti, usque adeo nulla ratione hoc rerum statu posse conservari civitatem judico, ut nisi hodierno die statim bonum ceperimus consilium, ea post erigere ac relevare non possimus. Cogitate quam verum sit, quod dico, tum præsentia cernentes, tum vetera memoria repetentes. Quid agatur, vos ipsi videtis. Populus Romanus iterum distrahitur atque discerpitur; hi unam, illi aliam partem<sup>k</sup> secuti. In duas partes abidere: duo exercitus in urbe sunt. Pars Capitolium cepere,<sup>l</sup> tanquam urbe a Gallis capta:<sup>m</sup> pars forum obsidere<sup>n</sup> parant, tanquam sint Carthaginienses,<sup>o</sup> non Romani. Annon audi-

## NOTÆ

rum suscipiatur, periculum esse ait ne iterum tyranno, Antonio videlicet, respublica serviat; quia Antonius Cæsar habebat exercitum, quo uti contra civitatem poterat.

<sup>i</sup> Reliqui omnes mortales consentient] Hinc sibi conciliat senatus benevolentiam, cuius tantam esse auctoritatem ait, ut ejus decretis populi omnes obtemperatur sint.

<sup>k</sup> Hi unam, illi aliam partem] Interfecto Cæsare, alii adhæsere Bruto et Cassio, a quibus fuerat interemptus; alii Lepido et Antonio, qui stabant pro Cæsare: quos omnes facile erat ad seditiones in urbe excitandas impellere.

<sup>l</sup> Pars Capitolium cepere] Non prius cædem commiserunt Brutus et Cassius, quam statim in Capitolium con-

cesserunt, quo se contulere plurimi nobiles; quo etiam ascendit Dolabella, qui consulatum invasit.

<sup>m</sup> A Gallis capta] A. U. C. 363. Galli, Romano exercitu, qui eis occurrerat ad Alliam, fuso fugatoque, in urbem ingressi, tecta omnia disturbarunt ac incenderunt, cum pars civitatis robustior Capitolium, in quod se receperat, teneret. Septem menses a Gallis obsessum est, ac tandem illi a Camillo expulsi sunt: unde alter Romulus dictus est.

<sup>n</sup> Pars forum obsidere] Cum audivit Lepidus interfictum fuisse Cæsarem, cuius acerrime partes sequebatur, noctu militibus forum occupavit, et prima luce contra Cæsaris percussores concionem habuit.

<sup>o</sup> Carthaginienses] Carthaginienses

vistis secessionem in hac urbe factam sæpenumero fuisse, adeo ut alii Aventinum,<sup>p</sup> alii Capitolium,<sup>q</sup> pars Montem Sacrum occuparint?<sup>r</sup> Quoties in concordiam aut æquis conditionibus, aut alii aliis de suo jure nonnihil remitten-tes redierunt, statimque odia deposuerunt, reliquum tem-pus in tanta pace in tantaque concordia permanserunt, ut multis et magnis victoriis communiter potirentur. Quoties vero cunque in se conversis armis mutuam cladem atque perniciem procuraverunt; alteri ut eos, qui priores arma cepissent, ulciscerentur; alteri ne quo modo inferiores esse viderentur; ex eo nullum commodum est consecutum.

**6. Quid enim apud vos, patres conscripti, qui optime nostis, plura dicam de Valerio,<sup>s</sup> de Horatio,<sup>t</sup> de Saturnino<sup>u</sup>**

## NOTÆ

tria bella gesserunt adversus Romanos, a quibus victi sunt.

<sup>p</sup> *Aventinum*] Mons Aventinus unus ex septem Romæ collibus fuit; ita dictus, vel a multitudine avium, quibus confertus erat; vel ab Aventino, Albanorum rege, qui ibi sepultus est; vel ab adventu; quia cum a reliquis Romæ montibus paludibus discretus esset, ratibus ad eum adventabatur.

<sup>q</sup> *Alii Capitolium*] Mons Capitoli-nus unus e montibus Romanis fuit. A capite Toli, quod ibi repertum est dum arcis ibi exstructæ fundamenta jacerentur, Capitolinus dictus est, cum antea Mons Tarpeius, a Tarpeia, virgine Vestali, diceretur.

<sup>r</sup> *Montem Sacrum occuparint*] Mons Sacer trans Anienem fuit, tria ab urbe passuum millia. Hos porro montes, cum plebs seditionibus esset distracta, occupare conabatur. At nulla secessio major facta est, quam cum pertæsa belli, iterum, ob renova-tum ab Æquis populis bellum, ad illud prodire jussa est per consules: at, anctore Siénio quodam, consulibus non obtemperavit, sed Sacrum

Montem occupavit: eo anno integro revocari in urbem non potuit. Ta-men unius Agrippæ Menenii oratione commota rediit, hac lege, ut magistratum et ipsa sibi e sno corpore contra patriciorum potentiam ac vim creare posset. Qui autem ab illa creatus est, tribunus plebis dictus est.

<sup>s</sup> *De Valerio*] Valerius ille, qui Publicola dictus est, cum de Veientibus, ac deinde de Sabinis triumphasset, in regni affectandi suspicionem venit. Quo andito, graviter apud populum, quod tale quid de se timuisset, con-questus est, maluitque in concione secures, et reliqua ornamenta dignitatis submittere, quam armis illatam sibi injuriam vindicare.

<sup>t</sup> *De Horatio*] Cum interfectis Horatiis duobus et tribus Curiatiis, in singulari certamine pro patria suscep-to, alter Horatius superstes fuisse ac victor, ac conviantem sibi sororem interfecisset, vocatus in iudicium capitum, populi suffragiis libera-tus est.

<sup>u</sup> *De Saturnino*] L. Saturninus homo seditionis fuit, qui tribunus plebis

et Glaucia,<sup>x</sup> de Gracchis,<sup>y</sup> quorum exempla, et ea non extera, sed domestica, partim imitari, partim fugere<sup>z</sup> omni contentione debetis? Ac tanquam re ipsa finem earum rerum, de quibus deliberatis, ante perspectum habueritis, nequaquam existimate, mc hac oratione verba tantum fundere; sed vetera cum præsentibus conferre, ut, quantum intersit reipublicæ mature prospicere, intelligatis. Ita fiet ut non opinione incerta ducti, spes inanes sequamini, sed rationum firmitate nixi, tutissima consilia capiatis. 7. Nam nec exemplis externis uti volui, quamvis innumeris uti potuisse. Unum tamen illius præstantissimæ atque antiquissimæ civitatis<sup>a</sup> commemorabo, e qua majores nostri

## NOTÆ


legem agrariam per vim ferre voluit. Hic cum Capitolium occupasset, jussu senatus cum suæ coniunctionis sociis occisus est.

<sup>x</sup> *Glaucia*] Hic Glaucias Saturnini satelles fuit, quem promovere ad præfutram, ut aliis placet, aliis, ad consulatum voluit. Is Memminum summum competitorem in Campo Martio necandum curavit: at a Mario cum Saturnino interfectus est.

<sup>y</sup> *De Gracchis*] Tiberius Gracchus et Caius, generosissimæ indolis juvenes, et eloquentiæ gloria clarissimi, cum nimis populo stupererent, cum leges agrarias, perpetua seditionum semina, vellent reducere; Tiberius a Pub. Nasica in concione interfactus est: biennio post Caius, cum in Capitolium configisset, Opimii consulis imperio occisus est.

<sup>z</sup> *Partim imitari, partim fugere*] His exemplis Cicero invidiam ab illis qui Cæsarem interfecerunt, removere intendit, et indicare mortem ejus non mediocriter reipublicæ profutram, quam summa sua potentia funditus exterminare videbatur; adeoque enim imitari neminem debere, sed eos potius qui publicæ tranquillitatis vindices extiterunt.

<sup>a</sup> *Antiquissimæ civitatis*] De Athenis loquitur, quas laudat ab antiquitate. Porro hæc urbs, Macedoniam inter et Achaiam, in ea littoris parte quæ quondam Acta dicebatur, sita est, et deinde Attica nuncupata. Hanc omnium primus Cecrops condidit, a quo Cecropia dicta est; postea Mopsopia a Mopso; tum Ionia; tandem a Minerva, quam Græcis Ἀθῆναι dienunt, Athenæ nominata est. Huic igitur Athenarum civitati primus Cecrops dominatus est, cuius imperium ille ac posteri, ab eo deinceps usque ad annum octingentesimum sexagesimum sextum, quasi per manus traditum tenuere, quorum decem et septem regum nomen tulerunt, viginti vero archontum. Constitutum autem est illud imperium annos ante quam a Græcis in Asia Ilium caperetur, trecentos septuaginta quinque; quam Olympiades in Græcia inirentur, septingentos septuaginta duos; quam urbs Roma a Romulo in Latio condetur, septingentos nonaginta sex; ut merito Athenienses, inter sapientiæ, fortitudinis, eruditioñis, et eloquentiæ laudes, quibus longe Græcis ceteris præstiterunt, antiquitate etiam imperii, et gentis vetustate



leges nonnullas petere non dubitaverunt. Turpe namque fuerit, si cum et potentia et sapientia multo superiores Atheniensibus simus, deteriora illis consilia ceperimus. Itaque hi cum inter se valde dissiderent,<sup>b</sup> ac non modo intestinis malis, verum etiam Lacedæmoniorum armis subacti essent, ab his miseriis se ante liberare non potuerunt, quam in concordiam redierunt, et decretum fecerunt, ut quamvis inter eos multæ res indignæ intercessissent, ἀμνηστίᾳ amen illa salutari, oblivioneque sempiterna abolerentur; nec ullo modo quisquam vindictam adversus alterum moliretur. 8. Hac moderatione, lenissimoque decreto, non modo se a seditione et tyrannide asseruerunt, verum etiam ceteris rebus omnibus floruerunt; civitatem recuperaverunt; Græciæ imperium obtinuerunt;<sup>c</sup> ac denique Lacedæmonios<sup>d</sup> Thebanosque,<sup>e</sup> ut, vel conservarent,

## NOTÆ

gloriarī possint.

<sup>b</sup> *Hi cum inter se valde dissiderent]* Cum Athenis crudelins triginta tyranni in cives agerent, in varias urbes illi profugerunt, quos Thrasybñlus cum miserabiliter dispersos videret, eos animis pariter atqne armis confirmatos in patriam, Pylo Atticæ regionis castello occupato, victisque prælio tyrannis, reduxit, pacem inter cives componit, ac principes seditionis interficit: at ut insignem deinde restitutione libertatis victoriā clariorem aliquanto moderationis laude faceret, plebiscitum interposuit, ne qua deinceps rerum præteritarum mentio fieret. Hæc oblivio, quam Athenienses ἀμνηστίᾳ vocare, labentem civitatis statum in pristinum splendorem revocavit.

<sup>c</sup> *Græciæ imperium obtinuerunt]* Dum suis legibus floruere Athenienses, totos sibi Græciæ populos subjecerunt.

<sup>d</sup> *Lacedæmonios]* Lacedæmonii, totius fere Græciæ populi fortissimi, saepe cum Atheniensibus congressi

sunt; at ab iis fere victi semper. Dum Athenienses regibus parerent, Dores, qui Peloponnesum incolebant, Atheniensibus, quod Megarenses in coloniam redegissent, bellum intulerunt. Athenienses, Codro rege dñe, cum ex vaticinio quodam, se pro patriæ salute devovisset, victoriā retulerunt. Spartani, qui intra portas irruperant, ad aras Eumenidum se receperunt, et incolumes dimissi sunt. Hoc primum bellum cum Lacedæmoniis fuit: cum vero archontes anni Athenienses regerent, ac cum Lacedæmonii et Thebani adversus se societatem inivisse audivissent, cum eis congressi sunt et duobus præliis eos fugarunt duce Myronide. Cum Megarenses ab Atheniensibus ad Lacedæmonios defecissent, ab Atheniensibus, vastato Attico agro, funduntur. Præter hæc, bella alia, quæ socialia dicta sunt, ab iisdem Lacedæmoniis cum Atheniensibus gesta sunt, a quibus aut viciores discessere, aut si victi, statim pace composita, inter se fœdus ini-

vel everterent, s<sup>æ</sup>pe in sua potestate habuerunt. Quod si qui Phylen<sup>f</sup> occupaverunt, et e Piræo<sup>g</sup> in urbem ab exilio redierant, ulcisci eos propter injurias acceptas, qui in urbe remanserant, voluissent, non temere fortasse fecisse vide-rentur; multorum tamen malorum causas et dedissent et accepissent. 9. Ut enim adversariis superiores præter spem fuerant, sic forsitan post inferiores extitissent. Nihil in hujusmodi rebus stabile, nihil firmum est, ne tum quidem cum maxime fortuna blanditur: multique qui ea confisi sunt, post ceciderunt: multi quoque vindictam de suis adversariis sumere volentes, tantum abest, ut ulti sint, ut potius ipsi perierint. Neque enim si cui facta injuria est, idcirco superior est; nec qui patientia superior est, idem statim victoria: sed uterque humanæ inconstantiæ, fortunæque temeritati subjectus est: ac s<sup>æ</sup>penumero non eum exitum habent res, quem homines sperant, sed quem fortunæ temeritas affert. 10. Cum his de causis, tum contentionis studio quodam homines fiunt audaces (qui enim injuria affectus est, aut qui se affectum existimat, in furorem agitur), s<sup>æ</sup>peque supra vires res periculosas aggrediuntur, sperantes se aut superiores fore, aut certe non sine amici sanguine inferiores. Idem quoque nunc victores, nunc victi; nunc viribus superiores, nunc inferiores: hi funditus pereunt, illi Cadmea victoria<sup>h</sup> potiuntur: ac progressu temporis, cum mala, quæ secuta sunt, corrigi nequeunt, se tum demum malo usos consilio vident; quod quidem vos rc ipsa discere potuistis: et nunc id ipsum in

## NOTÆ

vernnt.

<sup>e</sup> *Thebanosque*] Thebani a Philippo Macedonum rege superati sunt, quo mortuo, ab Alexandro ejus filio recesserunt: at cum illi ab eo veniam et pacem petere recusassent, post acerrimam pugnam, et multam utrinque cædem devicit, atque omnes, nullo nocentium aut innocentium discrimine, universos sustulit.

<sup>f</sup> *Phylen*] Phyle arx fuit munitis-

sima Athenis vicina.

<sup>g</sup> *E Piræo*] Piræus portus Athenarum fuit, qui quadringentas naves continere potuit; isque tutissimus propter murum quo ubi conjunctus erat; et triplex nominatus, quia tres erant in eo stationes.

<sup>h</sup> *Cadmea victoria*] Cadmea victoria pro sanguinolenta et crudeli proverbialiter ponitur.

nostrorum hominum exemplis attendite.

11. Marium in discordia civili<sup>i</sup> ad tempus potentem vidimus : qui cum urbe profligatus esset,<sup>j</sup> alterum exercitum post comparasset,<sup>k</sup> quantas clades dederit, vos optime meministis : et ut Cinnam, Strabonem,<sup>l</sup> atque alios taceam,

<sup>j</sup> Ejectus.

### NOTÆ

<sup>i</sup> *Marium in discordia civili*] L. Sulla et Q. Pompeio coss. anno urbis 665. cum L. Sullæ mandatum esset bellum contra Mithridatē gerendum, Marius incredibili ardens ejus belli gerendi cupiditate, P. Sulpiciū tribunū plebis impulit, ut lege lata Sullæ, qui adhuc in Campania reliquias Italici belli persequebatur, imperium abrogaret, atque ab eo bellum ad se transferret. Quam legem cum Sulpicius Q. Pompeio consule adversante ita tulisset, ut filium etiam consulis, Sullæ generum, occidisset, Sulla iratus, Romam exercitum adduxit, factoqne cum inimicis levī prælio, urbem ingressus, Capitolium tanquam victor invasit, atque ex senatusconsulto duodecim iunieos viros præcipuos urbe excgit, ac in primis Marium, quos lege lata exules fecit. Sulpiciū assentiū equites in Laurentini paludi bus jugulavere ; caputque ejus erectum, et ostentatum pro Rostris, velut omen proscriptionis fuit. Marius vero post sextum consulatum nudus ac limo obrutus in Minturnensium paludibus delituit, ut insequentes se Sullæ equites evitaret. Injecto in collum loro, hinc extractus in carcere Minturnensium conjectus est. Inmissum, ut interficeretur, Germanum militem, his verbis, 'Tnne audes Caium Marium occidere ?' a cæde deterruit. Instructum viatico Minturnenses in navem imposuerunt, qua vectus in Africam venit ad filium, ac vitam inopem in tugurio ruinarum Carthaginiensium toleravit.

<sup>k</sup> *Alterum exercitum post comparasset*] Marius a Cinna revocatus ab Africa, ei se adjunxit, et impetum in urbem fecere, quam cædibus implevere. Octavius consul capite truncatur, et caput ejus pro Rostris positum ; M. Antonius gladiis militum Cinnæ et Marii jussi confoditur ; Q. Catulus sibi mortem infert; plerorumque prætorum ac consularium capita in Rostris, ne corporibus quidem sepulturæ mandatis, exponuntur. Sulla hostis judicatur, ejus leges abrogantur, bona publicantur, diruitur domus, amici mactantur, uxor et ejus filii quæsiti ad mortem vix evaserunt. Denique nihil illa victoria fuisset crudelius, ut Velleius ait, nisi mox Suliana secuta fuisset.

<sup>l</sup> *Strabonem*] Cn. Pompeius, Magni pater, Strabo cognominatus est. Hic, dñm bellum Cinna patriæ inferret, frustratus spe continuandi consuls, ita se dubium mediumque partibus præstitit, ut omnia ex proprio, non usu reipublicæ ageret, temporibusque insidiari videretur, et hoc atque illuc, unde spes major potentiae affulgeret, se exercitumque defleceret, sed ad ultimum magno atrocique prælio cum Cinna conflixit : cuius commissi patratique sub ipsis moenibus, sociisque urbis Romanæ pugnantibus, spectantibusque, quam fuerit eventus exitiabilis, vix verbis exprimi potest. Quibus peractis, cum utrumque exercitum, quasi non satis debilitatum, vastaret pestilentia, Pompeius excessit e vita, cuius interitus

qui medio tempore extiterunt;<sup>m</sup> Sulla cum initio potens fuisset,<sup>n</sup> nonne post ipse inferior fuit? qui cum iterum crevisset, nullum genus crudelitatis<sup>o</sup> sibi reliquum fecit. Quid de altero Mario,<sup>p</sup> deque eodem Cinna,<sup>q</sup> de Carbone,<sup>r</sup> de Le-

## NOTÆ

voluptas amissorum aut gladio, aut morbo civium pæne damno compensata est: populusque Romanus, quam vivo iracundiam debuerat, in corpus mortui contulit. Ita fere Paterculus, *Hist. Rom. lib. II.*

<sup>m</sup> *Qui medio tempore extiterunt]* Eos intelligit, qui dñces in republica inter Sullæ consulatum et ejus dictaturam extitere.

<sup>n</sup> *Sulla cum initio potens fuisset]* Sulla ex illustrissima Scipionum familia fuit, qui cum rebus ubique feliciter gestis claresceret, omnium soffragiis consul renuntiatus est, ei- que bellum Mithridaticum commis- sum est.

<sup>o</sup> *Nullum genus crudelitatis, &c.]* Rerum potitus Sulla dictator creatus est, statimque consul, collega Metello Pio, ut aliqua reipublicæ forma servaretur; sed in eo munere quicquid in urbe remanserat crudeliter persecutus est, et tantum absfuit ut rempublicam legibus vindicatam redderet, ut ipse totam possederit, ac se talem præbuerit, ut Cinnæ ac Marii dominatio quæreretur: nam ut de illo Cicero dicit, nemo illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere potuit.

<sup>p</sup> *Quid de altero Mario]* Caius Marins, Marii septimum consulis filius, viginti quinque aut sex annos natus consulatum invasit; quem honorem tam immaturum mater flevit. Hic patri sævitia similis enriam armatus obsedit, inimicos trucidavit, quorum corpora in Tiberim præcipitavit. In apparatu belli quod contra Sullam præparabatur, apud Sacriportum vigiliis ac labore defes-

sus, sub dio requievit, et absens victus, fugæ, non pugnæ interfuit: Præneste enim confugit, ubi per Lucretium Ofellam obsessus, tentata per cuniculum fuga, cum omnia septa intelligeret, jugulandum se Pontio Telesino præbuit. Ita Aurelius Victor de Viris Illustr.

<sup>q</sup> *Deque eodem Cinna]* Cinna, mortuo Mario septies consule, seipsum tertium consulem creavit, et in locum Valerii Flacci occisi, Carbonem sibi collegam assumisit. Cum autem Sulla trajiceret ex Asia in Græciam, et inde in Italiam cum florentissimo exercitu, ingentibus pecuniis, omni- que belli apparatu, et uincendi se nimia cupiditate flagrans, frustra ad ei obstandum paratis terra marique consulibus, Romæ summus timor injectus est. Frustra ad eum missi a senatu legati, nam eos superbe respuerunt: immo ut eum alliceret ad pacem, Cinnam a delectu militum cesare jusserat: sed nihil effectum est; nam seipsum consulem in annum sequentem designat. Consules autem, conscriptis legionibus, in Dalmatiam trajicere parabant, ut Sullæ occurserent, nou satis secundis sive ventis, sive suorum voluntatibus; quas cum Cinna etiam minis exasperasset, ab iis confossus interiit sub sui quarti consulatus initium. Reliquo anno solus Carbo consulatum gessit.

<sup>r</sup> *De Carbone]* Conflictatus Sulla cum Carbone, neutram in partem victoria inclinante; tandem desertus a snorum plurimis, qui ad Sullam confugerant, aut a Sullanis ducibus profligabantur, deserta Italia, fugit in Africam, ubi victus a Pompeio,

pido,<sup>s</sup> qui novos primum motus excitavit, ac totam fere Italiam perturbavit? Postea vero quam ab hoc tandem liberati fuimus, quis vestrum ignorat quot et quanta mala a Sertorio,<sup>t</sup> atque ab aliis qui cum eo ejusdem fugae comites fuerunt, sustinuerimus? 12. Quid de Pompeio et hoc ipso Cæsare<sup>u</sup> dicam? (ut omittam Catilinam et Clodium<sup>v</sup>) nonne, contemta affinitate qua juncti fuerant, infestis signis

## NOTÆ

et ad ejus pedes stratns, objnrgatus, occisus est. Hujus caput ad Sullam misit.

<sup>s</sup> *De Lepido]* Cum mortuus Sulla fuisset, M. Lepido et Q. Catulo coss. magnus ei honos a senatu habitus est: nam cadaver ejus per Italiam elatum est, atque in Campo Martio, repugnante Lepido, sepultum. Is legem de actis Sullæ rescindendis promulgavit, ut qui videlicet a Sulla proscripti erant, et civitatem et bona recuperarent. Huic cum Catulus, et boni omnes cum eo adversarentur, re in concionibus jactata, consules a senatu jurejurando adacti sunt, quod non armis controversiam decernerent. Sed defuncti magistratu in bellum eruperunt. Lepidus quippe persnasus sibi se cum magistratu juramento solutum esse, in Etruriam profectus est, atque inde arma et exercitum in urbem admovet: sed jam pontem Mulvinm, et Janiculum collem, Lutatins Catulus et Cn. Pompeius, Sullanæ dominationis duces, cum exercitu occuparant: a quibus primo statim impetu retro pulsus, hostisque a senatu iudicatus, incruenta fuga in Etruriam, indeque in Sardiniam recessit, ubi dolore animi ob rem male gestam obiit.

<sup>t</sup> *A Sertorio]* Sertorius partes Marianas secutus fuerat cum Cinna, sed abjecta spe urbis contra Sullæ dominationem conservandæ abiit in Hispaniam, quam prius prætor rexerat; ubi præsidium amicis in Italia op-

pressis, cum omnibus quæ ad bellum gerendum necessaria sunt, paravit. Hic sibi omnium Hispanorum benevolentiam conciliavit, quos Romanam militiam edocuit, qua exculti fortiores redditи sunt. Dux ille Lusitanorum factus, exiguo militum numero, urbes plurimas, quatuor Romanorum ducibus debellatis, superavit: Cottam enim vero navali pugna vicit; Phidiam, Hispaniæ prætorem, cum duobus civium Romanorum milibus occidit; Domitium proconsulē profligavit; Trajanum missum a Metello cum toto exercitu delevit: Pompeio fortiter obstitit: sed tandem proditus a Perperna, suæ factonis socio, in cœna perfide ac fraudulenter interfectus est.

<sup>u</sup> *Quid de Pompeio et hoc ipso Cæsare]* Pompeius gener Cæsaris fuit, quornm parem alter, alter superiore ferre non potuit. Eorum autem ambitio in tantum bellorum incendium erupit, ut ab urbe condita nec majus nec luctuosius reipublicæ acciderit, quo et totus orbis fere concussus est. At tandem Pompeius, licet numero superior, tamen a Cæsare superatus est, cuius ex clade respublica Romana misere eversa est.

<sup>v</sup> *Omittam Catilinam et Clodium]* De Catilinæ conjuratione fuse in Catilinariis; et de Clodii furoribus in orationibus pro Sextio, et pro Milone dictum est.

in pugnam descenderunt? Post, non modo civitatem nostram et reliquam Italiam, verum etiam terrarum orbem universum, infinitis miseriis et calamitatibus impleverunt. Sed dicat aliquis, post Pompeii necem<sup>y</sup> et tantam civium cladem, requies quædam ac tranquillitas secuta est. Quoniam modo? longe enim a pace abfuimus. Testis est Africa,<sup>a</sup> testis est Hispania,<sup>a</sup> quæ tot civium Romanorum corpora gremio suo exceperunt. At post has clades pacati fuimus: quid ita? Postquam Cæsar trucidatus, credo, hoc modo jacet;<sup>b</sup> et Capitolium occupatum est; et forum armatis refertum est; et tota ferme civitas trepidat.

13. Atque ita fieri solet, ut cum discordiæ inter aliquos exardescunt, hique semper vim vi opponere conantur, ignari vim omnem æQUITATIS et HUMANITATIS expertem esse, omniaque ex libidine et licentia, quam armis obtinet, gerere; necessario infinitorum malorum orbis<sup>c</sup> quidam conflatur, et continua crudelitatis vicissitudo. Nam et victor injuriis victimum onerat, nec finem ullum facit nocendi: et qui victus est, nisi forte statim perierit, suam calamitatem indignatus, in continua est ulciscendi libidine eum a quo læsus est, donec animus ejus expleatur. Quo fit ut reliqua multitudo, quamvis expers fuerit earum partium, ex

<sup>c</sup> Cursus.

#### NOTÆ

<sup>y</sup> Post Pompeii necem] Pompeius, victus acie Pharsalica, fugere in Ægyptum compulsa est; quo cum appulisset, ab Achilla interfactus est, et ejus caput ad Cæsarem delatnm.

<sup>a</sup> Testis est Africa] Tantum abfuit ut interfecto Pompeio, et multis cibibus Romanis occisis in acie Pharsalica, pax secuta sit, ut etiam gravius bellum exarserit in Africa: nam multi cives Romani, duce Scipione, cum iterum in Cæsarem castra movere vellent, quinquaginta millia prælio cæsa sunt. Cato Uticæ sibi violentas manus intulit, ne in Cæ-

saris potestatem<sup>x</sup> veniret: Scipio cum Damasippo, classe superata, inferit.

<sup>a</sup> Testis est Hispania] Filii Pompeii in Hispaniam, post mortem patris, trajecerant, ut ibi bellum reparent; sed variis cladibus affecti, tandem a Cæsare, qui huc Roma profectus est, superati sunt: quam provinciam Antonio regendam commisit.

<sup>b</sup> Credo, hoc modo jacet] Cæsar et Pompeius mortui sunt; neque tamen respirat respublica, quia jam novum bellum occupato Capitolio paratur.

misericordia tamen erga eum qui victus est, et ex invidia adversus victorem; simul eadem timens, simul se posse eadem in alium facere confidens, ad opem ferendam accurrat; atque ita integri<sup>h</sup> et quieti cives ad novam seditionem excitantur, et alii aliis in eadem calamitate succedunt: quæ res, tanquam legitima, in orbem ducitur, dum se illa ratione tuentur, velle se eos, qui oppressi fuerunt, ulcisci: qui quanquam ut sors tulerit, discedunt, rempublicam tamen prorsus evertunt. Quid? nonne ipsi cernitis, quot jam annos civilibus bellis attriti simus? quot et quæ mala interea et sustinuerimus ipsi, et alios sustinere coegerimus?

14. Quid hoc gravius dici potest? quis magnitudinem pecuniarum, quibus socios nostros exhausimus, et quibus fana spoliavimus, enumerare possit? quam pecuniam in eos contulimus, in quos minime debeamus; atque in mutuas cædes exitiumque coñsensimus. Quis multitudinem eorum, qui ceciderunt, non dico aliorum, quorum numerus reperiri non potest, sed equitum et senatorum, qui singuli non modo vita, verum etiam morte sua hanc rempublicam contra externa arma tutari potuissent?

15. Quot quæso Curtii,<sup>c</sup> quot Decii,<sup>d</sup> quot Fabii,<sup>e</sup> quot Marcelli,<sup>f</sup> quot Sci-

<sup>h</sup> Pacati.

#### NOTE

<sup>c</sup> *Curtii]* Curtius, juvenis Romanus egregiæ fortitudinis, qui cum terra ingenti hiatu desedisset, ac respondisset oraculum, eam non coitaram, nisi quis se in hiatum immisisset, in eum con senso equo se præcipitem immisit.

<sup>d</sup> *Decii]* Cum Latini bellum Samnitibus, foederatis populi Romani, facerent, ac Romanum evocati arma ponere juberentur, superbo responso, quo alterum consulem e Latio fieri petierunt, bellum Romanum in se converterunt. Castra autem adversus eos Torquato et Decio consulibus ad Capuam habentibus, in quiete utrique audire visum est, ex una

acie imperatorem, ex altera exercitum Diis Manibus, Matrique Terræ deberi; utrius exercitus imperator legiones hostium, superque eas se devovisset, ejus populi partisque victoriam fore. Itaque inter eos convenit, ut cuius cornu in acie laboraret, Diis se Manibus devoveret. Factum est ut post, inita ad Veserim pugna cum hoste, inclinante Decii parte, ipse et hostes per M. Valerium pontificem Diis Manibus devoverit; et impetu in eos facto, morte sua victoriam suis pepererit.

<sup>e</sup> *Fabii]* Per Fabios quinquaginta fere annis Samnites subacti ac domiti sunt.

piones<sup>g</sup> interficti sunt; <sup>h</sup> non contra Samnites, aut Latinos, aut Hispanos, sed contra suos cives, contra patriam pugnantes ipsi quoque perierunt? Ac de iis qui in acie ceciderunt, etsi queri possumus, non tamen quantum de aliis qui extra pugnam<sup>i</sup> interficti sunt: quod hi volenter depugnarunt (si volentes dici possunt, qui metu compulsi sunt), qui quanquam non merita morte affecti sunt, tamen fortiter in communi Marte<sup>j</sup> occubuerunt: ac dum Martis<sup>k</sup> eventum expectant, ut vel vincerent vel vincerentur, sine metu ceciderunt. 16. Sed quis pro merito eos deplorare possit, qui miserabiliter in viis, in foro, in senatu, in Capitolio, non modo viri, sed etiam mulieres; nec juvenes tantum, verum etiam senes et pueri necati sunt? Tantis enim nos mutuo affecimus malis, quanta ab hostibus nostris nunquam passi sumus, quantaque illi a nobis nunquam sustinuerunt. Necdum tamen ingemiscimus: necdum nos fortiter a tantis malis vindicare contendimus: verum laetamur, et dies festos agitamus, eosque, qui horum auctores malorum extiterunt, beneficos (si Diis placet) appellamus. 17. Evidem hanc barbariem belluarum potius, quae se mutuo conficiunt, esse existimo, quam hominum. Sed quoniam præterita mutare non possumus, de iis, quae facta sunt, jam queri desinamus; et ad ea potius, quae futura sunt, animum intendamus. Idcirco enim præteriorum mentionem feci, ut ex illis futura provideremus, non ut communes nostras miseras enumerarem (quae utinam nunquam evenissent), sed ut eorum commemoratione exemplorum efficerem, ut, quae reliqua sunt, possetis conservare.

<sup>g</sup> Prælio.<sup>h</sup> Belli.

## NOTÆ

<sup>i</sup> Quot Marcelli] Marcellus Syracusas expnognavit, easque imperio Romano subjecit.

<sup>g</sup> Scipiones] A Scipionibus Hispania et Africa devicta est.

<sup>h</sup> Interfecti sunt] Ut ostendat quanta sit bellorum civilium<sup>j</sup> calamitas, ait in illis, non inferiores superiori-

bns illis ducibus bene multos cecidisse, a quibus tantus reipublicæ splendor, et dignitas accedere facile potisset.

<sup>i</sup> Extra pugnam] Eos subindicat qui proscripti sunt, et misere ab antoribus bellorum civilium necati sunt.

Is etenim solus ex malorum commemoratione fructus percipi potest, ut caveamus in posterum, ne in eadem mala rursum incidamus. 18. At nos, patres conscripti, hoc tempore id ipsum facere præclare possumus, dum recens est malum, nec dum multi convenere. Et qui commoti sunt, partim spe victoriæ elati, partim imperium detrectantes, etiam contra privatæ utilitatis rationem temere in discrimen sese conjiciunt. Vos igitur hæc omnia sine labore, sine periculo, sine sumtu, sine hominum cædibus ad exitum optatum deducetis, si modo senatusconsultum feceritis, ut mutuae injuriæ perpetua oblivione deleantur. 19. Quod si a quibusdam peccatum est, nunc tamen tempus non est vel curiosius indagandi, vel coarguandi, vel ulciscendi: neque enim nunc nobis propositum est judicis severa facere, aut diligentius in quenquam inquirere. Illud potius videndum, qua ratione res praesentes in tutum collocari possint: quod quidem efficere non poteritis, nisi aliqua in parte cesseritis,<sup>1</sup> feceritisque, quod patres erga filios solent, quorum non omnia delicta pro suo jure castigant, in plerisque vel necessario conniventes. Nam mediocria peccata non sunt acriore poena animadvertisenda, sed potius moderate corrigenda. 20. Jam igitur nos, qui vere, et re ipsa, non sola appellatione, populi Romani communes patres sumus, omnia exquisitius perquirere haud decet, ne si in simul conficiamur.<sup>2</sup> Possent Cæsari multa objici, quibus jure cæsus videri posset: multa quoque iis, qui eum occiderunt, quibus poena digni forte viderentur: verum id esset eorum, qui denuo rem in certamen vellent adducere. Itaque qui bonum et utile consilium volunt capere, eos summo jure agere non oportet, quod eis incommodare possit; sed potius æquitate retinenda studere debent se ipsi conservare.

21. Quæcum ita sint, patres conscripti, præterita obliuione obruite, quasi tempestate aut alluvione aliqua ceciderint, atque inter nos sit summa consensio; utpote inter proximos, ut inter cives, ut propinquos. Ac ne quis exis-

<sup>1</sup> Pepercératis.

<sup>2</sup> Percamus.

timet, me iis, qui Cæsarem interfecerunt, gratificari velle, quod partes Pompeii secutus fuerim, unum modo verbum dicam, (nam omnino vos omnes ita de me persuasos arbitror, ut me nunquam mea causa quenquam vel amasse vel odisse,<sup>k</sup> sed vestra tantum, ac communis concordiæ et libertatis, sentiatis) illud, inquam, unum dicam: a me tantum abesse, ut in alium finem hæc verba faciam, quam ad communem salutem, ut censeam a vobis reliquis Cæsaris amicis non solum ea condonari debere, quæ præter consuetudinem Cæsare freti admiserunt, verum etiam honores, beneficia, magistratus, quæ ab illo acceperunt, conservari: quanquam eorum quædam mihi non probentur. 22. Neque enim auctor vobis sim, ut hujusmodi nunc decernatis:<sup>1</sup> verum quando ea sic ceciderunt, utilius esse censeo, vos non nimium severos earum rerum judices agere. Detimenta enim, quæ ab hoc vel illo accipietis, qui plus habent quam æquum, quanquam merita eorum postulare videantur, non erunt tanta, quanta erunt commoda, quæ ex cordia consequentur, si neque metum, neque contentionem inter eos excitabitis, qui aliquando potentes extiterunt. Hæc ad præsentis temporis necessitatem, mihi, quæ dicem, in mentem venerunt. Cum vero res compositæ fuerint, tunc de reliquis deliberandum erit.

## NOTÆ

- <sup>k</sup> *Mea causa quenquam rel amasse rel odisse]* Profitetur Cicero se non sua, sed tantum reipublicæ causa Pompeium amasse; et si quando si- multatem aliquam cum Cæsare habu- erit, eam pariter reipublicæ causa sumsisse.
- <sup>1</sup> *Hujusmodi nunc decernatis]* Testatur nolle se, ut quid gravius in Cæsaris amicos decernatur.



# F R A G M E N T A,

## EX ORATIONIBUS.

---

### PRO M. TULLIO. Orat. I.

*Priscianus lib. vi.*—Hoc judicium sic expectatur, ut non unæ rei statui, sed omnibus constitui putetur.

*Quintil. iv. 2.*—Fundum habet in agro Tigurino<sup>1</sup> M. Tullius paternum.

*Victorin. de Invent. i.*—Dico, vim factam a P. Fabii familia: adversarii non negant. Damnum datum esse M. Tullio concedis: vici unam rem. Vi, hominibus armatis: non negas: vici alteram. Dolo malo: factum negas: de hoc judicium est.

*Marcianus Capella l. v.*—Damnum passum esse M. Tullium, convenit mihi cum adversario. Hominibus armatis rem esse gestam, non inficiantur. A familia P. Fabii commissam,<sup>2</sup> negare non audent. Jam dolo malo factum ambigitur.

*Quint. lib. v. cap. de refutatione.*—Quis hoc statuit unquam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, ut eum jure potuerit occidere, a quo metuisse se dicat, ne ipse posterius occideretur.

*Rufinius in Apophysi.*—Si quis furem occiderit, injuria

---

<sup>1</sup> Al. *Thyrino*.—<sup>2</sup> Patricius volebat *P. Fabii vim commissam*, et suspicabatur hoc fragmentum cum superiore idem esse, verbis tantum diversis a diver-

occiderit. Quamobrem? quia jus constitutum nullum est. Quid si se telo defendcrit? (haud<sup>3</sup>) injuria: quid ita? quia constitutum est.

### PRO L. VARENO. Orat. II.

*Severian.*—Amici deficiunt, cognati deserunt.

*Prisc. lib. vii.*—In inimicissima civitate urgent, instant, insequuntur studio,<sup>4</sup> multitudine, pecunia, perjurio pugnant.

*Ibid.*—C. Ancharius Rufus fuit e municipio Fulginate.

*Ibid.*—In præfectura Fulginate.

*Quint. v. 13.*—Cum iter per agros et loca sola facret, cum Populeno, in familiam Ancharianam incidisse dixerunt. Deinde Populenum occisum esse, illico Varenūm vinctum, asservatum, dum hic ostenderet, quid de eo fieri vellet.

*Quint. vii. 1.*—In legem de sicariis commisit L. Varenus: nam C. Varenūm<sup>5</sup> occidendo, et Cnæum vulnerando, et Salarium item occidendo, cadit.

*Quint. iv. 1.*—Tum C. Varenus, is, qui a familia Anchariana occisus est. Hoc quæso, judices, diligenter attendite.

*Quint. viii. 3. et Prisc. l. iii.*—L. ille Septimus diceret: etenim est ad L. Crassi eloquentiam gravis, et vehemens, et volubilis. Erucius hic noster, Antoniaster est.

*Prisc. l. xii.*—Ea cædes si potissimum<sup>6</sup> criminis datur, detur ei cuja interfuit, non ei cuja nihil interfuit.



sis auctoriis Victorino et Marciano recitatum.—3 Olim omittebatur haud ante injuria; quod Patricius e conj. primus inseruit. Nonnulli, teste Patricio, sic legunt, *Si quis furem occiderit, haud injuria occiderit, quamobrem? quia jus const. nullum est.* Quid si se telo defendrit? injuria. Quid ita? quia const. est.

4 ‘*Lego, insequuntur: studio.*’ Patricius.—5 ‘*Nam C. Varenūm*] Videndum an Ciceronis sit: Quintilianus enim neminem citat, sed exempli tantum loco ponit. Cujuscunque autem sit, pro *L. Varenūm*, quod olim legebatur, lego *C. Varenūm*: sicut et Aldini libri indicant, et res ipsa.’ Patricius.—6 ‘*Ea cædes si potissimum*] Reposui rō potissimum ex meo Prisciano, lib. xii. in fine: nisi quod ibi quoque non suo loco repositum videtur. Plane enim ita sentio legendum esse, *Ea cædes si criminis datur, detur ei potissimum cuja interfuit.*’ Patricius.

*Quint.* v. 10.—Optio vobis datur, utrum velitis, casu illo itinere Varenum esse usum, an hujus persuasu et inductu.

*Prisc.* l. vii.—Deum fidem.

### CUM QUÆSTOR LILYBÆO DECEDERET.

Orat. III.

\* *Fronto.*—Quod non detrectare militiam, sed defendere provinciam judicata est.

### PRO P. OPPIO. Orat. IV.

*Quint.* v. 10.—Utrum cum Cottam appetisset, an cum ipse sese conaretur occidere, telum ei e manibus ereptum est?

*Quint. ibid.*—Quos educere invitox in provinciam non potuit, eos invitox retinere qui potuit?

*Quint. xi. 1.*—At enim verisimile non est, tantum scelus M. Cottam esse commentum. Quid? hoc verisimile est, tantum scelus Oppium esse conatum?

*Fronto.*—Questusque mecum est.

*Marcell. l. x.*—Etenim multum posse ad salutem alterius, honori multis: parum potuisse ad exitium, probro nemini fuit.

*Quint. ix. 2.*—O amorem mirum! o benevolentiam singularem!

### PRO C. MANILIO. Orat. V.

*Nonius, Confiteor.*—Hoc ego non solum confiteor, verum etiam profiteor.

### PRO M. FUNDANIO. Orat. VI.

*Deest principium.*

*Prisc. l. vii.*—Non modo hoc a Villio Annale,<sup>7</sup> sed vix, mehercule, a Q. Mutone factum probari potest.

<sup>7</sup> Edd. vett. *Julio Annate.*

*Prisc. l. vi.*—Essetne id, quod Meno nuntiasset.

*Servius in Georg. ii.*—Arcades se proselenos esse asserunt.

*Servius in Aeneid. ix.*—Commissura.

*Acro in Poët.*—Puneta.

*Boët. de Definit.*—Descriptsistine ejus necessarium, nostrum competitorem? istum ipsum, cuius nunc studio et gratia tota accusatio ista munita est.

## PRO C. CORNELIO I. ORAT. VII.

*Cujus fragm. servavit Asconius.*

*Prisc. l. vi.*—Ut ab Jove Optimo Maximo, ceterisque Diis Deabusque omnibus, opem et auxilium petamus. *Hoc fragmentum orationis Cornelianæ ad primam refertur a Grævio.*

**ARGUMENTUM ASCONII.**—Cornelius homo non improbus vita habitus est. Fuerat quæstor Cn. Pompeii, dein tribunus pl. C. Pisone<sup>8</sup> consule, biennio ante quam hæc dicta sunt. In eo magistratu ita se gessit, ut iustior, sed pertinacior<sup>9</sup> videretur. Alienatus antem a senatu ex hac causa, Retulerat ad senatum, ut, quoniam exterarum nationum legatis pecunia mutua magna daretur usura, turpiaque et famosa ex eo lucra fierent, ne quis legatis exterarum nationum pecuniam expensam ferret: cuius relationem repudiavit senatus; et decrevit satisfactum videri eo S. C. quod ante annos aliquot Cn. Domitio, C. Cælio consulibus factum erat, cum senatus ante pauculos annos illo S. C. decrevisset, ne quis Cretensis pecuniam mutuam daret. Cornelius ea re offensus senatui, questus est de ea re in concione, exhaustiri provincias usuris, providendum ut haberent legati unde in præsentia pecuniam creditoribus darent: promulgavitque legem, qua auctoritatem senatus minnebat, ne quis, nisi per populum, legibus solveretur: quod antiquo quoque jure erat cautum. Itaque in omnibus S. C. quibus tum aliquem legibus solvi placebat, adjici erat solitum, ut de ea re ad populum ferretur: sed paulatim ferri erat desitum, resque jam in eam consuetudinem venerat, ut postremo ne adjiceretur quidem in S. C. de rogatione ad populum ferenda, eaque ipsa S. C. per pauculos admodum fiebant. Indigne eam Cornelii rogationem tolerant potentissimi quique ex senatoribus, quorum gratia magnopere minnebatur. Itaque P. Servilius Globulus, tribunus pl. inventus erat, qui C.



8 [L. Pisone] Et hic et paulo post, pro L. reposui C. ex Pediano paulo post, et ex historia. Manut.—9 Ed. vet. justior pertinacior: unde Manut.

Cornelio obsisteret. Is, ubi legis ferendæ dies venit, et præco, subjiciente scriba, verba legis recitare populo cœpit, et scribam subjecere, et præconem pronnatiare passus non est. Tum Cornelius ipse codicem recitavit, quod cum improbe fieri C. Piso consul vehementer quereretur, tollique ea re tribuniciam intercessionem<sup>10</sup> diceret, gravi convicio a populo exceptus est: et cum ille eos, qui sibi intentabant manus, preendi a lictore jussisset, fracti ejus fasces cuncti, lapidesque etiam ex ultima concione in consulem jacti. Quo tumultu Cornelius perturbatus concilium dimisit. Actum deinde eadem de re in senatu est magnis contentionibus. Tum Cornelius ita ferre rursus cœpit, ne quis in senatu legibus solvereatur, nisi cœcissent, neve quis, cum solitus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. Hæc sine tumultu res acta est; nemo enim negare poterat, pro auctoritate senatus esse eam legem; sed tamen cam tulit invitis optimatibus, qui vel pauci senatusconsultum facere solebant.<sup>1</sup> Aliam deinde legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tam invitis tulit, ut prætores ex edictis suis perpetuis jus dicenter: quæ res tum gratiam ambitionis prætoribus, qui varie jus dicere assueverant, sustulit. Alias quoque complures leges Cornelius promulgavit; quibus plerique collegæ intercesserunt; per quas contentiones totus prope tribunatus ejus peractus est. Sequenti deinde anno, M. Lepido, L. Volcatius coss. quo anno prætor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Comini lege Cornelia de majestate fecerunt. Detulit nomen Publius, subscrivit Cains; et cum P. Cassius prætor decimo die, ut mos est, adesse jussisset, eoque die ipse non affuisset, seu avocatus propter publici frumenti curam, seu gratificans reo; circumventi sunt ante tribunal ejus accusatores a notis operarum ducibus, ita ut mors intentaretur, si mox non desisterent: quam perniciem vix effugerunt interventu consulum, qui advocati rei descenderant; et cum in scalas quasdam Cominii fugissent, clausi in noctem ibi se occultaverunt, deinde per tecta vicinarum ædium profugerunt ex urbe. Postero die cum P. Cassius assedisset, et citati accusatores non adessent, exemptione nomen est de reis Cornelii; Cominii autem magna infamia flagraverunt vendidisse silentium magna pecunia. Sequenti deinde anno, L. Cotta, L. Torquato coss. quo hæc oratio a Cicerone prætore<sup>2</sup> dicta est, cum prima pars M. Manilius, qui judicium per operarum ducis turbaverat, \* deinde quod ex S. C. anno coss.<sup>3</sup> præsidebant, et iudicio non respondisset, atque esset damnatus, \* recreavisset, jam accepta pecunia tollere ait Cornelium lege majestatis. Res acta est magna ex-



conjicit justo pertinacior.—10 *[Tribuniciam intercessionem]* Deest tolli, aut immuni, ut paulo post etiam. *Manut.*—1 Olim legebatur ut paucos gratificari solebant. Lectio vel pauci S. C. facere solebant est e conjectura Manntii.—2 Pratore Manutio abundare videtur. Sigonius legit prætorio.—3 *[Quod ex S. C. ambo coss.]* Cum antea legeretur deinde quod, nos particulam deiude, ut otiosam, sensu contrariam, ex superioribus verbis natam sustulimus: et mox pro eo quod in omnibus excensis codicibus erat recreavisset, reum decrevisset parva immutatione facta scripsimus, ita efflagitante sententia? *T. Popma.*  
*'Rectius Popma ambo coss. cum in aliis edd. male legatur anno coss.'* Grav.

pectatione paucos ante, me ergo Cornelius, perterritus Manlii exitu, in judicium adhibuit, ut ne clamor quidem illius ab advocatis ejus oriretur. Dixerunt in eum infesti testimonia principes civitatis, qui plurimum in senatu poterant, Q. Hortensius, Q. Catulus, Q. Metellus Pius, L. Lucullus, M. Lepidus. Dixerunt autem hoc, vidisse se, cum Cornelius in tribunatu codicem pro Rostris ipse recitaret; quod ante Cornelium nemo fecisse existimaretur. Volebant videri, se judicare eam rem magnopere ad crimen imminutae majestatis tribuniciæ pertinere: etenim prope tollebatur intercessio, si id tribunis permitteretur. Cicero, quia non poterat negare id factum esse, eo confugit, ut diceret, non ideo, quod lectus sit codex a tribuno, imminutam esse tribuniciam potestatem. Quia vero arte et scientia orationis! ita ut et dignitatem clarissimorum civium, contra quos dicebat, non violaret, et tamen auctoritate eorum laedi reum non pateretur: quantaque moderatione rem tam difficultem aliis tractaverit, lectio ipsa declarabit. Adjumentum autem habuit, quod, sicut diximus, Cornelius, præter districtum propositum adversus principum voluntatem, cetera vita nihil fecerat, quod magnopere improbaretur: præterea quod ipse Globulus, qui intercesserat, aderat Cornelio, et quod ipsum quoque diximus, quod Cornelius Pompeii Magni quæstor fuerat apud duas præfecturas equitum Rom. et tribunos, et ex tertia quoque parte apud plebosque, exceptis iis familiaris principum civitatis. Res acta est magno conventu, magnaque expectatione, quis eventus judicij futurus esset. A summis viris dici testimonium, et id, quod ii dicent, confiteri reum animadvertebant. Extat oratio hominis accusatoris; quam suum in manus, est aliquod operæ pretium, non solum propter Ciceronis orationes, quas pro Cornelio habemus, sed etiam propter semet ipsam: Cicero ipse significat, quatriduo Cornelium defendisse, quas actiones constituisse eum in duas orationes appareret. Indicium id exercuit Q. Gallius<sup>4</sup> prætor.

## VERSU A PRIMO CIRCITER CLXI.

\* \* \*

Postulatur apud me prætorem primum de pecuniis repetundis. Prospectat videlicet Cominius, quid agatur: vide licet homines fœneos<sup>a</sup> in medium ad tentandum periculum projectos.

Quid? Metellus<sup>b</sup> summa nobilitate ac virtute, cum bis



Sigonius conj. ex S. C. consules ærario præsidebant, et judicio.—4 Manut. vole-

## NOTÆ

<sup>a</sup> Homines fœneos] Simulacra effigiesque hominum ex fœno fieri solebant, quibus objectis ad spectaculum præbendum tauri irritarentur.

<sup>b</sup> Quid? Metellus] Hoc exemplum affert hoc loco, quod vult probare,

jurasset: semel privatim a patre; iterum publice: a lege coactus destitit accusatione. An vi, an veritate? In quo suspicionem omnem tollit<sup>s</sup> C. Curionis virtus ac dignitas, et Q. Metelli adolescentia, ad summam laudem omnibus rebus ornata.

Legem, inquit, de libertinorum suffragiis<sup>c</sup> Cornelius cum

\*\*\*\*\*

bat Q. Gallus.—5 Olim legebatnr, cum bis jurasset, semel priratim, privatim parte publice legis dejectus est ratione an ri, an veri suspicionem animi tollit, &c. Patricius conjectit cum bis jurasset, semel priratim, iterum aperte et publice, tamen is dejectus est accusatione, an vi, an veritate. In quo, &c. et cui in mente venit legere cum bis jurasset semel privatin, a patre, iterum publice, lege adactus, dejectus est, &c. Sigouins correxit cum bis jurassel, semel priratim, iterum publice lege dejectus est ratione an vero? suspicionem enim tollit, &c. Ursinus maluit cum bis jurasset, semel privatim patri, iterum publice legi, is dejectus est ratione, an ri? an varii suspicionem animi tollit, &c. Gravins dedit cum bis juras-set, semel privatim, iterum privatim parte publice legis dejectus est ratione, an ri,

#### NOTÆ

desistere eum debere ab accusatione, quanquam neque accusaverit, neque fecerit pactionem: nam Metellus et postulaverat Curionem, et destiterat. Confugit autem orator ad Metelli nobilitatem, et ad C. Curionis industriam, ut legeret id quod illi utilius, quam honestius, fecerant. Res autem tota se sic habet: in qua quidem illud primum explicandum est, de quo Metello hoc dicit. Fuerunt enim tunc plures Quinti Metelli: ex quibus duo consulares, Pius et Creticus; de quibus apparer eum non dicere: duo autem adolescentes, Nepos et Celer, ex quibus unne Nepotem significat: ejus enim patrem Q. Metellum Nepotem, Balearici filium, Macedonie nepotem, qui consul fuit cum T. Didio, Curio is de quo loquitur, accusavit: isque Metellus moriens petiit ab hoc filio suo Metello, ut Curionem accusatorem suum accusaret, et, id facturni esse, jurejurando alegit. Metellus fecit reum Curionem: cuinque interim quandam ci-vem idem Metellus, servum esse contendens, vi arripiisset, ac verberi-

bus affecisset, Curio assertorem ei comparavit. Dein, cum appareret eum exitum judicij illius futurum ut liber is judicaretur, quem Metellus verberibus affectum esse negare non poterat; inter Metellum et Curionem facta pactio est, ut, neque arbitrium de libertate urgeret in Metellum Curio, neque Metellus persistaret in accusatione Curionis: ea-que pactio ab nroque juramento firmata est. Huc ergo illud pertinet, cum jurasse dixit, semel privati, et iterum legatum, scilicet cum in Curionem calumniam juravit. Cum hoc autem Metello postea Cicero si-multates gessit: evasit enim Metellus malus atque improbus civis.

<sup>c</sup> Legem, inquit, de libertinorum suffragiis] P. Sulpicium in tribunatu hanc eandem legem tulisse dicitur. Tolt antem, L. Sulla, (qui postea Felix appellatus) Q. Pompeio coss. ante XVI. annos quam haec dicta sunt, cum per vim rempublicam pos-sedisset, ab initiis bonarum actionum ad perditas progressus: quod et initium bellorum civilium fuit, et

Manilio dedit.<sup>6</sup> Quid est hoc, ‘dedit?’ an tulit, an rogarvit, an hortatus est? nam tulisse ridiculum est, quasi legem aliquam aut ad scribendum difficilem, aut ad excogitandum reconditam. Quæ lex paucis his annis non modo scripta, sed etiam lata esset.

In quo cum multa reprehensa sint,<sup>d</sup> tum in primis celeritas actionis.

Petivit tamen a me prætore<sup>e</sup> maxima contestatione, ut causam Manili defendarem.

#### VERSU A PRIMO DCCCCL.

*Dicit de eodem Manilii tribunatu.*

Nam cum is tribunus plebis duas leges tulisset<sup>f</sup> in eo magistratu, unam perniciosa, alteram egregiam; quod summam rem publicam læsit, id ab ipso tribuno abjectum est. Bonum autem in summa republica manet.<sup>7</sup>

*Dicit de disturbato judicio Maniliano.*

Aliis ille in illum furorem<sup>g</sup> magnis hominibus aucto-



*an veri suspicionem animi tollit. C. Curionis virtus, &c.—6 ‘Legendum ex ipsa loci sententia, Cornelius Caio Manilio dedit; et post enī ait, ‘nam tulisse ridiculum est,’ pro tulisse, dedit: id quod Paulus Mantis, vir acutissimo ingenio præditus, vidit.’ Sigonius. ‘Vereor ne pro tulisse aliud quippiam sit reponendum; utpote docuisse, vel suasisse, vel quid ejusmodi: sic enim distinguo, Quid hoc est, dedit? an tulit? an rogarvit? an hortatus est? nam docuisse quidem ridiculum est.’ Patricius.—7 Asconius, teste Patricio, manet, in vestri ordini\* fuit. Signorius corredit manet, id extra ordinem fuit; quod Græv. Lall. et al. receperunt. In Ms. Gravii legitur, quod summa rep. non hæsit, id ab ipso tribuno abjectum est: domum autem quod summa rep. ī nostra ordinata.*

#### NOTÆ

propter quod ipse Sulpicins eos. armis mire oppressus esse visus est.

<sup>d</sup> *In quo cum multa reprehensa sint]* Celeritatem actionis significat, quia Manilius, sicut jam ostendimus, post panenlos statim dies, quam inierat tribunatum, legem eandem Compitilibns pertulit.

<sup>e</sup> *Petivit tamen a me prætore, &c.]* C. Cornelium significat, sicut jam ante dictum est.

<sup>f</sup> *Nam cum is tribunus plebis duas leges tulisset]* Dictum est enim supra de his legibus: quarum una de libertinorum suffragiis, quæ cum S. C. damnata esset, ab ipso quoque Manilio abjecta est; altera autem defensa est de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando, ex qua lege tum Magnus Pompeius bellum gerebat.

<sup>g</sup> *Aliis ille in illum furorem]* L. Ca-

ribus impulsus est, qui aliquod institui exemplum disturbandorum judiciorum perniciosissimum,<sup>8</sup> temporibus suis accommodatissimum, meis alienissimum rationibus, cuperunt.

## VERSU A PRIMO CIRCA CXI.

Possim dicere, hominem summa prudentia clarum C. Cottam<sup>h</sup> de suis legibus abrogandis ipsum ad senatum retulisse.

## SEQUITUR.

Possim et ejusdem Cottæ legem<sup>i</sup> de judiciis privatis anno post, quam lata sit, a fratre ejus abrogatam.<sup>9</sup>

## STATIM.

Legem Liciniam et Muciam<sup>k</sup> de civibus regendis, quam

\*\*\*\*\*

*tione.—8 ‘Perniciosissimum] Aliquid deesse existimo : fortassis sic, reip. perniciosissimum.’ Patricius.—9 Abrogatam Manut. primus inseruit e conjectura.*

## NOTÆ

tilinam et Cn. Pisonem videtur significare. Fuit autem Catilina patricius, et eodem illo tempore erat reus repetundarum, cum provinciam Africam obtinuisse, et consulatus candidatum se ostendisset. Accusator erat ejus P. Clodius adolescens, ipse quoque perditus, qui postea cum Cicerone inimicitias gessit. Cneus quoque Piso, adolescens potens et turbulentus, familiaris erat Catilinæ, omniumque consiliorum ejus particeps, et turbarum auctor.

<sup>h</sup> Possim dicere, hominem summa prudentia clarum C. Cottam] Hic est Cotta, de quo jam saepe diximus, magnus orator habitus, et compar in ea gloria P. Sulpicio et C. Cæsari. Videntur autem in rebus parvis fuisse leges illæ, quas cum tulisset, retulit de iis abrogandis ad senatum: nam neque apud Sallustium, neque apud Livium, neque apud Fenestellam ullius alterius latæ ab

eo legis mentio, præter eam quam in concione tulit, repugnante nobilitate, magno populi studio, ut iis, qui tribuni plebis fuissent, alios quoque magistratus capere liceret; quod lex a dictatore L. Sulla paucis ante annis lata prohibebat. Neque eam Cottæ legem abrogatam esse significat.

<sup>i</sup> Possim et ejusdem Cottæ legem] M. Cottam significat. Fuerunt autem tres: duo hi, C. et M. tertius L. Cotta, qui lege sua judicia inter tres ordines communivacavit, senatum, equites, tribunos ærarios: adeptique sunt omnes consulatum.

<sup>k</sup> Legem Liciniam et Muciam] L. Licinum Crassum oratorem et Q. Mucium Scævolam pont. max. eundemque et oratorem et jurisconsultum, significat. Hi enim legem eam, de qua loquitur, de regendis in sua civitate sociis, in suo consulatu tulerunt: cum enim summa cupiditate

duo consules omnium, quos vidimus, sapientissimi tulissent, video constare inter omnes, non modo inutilem, sed perniciosaem reipublicae fuisse.<sup>10</sup>

Quatuor omnino genera sunt, judices, in quibus per senatum, more majorum, statuatur aliquid de legibus. Unum est ejusmodi,<sup>1</sup> placere legem abrogari: ut Q. Cæcilio, M. Junio consulibus, quæ leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur.

Alterum, quæ lex lata esse dicatur,<sup>m</sup> ea non videri populum teneri: ut L. Marcio, Sex. Julio consulibus. De legibus Liviis.

Tertium est de legum abrogationibus:<sup>n</sup> quo de genere persæpe senatus consulta fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia, quæ derogaretur.

P. Africanus ille superior, ut dicitur,<sup>o</sup> non solum a sapi-

—10 Alii *Legem Liciniam et Muciam de civibus regundis* video constare inter omnes, quam duo consules omnium, quos vidimus, sapientissimi tulissent, non modo

#### NOTÆ

civitatis Romanæ Italici populi tene-rentur, et ob id magna pars eorum pro civibns Romanis se gereret, ne-cessaria lex visa est, nt in suæ quis-que civitatis jus redigeretur. Verum ea lege ita alienati animi sunt prin-cipum Italicorum populorum, ut ea vel maxima causa belli Italici, quod post triennium exortum est, fne-rit.

<sup>1</sup> *Unum est ejusmodi]* Q. Cæcilius Metellus Numidicus, M. Junius Si-lanus, de quibus facit mentionem, consules fuerunt bello Cimbrico, quod din prave simul et infeliciter gestum est. Atque ipse quoque hic Junius male rem adversus Cimbros gessit, ac plures leges, quæ per eos annos, quibus hæc sic gerebantur, populo latæ erant, quibus militiae stipendia minuebantur, abrogavit.

<sup>m</sup> *Alterum, quæ lex lata esse dicatur]* Intelligit leges Liviias, quas illis con-

sulibus, M. Livius Drusus, tribunus plebis, tulit; qui cum senatus partes tuendas suscepisset, et leges pro op-timatibus tulisset, postea eo licentiæ est progressus, ut nullum in iis mo-rem servaret. Itaque Philippus con-sul, qui ei inimicus erat, obtinuit a senatu, ut leges ejus omnes uno S. C. tollerentur; decretum est enim, contra auspicia esse latas, neqne iis te-neri populum.

<sup>n</sup> *Tertium est de legum abrogationi-bus]* Lex hæc Calpurnia de ambitu erat: tulerat eam ante biennium C. Calpurnius Piso consul, in qua, præ-ter alias pœnas, pecuniaria quoque pœna erat adjecta.

<sup>o</sup> *P. Afriano ille superior, ut dici-tur, &c.]* Hoc factum est secundo consulatu Scipionis, post septimum annum quam Carthaginiensibus bello secundo data est pax. Factum id esse autem, Antias tradidit, ludis Ro-

entissimis hominibus, qui tum erant, verum etiam a se ipso  
sæpe accusatus est, quod, cum consul esset cum Ti. Longo,  
passus esset tum primum a populari consessu senatoria  
subsellia separari.

## CIRCA MEDIUM,

*Quo loco numerat, cum lex feratur, quot loca intercessionis sunt, jubet dicere.<sup>i</sup>*

Est utique jus vetandi,<sup>p</sup> cum ea feratur, quamdiu non



*inutilem, sed perniciosa reip. fuisse.—I* Sigonius conjectit, *Quo loco numerat, cum lex feratur, quot loca intercessionis sunt, antequam, qui legem fert, populum jubeat discedere.* In Asconio apud Patricium legitur, *Quo loco numerat, cum lex feratur, quot loca intercessionis sunt.* *Est utique jus retandi cum ea feratur quamdiu \* ferundi transferuntur.* *Id est,\* lex duri sitella defertur: unde Patricius suspicabatur legend.* *Est utique jus retandi cum ea feratur, quamdiu ridelicit non perfertur, et quandiu in tribus suas II. qui suffragii convenient grata ferundi: transferuntur: id est, prorsus antequam fiat lex, dum privati dicunt, dum tubellæ diribentur, dum sitella defertur.*

## NOTÆ

manis, quos fecerunt ædiles curules Attilius Serranus, T. Scribonius Libo: id eos fecisse jussu censorum Sex. Ælii Pæti, C. Cornelii Cethegi: et videtur in hac oratione, hunc quidem auctorem secentus, Cicero dixisse, passum esse Scipionem secerni a cetero consessu spectacula senatorum: in ea autem, quam post aliquot annos habuit de Haruspiciū Responso, non passum esse Scipionem, sed ipsum auctorem fuisse danni eum locum senatoribus, videtur significare. Verba ejus hæc sunt: ‘Nam quid ego de illis Iudis loqnar, quos in Palatio nostri maiores ante templum Matris Magnæ fieri celebrarique volnerunt? quibus primum Iudis ante populi consessum senatu locum P. Africanus II. cos. et collega ejus Sempronius Longus, hoc tributum esse senatui scribit, sed sine mentione Megalensium?’ Ædiles enim eos Iudos facere soliti erant. Votivis Iudis factum tradit, quos Scipio et Longus coss. fecerunt. Non præter-

ire antem vos volo, esse oratoriæ calliditatis, ut, cum opus sit, eisdem rebus ab utraque parte vel a contrariis utantur: nam cum secundum Ciceronis opinionem, auctore Scipione consule, ædiles secretum ante omnes locum spectandi senatoribus dederint; eodem illo facto Scipionis in hac quidem oratione, quia causa popularis erat, premebatque senatus auctoritate, atque ob id dignitatem ejus ordinis quam possit maxime elevari cause expediebat, pœnituisse ait Scipionem, quod passus esset id fieri. In ea oratione de Haruspiciū Responso, quia in senatu habebatur, cuius auribus erat blandendum, et maguopere illum laudat, et non auctorem fuisse dandi, nam id erat levius; sed ipsum etiam dedisse dicit.

<sup>p</sup> *Est utique jus retandi]* His peractis, cum id solum superest, ut populus sententiam ferat, jubet unumquemque is, qui fert legem, discedere: quod verbum non hoc signifi-

perfertur: quamdiu qui suffragii ferendi causa conveniunt, huc et illuc transferuntur; dum privati dicunt; dum tabellæ diribentur; dum sitella desertur; dum æquantur sortes; dum sortitio fit; et si qua sunt hujus generis alia.

## PAULO POST.

Unum tamen, quod hoc ipso tribuno plebis factum est,<sup>q</sup> prætermittendum non videtur. Neque enim majus est legere codicem, cum intercedatur, quam sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre; nec gravius incipere ferre, quam perferre; nec vehementius ostendere se laturum invito collega, quam ipsi collegæ magistratum derogare; nec criminiosius, tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum privatum intro vocare: quæ vir fortis, hujus collega, Aulus Gabinius, in re optima fecit omnia; neque, cum salutem populo Romano, atque omnibus gentibus finem diuturnæ captivitatis, turpitudinis, et servitutis afferret, passus est plus unius collegæ sui, quam universæ civitatis, vocem valere, et voluntatem.

At enim de corrigenda lege retulerunt.<sup>r</sup>

Idem, nisi hæc ipsa lex,<sup>s</sup> quam C. Cornelius tulit, obsti-

## NOTÆ

cat, quod in communi consuetudine est, de eo loco ubi lex fertur, sed in suam quisque tribum discedat, in qua est suffragium latus: populus enim confnsus, ut semper alias, ita et in concione.

<sup>q</sup> *Unum tamen, quod hoc ipso tribuno plebis factum est]* Manifestum est de ea lege Ciceronem nunc dicere, qua Cu. Pompeio bellum adversus piratas datum est. L. autem Trebellius, tribunus plebis, quem non nominat: quo perseverante intercedere, (nam senatui promiserat, moriturnm se ante quam illa lex perferretur) intro vocare tribus Gabinius cœpit, ut Trebellio magistratum abrogaret, sicut quondam Tib. Græchus tribunus M. Octavio collegæ suo magistratum abrogavit: et aliquamdiu Trebellius

ea re non perterritus aderat, perstabatque in intercessione, quod omnia magis quam perseveraturum esse Gabiniū, arbitrabatur. Sed postquam x et vii tribus rogationem acceperunt, et una mens esset populi, qui supererat, ut jussum conficeret, remisit intercessionem Trebellins; atque ita legem Gabiniū de piratis persecundis pertulit.

<sup>r</sup> *At enim de corrigenda lege retulerunt]* Diximus jam in principio, Cornelium primo legem promulgasse, ne quis per senatum lege solveretur: deinde tulisse, ut tum denique de ea re S. C. fieret, cum adessent in senatu non minus cc. Hæc est illa quam appellat correctio.

<sup>s</sup> *Idem, nisi hæc ipsa lex]* Quia defuerat superioribus temporibus in ærario

tisset, decrevissem id, quod palam jam isti defensores iudiciorum pugnaverunt, senatui non placere id judicium de Sullæ bonis fieri. Quam ego causam longe aliter prætor in concione defendi, cum id dicerem, quod iidem judices postea statuerunt, judicium æquiore tempore fieri oportere.

## STATIM.

Antea vero quam multarum rerum judicia sublata sint,<sup>t</sup> et quia scitis, prætereo, et ne quem in judicium oratio mea revocare videatur.

## PAULO POST.

Non Cn. Dolabella C. Volcatium,<sup>u</sup> honestissimum virum, communi et quotidiano jure privasset.

Non denique homo <sup>x</sup> illorum et vita et prndentia longe dissimilis, sed tamen nimis in gratificando jure liber, L. Sisenna, bonorum Cn. Cornelii possessionem ex edicto suo P. Scipioni, adolescenti sumnia nobilitate, eximia virtute prædicto, dedisset.

Quare cum ambitum populus Romanus videret, et cum

## NOTÆ

pecunia publica, multa et sæpe ejus rei remedia erant quæsita: in quibus hoc quoque, ut pecunia publicæ, quæ residuæ apud quemque essent, exigerentur. Id autem maxime pertinehat ad Cornelium Faustum, dictatoris filium, quia Sulla per multis annos, qnibus exercitibus præfuerat, et rempublicam tenuerat, sumserat pecunias ex vectigalibus, et ex æario populi Romani: eaque res sæpe erat agitata, sæpe omissa, partim propter Sullanarum partium potentiam, partim quod iniquum videbatur, post tot annos, quam qnis pecuniam acceperat, ejus reddere rationem.

<sup>t</sup> Antea vero quam multarum rerum judicia sublata sint] Bello Italico, quod fuit adolescentibus illis qui tum in republica vigebant, cum multi

varia lege inique damnarentur, quasi id bellum illis anctoribus conflatum esset, crebraeque defectiones Italicorum nuntiarentur, tunc ob ejus tristitia occasionem senatus decrevit, ne judicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur: quod decretum eorum in concionibus populi sæpe agitatum erat. Supererant autem ex iis qui illa judicia metuerunt, vigentes multi, maxime C. Curio, Curonis adolescentis pater, ejus, qui bello civili Cæsaris fuit partium.

<sup>u</sup> Non Cn. Dolabella C. Volcatium] Duo fuerunt eo tempore Dolabellæ, quorum alterum C. Cæsar accusavit, alterum M. Seaurus.

<sup>x</sup> Non denique homo ] Hoc solum hic annotandum est, hunc esse L. Sisennam, qui res Romanas scripsit.

a tribunis plebis docceretur, nisi poena accessisset in divisores, exstingui nullo modo posse, legem hanc Cornelii flagitabat; illam quæ ex senatusconsulto ferebatur, repudiabat.<sup>2</sup>

ET EADEM DE RE PAULO POST.

Ut spectaculum illud duorum designatorum consulum<sup>y</sup> calamitate, re et tempore salubre ac necessarium, genere et exemplo miserum ac funestum, videremus.

Quid ego nunc tibi argumentis respondeam,<sup>z</sup> posse fieri, ut alius aliquis Cornelius sit, qui habeat Philerotem? Res nota est, vulgare nomen esse Philerotis, Cornelios vero ita multos, ut jam etiam collegium constitutum sit.

At enim extremi ac difficillimi temporis vocem<sup>a</sup> illam, C. Corneli, consulem mittere coëgisti, qui rempublicam salvam esse vellent, ut ad legem accipiendo adessent.

Plebem ex Maniliiana offensione victam<sup>b</sup> et domitam esse dicit; ante vestros annos propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci, ut omnino ne illius potestate



<sup>2</sup> Post repudiabat nonnulli e conjectura Patricii addunt, idque vir is doctissimus duorum consularum designatorum calamitate\*.—<sup>3</sup> Pro Res Siganus conjecta Romæ legend. Grævius maluit servi. Vid. Nott. Varr.

NOTÆ

<sup>y</sup> Ut spectaculum illud duorum designatorum consulum] P. Sullam et Austronium significat; quorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus, qui, cum haec Cicero dicebat, consules erant, ambitus damnarant, et in eorum locum creati erant.

<sup>z</sup> Quid ego nunc tibi argumentis respondeam] Frequenter tum etiam cœtus factiosorum hominum sine publica auctoritate malo publico fiebant: propter quod postea collegia S. C. et pluribus legibus sunt sublata, præter pauca atque certa, quæ utilitas civitatis desiderasset, ut fabrorum lictoriumque.

<sup>a</sup> At enim extremi ac difficillimi tem-

poris vocem] C. Piso, qui consul eodem anno fuit, quo Cornelius tribunus pl. erat, cum legem de ambitu ex S. C. graviorem, quam fuerat antea, ferret, et propter multitudinem divisorum, qui per vim adversabantur, e foro ejectus esset, edixerat id, quod Cicero significat, et maiore manu stipatus ad legem perferendam descendebat.

<sup>b</sup> Plebem ex Maniliiana offensione victam] Manifestum puto M. Crassum et Cn. Pompeium significari; e quibus Crassus judex tum sedebat in Cornelium, Pompeius in Asia bellum Mithridaticum gerebat.

ab alienemur \* qui restituerunt eam potestatem, alterum nihil unum posse contra multos, alterum longe abesse.

Tanta igitur in illis virtus fuit, ut anno XVI post reges exactos,<sup>c</sup> propter nimiam dominationem potentium, secederent, leges sacratas<sup>d</sup> ipsi sibi restituerent, duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui hodie Mons Sacer nominatur, in quo armati consederant, æternæ memoriae causa consecrarent. Itaque auspicato postero anno X tribuni plebis comitiis curiatis creati sunt.

Tum interposita fide per tres legatos,<sup>e</sup> amplissimos viros, Romam armati reverterunt:<sup>f</sup> in Aventino consederunt: inde armati in Capitolium venerunt: decem tribunos plebis per pontificem, quod magistratus nullus erat, creaverunt.

4 Al. revertuntur.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> Tanta igitur in illis virtus fuit, ut, anno XVI post reges exactos] Inducor magis librariorum hoc loco esse mendam, quam ut Ciceronem parum proprio verbo usum esse credam. Illo enim tempore, de quo loquitur, quod fuit post XVI annos quam reges exacti sunt, plebs sibi leges sacratas non restituit (nunquam enim tribunos pl. habuerat); sed tum primum eas constituit. Numerum quidem annorum post reges exactos, quam id factum est, diligenter posuit, qui fuit A. Verginio Tricosto, L. Veturio Ceturino coss. ceterum quidam non duos tribunos pl. ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos tum esse, singulos ex singulis classibus. Sunt tamen, qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant: inter quos Tuditannus, et Pomponius Atticus, Liviusque noster. Idem hic et Tuditannus adjiciunt, tres præterea ab illis duobus collegas creatos esse. Nomina duorum, qui primi creati sunt, hæc traduntur, L. Sicienus L. F. Velutus;

L. Junius C. F. Paterculus. Reliqua pars hujus loci, quæ pertinet ad secundam constitutionem tribunorum, et decemvirorum finitum imperium, et breviter et aperte ab ipso dicitur. Nomina sola non adjicit, quis ille ex decemviris fuerit, qui contra libertatem vindicias dederit, et quis ille pater, contra cujus filiam id decrevit: scilicet, quod notissimum est, decemvirum illum Appium Claudiū fuisse, patrem autem virginis L. Virginium. Unum hoc tantummodo explicandum, quo loco primum de secunda secessione plebis, deinde de concordia facta, sic dicit.

<sup>d</sup> Leges sacratas] Sacratæ leges dicebantur, quibus sanctum erat, ut si quis adversus eas fecisset, sacer ali cui Deorum esset: vel illæ sacratæ dicebantur, quas plebs jurata in Monte Sacro sanciverat.

<sup>e</sup> Tum interposita fide per tres legatos] Legati tres ii fuerint, Sp. Tarpeius, C. Julius, P. Sulpicius, omnes consulares: pontifex maximus fuit M. Papirius.

Etiā hæc recentiora prætereo: <sup>f</sup> ponam principium justissimæ libertatis, Cassiam; qua lege suffragiorum vis potestasque convaluit: alteram Cassiam, quæ populi iudicia firmavit.

*Dicit de nobilibus.*

Qui non modo cum Sulla,<sup>g</sup> verum etiam, illo mortuo, semper hoc per se summis opibus retinendum putaverunt: inimicissimi C. Cottæ fuerunt, quod is consul paulum tribunis plebis non potestatis, sed dignitatis addidit.<sup>6</sup>

Quamdiu quidem hoc animo<sup>b</sup> erga nos illa plebs erit, quo se ostendit, cum legem Aureliam, cum Rosciam, non modo accepit, sed etiam efflagitavit.

Memoria teneo, cum primum senatores<sup>i</sup> cum equitibus Romanis lege Plotia judicarent, hominem Diis ac nobilitati perinvisum, Cn. Pompeium, causam lege Varia de majestate dixisse.<sup>7</sup>

<sup>5</sup> Alii *jus*.—<sup>6</sup> Al. *relinquit*.—<sup>7</sup> Edd. ante Grut. cum Græv. Lall. Schutz. huic orationi addunt fragmenta sequentia: ‘Fronto. Nihil senatui detraxisse Cornelium.—Priscian. lib. XI. Ex promulgatione trinundinum

NOTÆ

<sup>f</sup> *Etiā hæc recentiora prætereo]* Quæ sit ista lex Cassia, qua suffragiorum potestas convaluit, manifestum est: nam ipse quoque paulo ante dixit, legem Cassium tulisse, ut populus per tabellam suffragium ferret. Altera Cassia lex, quæ populi iudicia firmavit, quæ sit, potest quæri. Est autem hæc: L. Cassius L. F. Longinus, tribunus pleb. C. Mario, C. Flacco coss. plures leges ad minnendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut, quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu ne esset. Tulerat autem eam maxime propter simultates cum Q. Cæcilio, qui ante biennium consul fuerat; et cui populus, quia male adversus Cimbros rem gesserat, imperium abrogavit.

<sup>g</sup> *Qui non modo cum Sulla]* Hic Cotta, ut puto, legem tulit, ut tribunis pl. liceret postea alios magistratus capere; quod lege Sullæ iis erat adenitum.

<sup>h</sup> *Quamdiu quidem hoc animo]* Aurelia lege communicata iudicia sunt inter senatores, et equestrem ordinem, et tribunos ærarios. Roscia est, quam L. Roscius Otho biennio ante eos. firmavit, ut in theatro equitibus Romanis xiv ordines spectandi gratia darentur.

<sup>i</sup> *Memoria teneo, cum primum senatores]* M. Plautius Silanus tribunus pl. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone coss. secundo anno belli Italici, cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit, adjuvantibus nobilibus, quæ lex viii eam ha-

## PRO C. CORNELIO II. Orat. VIII.

*Deest initium.*

*Aquil.* et *Fortunatianus lib. III. Rhet.*—Pugnem aperte contra nobilissimorum hominum voluntates? studia, consilia, cogitationesque eorum aperiam?

*Cic. Oratore Perf.*—O callidos homines! o rem excogitatum! o ingenia metuenda! testes dare volumus. Quem quæso nostrum fecerit, ita vos esse facturos?

*Asconius.*—Num in eo, qui sint hi testes, hæsitatis?<sup>k</sup> Ego vobis edam duos. Reliqui sunt de consularibus, inimici tribuniciæ potestatis. Pauci præterea assentatores eorum atque asseclæ subsequuntur.

*Idem.*—Sed si familiariter ex *Q. Catulo*, sapientissimo viro atque humanissimo, velim quærere, utrius tandem tibi



dies ad ferendum, potestasque venisset.—*Quintil. V. 13. Codicem attigit.*—*Marcian. Capella.* Repugnat enim, ut divisores, quos honoris sui ministros esse voluerat, lege ambitus vellet affligere.—*Priscian. lib. VIII.* Quæ intermissa complures annos.—*Priscian. ibid.* Num aliqui gratificabantur aut homini, aut ordini?—*Priscian. lib. X.* Cœptum igitur per eos, qui agi volebant, desitum est per hunc qui decessit.—*Priscian. lib. VIII.* Circuitis rostris ejicerentur lapidibus homines.—*Idem.* Qui eloquentia ceteris antecellit.—*Fronto.* Demi medius fidias de his tormentis aliquantum malum.—*Idem.* Ad miserrimum crudelissimumque dominatum dedi patiamini.—*Idem.* Cur nunc redant, si tunc gratiæ concederent.—*Idem.* Quid, quod ne enī iis quidem expertus es, quos dues operarum fuisse dixisti.—*Idem.* Ejusmodi mihi duos laqueos in causa esse propositos, ut si me altero expeditsem, tenerer altero.—*Acro in Serm. I.* Apernit fores scalarum.—*Boëth. Defin.* Legite, ut legebatis: hinc intelligetis nulla tenuissima suspicione describi, aut significari Cornelium.—*Aquila.* Refertum tribuniciis legibus, exhanustum a quibus sit, ipsi sciunt.—*Schol. Juven. ad Sat. VII.* Conreprisit in scalas.'

## NOTÆ

buit, quam Cicero significat: nam ex ea lege tribus singulæ ex eo numero quinos suffragio creabant, qui eo anno judicarent. Ex eo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent, et quidam etiam ex ipsa plebe.

<sup>k</sup> *Num in eo, qui sint hi testes, hæsitatis?* M. Lucullum et M. Lepidum

significat: quinque enim consulares, nt jam diximus, in Cornelium testimonium dixerunt; Q. Catulus, Q. Hortensius, Q. Metellus Pius pont. max. quos hac secunda oratione tractat; et duo qui non dixerunt, quos nunc significat; Lucullus et Lepidus.

tribunatus minus probari potest, C. Cornelii, an, non dicam P. Sulpicii, non L. Saturnini, non C. Gracchi, non Tiberii; neminem, quem isti seditiosum existimant, nominabo; sed avunculi tui, Q. Catule,<sup>1</sup> clarissimi, patriæque amantissimi viri; quid mihi tandem responsurum putatis?

POST XX VERSUS A PRÆCEDENTI.

*Asconius.*—Quid? Avunculus tuus, clarissimus vir, clarissimo patre, avo, majoribus, credo, silentio, favente nobilitate, nullo intercessore comparato, populo Romano dedit,<sup>2</sup> et potentissimorum hominum collegiis eripuit, co-optandorum sacerdotum potestatem?

SEQUITUR.

*Idem.*—Quid? Idem Domitius M. Silanum,<sup>1</sup> consularem hominem, quemadmodum tribunus pl. vexavit?

*Idem.*—Hæc est controversia ejusmodi,<sup>m</sup> ut mihi tribunus pl. Cn. Domitius, Catulo \* M. Terpolius contemtissimum nomen ejectum esse ex iis, qui tribuni pl. fuerunt.

*Cic. Orat. et Quint. ix. 4. Prisc. l. x.*—Nam<sup>3</sup> neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos et Lælios multi venalicii<sup>4</sup> mercatoresque superarunt; neque vestis,



<sup>1</sup> Al. Q. Catuli. Manut. suspicabatur Cn. Domitii legend.—<sup>2</sup> Ed. vet. Manutii proderit: al. P. Ro. dedit: unde Manut. et edd. seqq. populo Romano

NOTÆ

<sup>1</sup> *Quid? idem Domitius M. Silanum]* M. Silanus quinqnennio ante consul fuerat, quam Domitius tribunus pl. atque ipse quoque adversus Cimbros rem male gesserat: quam ob causam Domitius eum apud populum accusabat: criminabatur bellum cum Cimbris injussu populi gesisse, idque principium fuisse calamitatum quas eo bello populus acceptisset: ac de eo tabellam quoque dedit: sed plenissime Silanus abso-

lutes est; nam duæ solæ tribus eum, Sergia et Quiriuia, damnaverunt.

<sup>m</sup> *Hæc est controversia ejusmodi]* Post infractam tribuniciam potestatem a Sulla, ante restitutam a Cn. Pompeio, apparet: fuit autem is tribunus pl. ante XII annos, D. Bruto et M. Lepido coss. Cn. Domitius tribunus fuerat ante II de XL annos, C. Mario II, C. Fimbria Coss. Magno numero sententiarum Cornelius absolitus est.

aut cælatum aurum et argentum, quo nostros veteres Marcellos Maximosque multi eunuchi e Syria Ægyptoque vicerunt: neque vero movent me ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum et L. Muminiūm, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt,<sup>5</sup> ab aliquo video perfacile Deliaco, aut Syro potuisse superari.

*Prisc. l. viii.*—Quis tam abundans copiis.

*Fronto.*—Da mihi potestatem, eos, qui tum affuerunt Cornelio, nominandi.

*Idem.*—Facite, ut facitis, qui ad causam adestis.

*Idem.*—Quid enim<sup>6</sup> mihi certamen est cum accusatore, aut contentio?

*Idem.*—Qui commodis populi R. lingua duntaxat ac voluntate consuluit.

*Idem.*—Expelleret a dispensantibus.

*Idem.*—Sed ad urbem dierum tres fuerunt complurium.

*Idem.*—Quam diligentes libertatis vos oporteat esse.

*Idem.*—Si vos hujus fortunas paucorum odio adjudicaveritis.

## IN TOGA CANDIDA. Orat. IX.

**ARGUMENTUM ASCONII.**—Hæc oratio dicta est L. Cæsare, C. Figulo coss. post annum quam pro Cornelio dixerat. Sex competitores in consulatus petitione Cicero habuit: duos patricios, P. Sulpiciū Galbam, L. Sergium Catilinam; quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles, C. Antonium, M. Antonii oratoris filium, L. Cassium Longinum; duos, qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium, et C. Licinum Sacerdotem. Solus Cicero ex competitoribus equestri erat loco natus, atque in petitione patrem amisit. Ceteri ejus competitores modeste se gessere, visique sunt Q. Cornificius et P. Galba sobrii ac sancti viri: Sacerdos nulla improbitate notus. Cassium, qui iners ac stolidus tum magis quam improbus videretur, post paucos menses in conjuratione Catilinæ esse apparuit, ac cruentissimarum sententiarum fuisse auctorem: itaque hi quatnor jacebant. Catilina autem et Antonius, quam omnibus maxime infamis eorum vita esset, tamen multum poterant: coierant enim ambo, ut Ciceronem consulatu dejicerent, adjuto-



*dedit.*—3 Cic. in Orat. non agnoscit Nam.—4 Al. venaliciarii.—5 Priscian. lib. x. sic legit, qui eis rebus urbem Italiamque referserunt.—6 Patricius conjectit Quod enim.

ribus usi firmissimis, M. Crasso et C. Cæsare. Itaque hæc oratio contra solum Catilinam et Antonium est. Causa orationis hujusmodi in senatu habendæ Ciceroni fuit, quod, cum in dies licentia ambitus angeretur propter præcipuam Catilinæ et Antonii audaciam, censuerat senatus, ut lex ambitus aucta etiam cum poena ferretur. Ei quoque rei Q. Mucius Orestinus, tribunus pl. intercesserat; cum Cicero, graviter senatu intercessionem ferente, surrexit, atque in coitionem<sup>1</sup> Catilinæ et Antonii invec-tus est ante dies comitiorum paucos.

*Deest principium orationis.*

Dico, P. C., superiore nocte ejusdam hominis nobilis,<sup>a</sup> et valde in hoc largitionis quæstu noti et cogniti, domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis<sup>b</sup> convenisse.

Quem enim aut amicum habere potest is, qui tot cives trucidavit;<sup>c</sup> aut clientem,<sup>d</sup> qui in sua civitate cum peregrino<sup>e</sup> negavit se judicio æquo<sup>f</sup> certare posse?

Ne se jam<sup>2</sup> tum respexit,<sup>g</sup> cum gravissimis vestris de-

1 Ascon. *in concionem*.—2 Alii *Nec se jam*. In Ms. Grævii *Non se jam cum*

NOTÆ

<sup>a</sup> *Hominis nobilis*] Ille homo nobilis videtur Cæsar fuisse, quem aperte obstitisse Ciceroni petenti consulatum constat, quia in urbe apud cives crescere ejus in dies potentiam videbat. Quanquam non desunt aliqui, qui M. Crassum nominent, cum apertus ab ipso Cicerone conjuratio-nis auctor dicatur, quæ Cotta et Torquato coss. antea a Catilina jam facta est.

<sup>b</sup> *Sequestribus suis*] Eos intelligit quibus utebantur ad corrumpta, pecuniae largitione, vel promissis, populi suffragia.

<sup>c</sup> *Tot cives trucidavit*] Catilinam arguit crudelitatis. Cum enim Sulla pars secutus esset, multos interfecit; Q. Cæcilius in primis, M. Vol-lumnum, L. Tantalum, M. Gratidia-num, cuius abscissum caput per civitatem manibus circumtulit.

<sup>d</sup> *Clientem*] Clientes habere negat Antonium, quia accepta de Sullano

exercitu turma multos in Achaia spoliavit.

<sup>e</sup> *Cum peregrino, &c.*] Cum multos Græcos spoliavisset Antonius apud M. Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat, vocatus est. Cum autem in Antonium Lucullus decrevisset, tribunos appellavit, et ideo se eos recusare dixit, quod a quo jure uti non posset. Antonium vero Gel-lins et Lentulus censores sexennio, quo hæc dicerentur, senatu move-runt, et causas subscripserunt, quod socios diripuerit, quod iudicium re-censarit, quod propter æris magnitudinem prædia manciparit, bonaque sua in potestate non haberet.

<sup>f</sup> *Judicio æquo*] Judicium æquum dicitur, quod ita inter cives retine-tur, ut eadem agendi potestas, et æquus magistratus retineatur.

<sup>g</sup> *Ne se tum respexit*] Jam agit de Catilina.

cretis absens notatus est.<sup>h</sup>

In judiciis quanta vis esset,<sup>i</sup> didicit cum est absolutus; si, aut illud judicium, aut illa absolutio nominanda est.<sup>j</sup>

Populum vero, cum inspectante populo collum secuit hominis maxime popularis,<sup>k</sup> quanti faceret, ostendit.

Me, qua amentia inductus est, ut contemneret, constituerem non possum. Utrum æquo animo<sup>l</sup> laturum putavit? an in suo familiarissimo<sup>m</sup> non viderat, me ne aliorum quidem injurias mediocriter posse ferre?

Alter, pecore omni vendito,<sup>n</sup> et saltibus prope addictis, pastores retinet, ex quibus, ait, se, cum velit, subito fugitivorum bellum excitaturum.

Alter<sup>o</sup> induxit eum, quem potuit, ut repente gladiatores,

respexit.—3 Edd. nonnullæ hic fragm. seq. adjiciunt, *Te tamen, Q. Muci, tam male de republica existimare, moleste fero, qui hesterno die me esse dignum diligenter susulisti negabas. Quid? populus Romanus minus diligenter (Patricius volebat). Calegentem scit sibi constituere defensorem, quam tu tibi? qui, cum te furti? Et cuius argueret, me potissimum fortunarum tuarum patronum esse voluiſt. Et cum tu consilium in tua turpissima causa delegisti, hunc honestissimam locum dicturus es, quo tempore a L. Caleno furti delatus sis, te eo tempore in m*

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Decretis absens notatus est]* Catilina per totam urbis virginitatem Cecilius, qui virgines cecidit, ad bustum egit, vivo stanti collum gladio dextra rursum virginitatem restituens, cum sinistra capillum ejus a vertice teneret: caput sua manu tulit, roris sanguinis in intersectoris digitorum fluentibus.

<sup>i</sup> *In judiciis quanta vis ea hæc* nice de judiciis loquitur. <sup>am</sup> enim pecunia Catilina evanescit. Torquato rediisset ex Africa adolescentem, et Cotta coss. a <sup>co</sup>missimus fuit, requi Ciceronis status est.

<sup>am</sup> *In suo familiarissimo]* Verrem intelligit, quem Cicero significat accusasse Siculis postulantibus, quos diripuerat.

<sup>m</sup> *Alter, pecore omni vendito]* Jam loquitur de Antonio, qui contracto ære alieno, omnia bona sua mancipavit.

<sup>n</sup> *Alter]* Gallium jam intelligit, quem postea reum ambitus defendit, qui prætoræ candidatus dedit gladiatorium munus, quasi id patri daret.

<sup>o</sup> *Hominis maxime popularis]* Lo-

populo non debitos, polliceretur, quos ipse consularis candidatus perspexit, et legit, et emit: præsente populo Romano factum est.

Quamobrem augere<sup>o</sup> etiam mercedes si vultis, Q. Mucium conantem legem impedire,<sup>p</sup> ut cœpit senatus, consules prohibere; sed ego<sup>s</sup> ea lege contentus sum, qua duos consules<sup>q</sup> designatos uno tempore damnari vidimus.

Atque ut istum omittam,<sup>r</sup> in exercitu Sullano prædonem, in introitu gladiatorem,<sup>s</sup> in victoria quadrigarium.<sup>t</sup>

Te vero, Catilina,<sup>u</sup> consulatum spectare, aut cogitare, non prodigium atque portentum est? A quibus enim petis? principibus civitatis? qui tibi, cum L. Volcatius consul in concilio fuisset, ne petendi quidem potestatem esse voluerunt.

A senatoribus? qui te auctoritate sua, spoliatum ornantis omnibus, vincitum pæne Africanis oratoribus tradiderunt.

\*\*\*\*\*

*esse vidiss.*  
etiam mercede<sup>4</sup> In Asconio Patricii abest animo.—5 Alii Quamobrem augere tricius perferri<sup>v</sup> vultis, Q. Mucium perverti (Sigonius maluit prævertite; Parconj. cœpit senat<sup>w</sup> gem impedire, ut cœpit senten. cos. sed ego, &c. (Sigonius resulto, sed ego, &c.) A Ms. Ursini abest sed, ipso pro-

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Quamobrem augere, <sup>o</sup>  
obrem augere etiam mercedes, Quam-  
obrem perverti legem impedire<sup>t</sup>, Q. Mucium perverti legem impedire<sup>t</sup>,  
cœpit senten. (sic) Coss. sed ego, &c. Creditur hic aliquid desiderari, eutermis Achaiam vastavit.  
fortasse pro voce perverti legendum  
est perferri, hoc sensu: Si vultis, pa-  
tres conscripti, præmia vestra au-  
gere, debetis Mucinm, legem perfer-  
ri impedire, ut cœpit, cupientem, no-  
vo senatusconsulto prohibere: quan-  
quam ego quidem, inquit, facile lege  
Calpurnia contentus sum. Ita Sigo-  
nius.

<sup>p</sup> Legem impedire] Legem Calpur-  
niam intelligit contra ambitum, enjus  
auxit pœnam Cicero.

<sup>q</sup> Duos consules] Per duos illos con-  
sules, Sullam et Autronium intel-  
lige.

<sup>r</sup> Atque ut istum omittam] Loquitur  
hic de Antonio, qui prædo ab eo di-  
citur, quia acceptis a Sulla dictatore

<sup>s</sup> In introitu gladiatorem] Subindi-  
ta-roscriptionibus, quæ a Sulla fac-  
tæ favisse Antonium.

<sup>t</sup> Antonioria quadrigarium] Docet  
Iudis Circadrigas agitasse in illis  
riam suam S<sup>u</sup>s, quos post victo-

<sup>u</sup> Te vero, Ca<sup>b</sup>hibuit.  
provincia decede. Cum ex Africa  
teret consulatum, illina ut pe-  
Africa de eo conquest. missi ex  
tu: quare L. Volcatius<sup>n</sup> sena-  
beravit in consilio publico. deli-  
audiendus Catilina in petitio.  
sulatus. Id cum intelligeret Et  
na, destitit a petitione.

Ab equestri ordine? <sup>x</sup> quem trucidasti.

A plebe? cui spectaculum ejusmodi tua crudelitas<sup>y</sup> præbuit, ut nemo sine luctu aspicere, sine gemitu recordari posset.<sup>6</sup>

Quid tu potes in defensione tua dicere, quod illi<sup>7</sup> ne dixerunt? quæ tibi dicere non licebit. *Et paulo post:* Denique illi negare potuerunt, et negaverunt: tu tibi ne inficiandi quidem impudentiæ locum reliquisti. Quare præclara dicentur judicia tulisse, si, qui inficiantem Luscium condemnarunt,<sup>z</sup> Catilinam absolverint confitentem.

Is ergo<sup>8</sup> negat, se ignarum esse; <sup>a</sup> cum etiam illi, imperitos se homines esse, et, si quem etiam interfecissent, imperatori ac dictatori<sup>b</sup> paruisse dicerent: ac negare quoque posse: Catilinam vero inficiari non posse.

Hanc tu habes dignitatem, qua fatus me contemnis et despicias? an eam, quam reliqua vita<sup>9</sup> es consecutus? cum ita vixisti, ut non esset locus tam sanctus,<sup>c</sup> quo non

bante. Vid. Nott. Varr.—6 Hic in edd. nonnullis inseritur sequens fragm. *Quod caput, etiam tum plenum animæ et spiritus, ad Sullam, usque ab Janiculo ad ædem Apollinis, manibus ipse suis detulit.*—7 *[Quod illi, &c.] Legerem, Quod illi?* *Quid si illi ea in sua defensione dixerunt, quæ tibi, &c.] Patricius.*—8 *Patricius volebat His ergo.*—9 *In Asconio Patricii legitur qua reliquum vitæ.*—

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Equestri ordine]* Equester ordo a Cinna steterat: plures autem ex illo ordine a Sullanis post victoriam interfecti sunt.

<sup>y</sup> *Cui spectaculum tua crudelitas]* Spectaculum illud acerbum ac crudele intelligit, cum Marii Gratidiani caput circumtulit, de quo supra.

<sup>z</sup> *Inficiantem Luscium condemnarunt]* Hic Luscius centurio e Sullanis partibus fuit, qui ex Victoria ditissimus factus est, et non multo ante hanc orationem damnatus est.

<sup>a</sup> *Is ergo negat se ignarum esse]* Hujus objecti criminis a Cicerone, postea reus factus est Catilina: nam post comitia consularia, et repulsam ejus a consulatu, a Lucio Lucullo inter-

sicarios accusatus est.

<sup>b</sup> *Imperatori ac dictatori]* Si quem Catilina aut ejus assecæ hominem interfecissent, causam in Sullam refundebant, a quo hoc ipsis homicidium imperatum esse causabantur.

<sup>c</sup> *Non esset locus tam sanctus]* Tam infamis et corruptus libidinibus Catilina habebatur, ut statim ex sua nequitia dedecoris suspicio nasceretur. Respicit Cicero ad Fabiam, virginem Vestalem, quæ causam incesti dixit, quia corrupta a Catilina dicebatur, quæ tamen absoluta est, cum esset Terentiae Ciceronis uxoris soror. Hanc autem sic eximit a suspicione, ut totam turpitudinem in Catilinam rejiciat.

adventus tuus, etiam cum culpa nulla subasset, crimen afferret.

Cum deprehendebare in adulteriis; cum deprehendebas adulteros ipse; cum ex eodem stupro<sup>d</sup> tibi et uxorem et filiam invenisti.<sup>10</sup>

Quid ego, ut violaveris<sup>e</sup> provinciam,<sup>f</sup> prædicem, cuncto populo Romano clamante, ac resistente? nam, ut te illic gesseris, non audeo dicere, quoniam absolutus es.<sup>f</sup>

Prætero illum nefarium conatum tuum, et pæne acerbum, et luctuosum populo Romano diem, cum, Cn. Pisone socio,<sup>g</sup> neque alio nemine, cædem optimatum facere voluisti.

An oblitus es, te ex me, cum præturam peteremus,<sup>b</sup> petisse, ut tibi primum locum concederem? quod cum sæpius ageres, et impudentius a me contenderes; meministi, me



<sup>10</sup> Hic edd. nonnullæ addunt, *Stupris se omnibus ac flagitiis contaminavit; cæde nefaria cruentavit; diripuit socios; leges, quæstiones, judicia violavit.* — <sup>1</sup> Vid. Nott. Varr. Post quoniam absolutus es Græv. Oliv. Lall. et al. addunt, *Mentitos esse equites Romanos, falsas fuisse tabellas honestissimæ cœritatis existimo, mentitum Q. Metellum Piun, mentitam Africam. Vidiisse puto nescio quid illos judices, qui te innocentem judicarunt. O miser! qui non sentias, illò judicio te non absolutum, verum ad aliquot severius judicium, ac majus suppli-*

#### NOTE

<sup>d</sup> *Cum ex eodem stupro]* Catilinæ objectum fuit, cum ea adulterium commisso, quæ ei postea socrus fuit; et ex eo stupro duxisse uxorem, cum filia ejus esset.

<sup>e</sup> *Violaveris provinciam]* Africam prætor violavit Catilina, siquidem Clodio accusante repetundarum accusatus est.

<sup>f</sup> *[Mentitos esse equites]* Equites Romani Catilinam absolverunt, cum damnatus esset a senatoribus. Indicat antem quod vere mentiti sunt equites Rom. quia corrupti pecunia eum absolverunt. Ironice autem dicit falsas fuisse tabulas, quæ ex Africa missæ sunt ad senatum, in quibus querelæ de eo civium con-

tinebantur, siquidem ex iis a senatoribus condemnatus est.

<sup>g</sup> *Cum Pisone'socio]* Catilina, et Piso, adolescens quidem nobilis, sed perditus, simul conjuraverant ad senatores omnes interficiendos, Cotta et Torquato coss. ante annum quam hæc dicta est oratio. Sed ea cædes facta non est, quia imparatis conjuratis siguum a Catilina datum est. Piso autem jam perierat in Hispania, quo specie legationis missus erat.

<sup>h</sup> *Cum præturam peteremus]* Non hic agit de Catilina, quia præturam non petiit cum Cicerone; sed de Antonio, quem dicit petuisse præturam impudenter, cum in Circo quadrigas agitarit.

tibi respondere, impudenter te facere, qui id a me peteres, quod avunculus nunquam impetrasset? <sup>2</sup> <sup>i</sup> Nescis, me prætorem primum esse factum; te concessione competitorum, et collatione centuriarum, et meo maxime beneficio, e postremo in tertium locum esse subiectum? <sup>3</sup> <sup>k</sup>

*Dicit de malis civibus.*

Qui posteaquam illo, ut conati erant, Hispaniensi pugilunculo<sup>1</sup> nervos incidere<sup>m</sup> civium Romanorum non potuerunt, duas uno tempore conantur in republica sicas<sup>n</sup> distringere.

Hunc vos scitote Licinium gladiatorem jam immisisse cupidum Catilinæ, judices, Q. Curium,<sup>o</sup> hominem quæstorium.

### PRO Q. GALLIO. Orat. X.

*Deest principium.*

*Aquil.* et *Quintil.* VIII. 3.—Ut clamor, ut convicium mulierum, ut symphoniae cantus. Videbar mihi videre alios intrantes, alios autem exeuntes, partim ex vino vacillantes, partim hesterna potatione oscitantes. Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis: humus erat immunda, lutulenta, vino, coronis languidulis, et spinis cooperta piscium.

*B. Hier.* *Vit. Cleric.*—Loquor enim, quæ sum ipse nuper

.....

*cium reservatum.*—2 *Vid. Nott. Varr.*—3 *Alii subjectum.*

### NOTÆ

<sup>i</sup> *Avunculus nunquam impetrasset]* Loquitur de Boculo, qui notissimus fuit in Circo quadrigarum agitator.

<sup>k</sup> *Esse subiectum [subjectum]* Cum longe meliores Antonio cives consularum peterent, tamen ille in eorum locum substitutus est.

<sup>l</sup> *Hispanensi pugilunculo]* Per illum Hispanensem pugilunculum Pisonem intelligit, qui profectus fuerat in Hispaniam, ubi dum provincialibus

injuriam inferret, a Pompeii clientibus, ipso Pompeio non invito, occisus est.

<sup>m</sup> *Nervos incidere]* Optimates per nervos intelligit, de quorum cæde enim Catilina cogitaverat.

<sup>n</sup> *Sicas]* Antonium et Catilinam duas sicas appellat.

<sup>o</sup> *Q. Curium]* Q. ille Cnrius aleator insignis fuit, qui postea damnatus est.

expertus unus. Quidam poëta nominatus, homo perlitteratus, cujus sunt illa colloquia poëtarum ac philosophorum, cum facit Euripidem et Menandrum inter se, et in alio loco Socratem atque Epicurum disserentes, quorum ætates non annis, sed sæculis scimus esse disjunctas, quantos is plausus et clamores movet! multos enim condiscipulos habet in theatro, qui simul literas non didicerunt.<sup>4</sup>

*Quint. lib. II. c. ult.*—An ista, si vera essent, sic a te dicerentur?

*Cic. Bruto.*—Tu istuc, M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres? præsertim cum ista eloquentia alienorum hominum pericula defendere acerrime soleas, tuum negligeres? ubi dolor? ubi ardor animi? qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces et querelas solet. Nulla perturbatio animi, nulla corporis; frons non percussa, non femur, pedis (quod minimum est) nulla supplosio: itaque (tantum abfuit, ut inflammares nostros animos) somnum isto loco vix tenebamus.

*Nonius, Logi.*—Ego te certo scio, omnes logos, qui ludis dicti sunt, animadvertisse.

*Caris.*—Poëmatorum.

### DE L. OTHONE. Orat. XI.

*Fronto.*—Hic si se istius viæ dedisset.

### DE PROSCRIPTORUM LIBERIS. Orat. XII.

*Quint. II. 1.*—Quid enim crudelius, quam homines honestis parentibus ac majoribus natos a rep. submoveri? sed ita legibus Sullæ continetur status civitatis, ut his solutis, stare ipsa non possit.

### CONTRA CONCIONEM Q. METELLI. Orat. XIII.

*Fortun. l. III.*—Sic enim, ut opinor, insequar fugientem, quoniam congregri non licet cum resistente.

---

<sup>4</sup> Hoc fragmentum ex Hieronymo omisit Grævius.

*Prisc. l. ix.*—*Permulsā<sup>1</sup> atque recreata est.*

*Prisc. l. x.*—*Nisi eorum exitio, non requieturam.*

*Gell. xviii. 7.*—*Ascendi in concionem: concursus est populi factus.*

*Quint. ix. 3.*—*Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad senatum adduci jussi; in senatu sunt positi.*

## DE CONSULATU SUO. Orat. XIV.

*Nonius, Censuſ.*—*Quorum luxuries fortunata censa perperit.*

## IN CLODIUM ET CURIONEM. Orat. XV.

*Desunt multa, nec, quæ restant, digeri possunt in ullum ordinem.*

*Non. Julius Rufinianus de Figuris Sent. p. 24.*—*Tu vero festivus, tu elegans, tu solus urbanus; quem decet muliebris ornatus, quem incessus psaltriæ, qui lævare vultum, mollire vocem potes.*

*Nonius, Longus, Speculum.*—*Sed credo, postquam tibi speculum allatum est, longe te a pulchris abesse sensisti.*

*Nonius.*—*Ac vide, an facile tu fieri potueris, cum is factus non sit, cui tu concessisti.*

*Nonius, Strophium.*—*Cum strophio accurate præcingere.<sup>2</sup>*

*Quint. viii. 6.*—*Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor eripuit, vita anteacta servavit.*

*Quint. ix. 2.*—*\*Quibus iste, qui omnia sacrificia nosset, facile a se Deos placari posse arbitrabatur.*

*Quint. viii. 3.*—*Quo ex judicio, velut ex incendio, nudus effugit.*

*Cic. lib. i. ad Att.*—*Erras, Clodi: non te judices urbi, sed carceri reservarunt; neque te retinere in civitate, sed exilio privare voluerunt. Quamobrem P. C. erigite animos, re-*



<sup>1</sup> In Asconio Patricii *quod permulsa.*

<sup>2</sup> Ex Nonio in *voc. Calantica*, in *edd. nonnullis legitur*, *Tunc cum* (alii *Tunc cum*) *vincientur pedes fasceis, cum calanticam capiti accommodares, cum strophio accurate præcingerere.*

tinete vestram dignitatem : manet illa in rep. bonorum consensio : dolor accessit bonis viris : virtus non est imminuta : nihil est damni factum novi, sed quod erat, inventum est in unius hominis perdit judicio : plures similes reperti sunt.

### DE REGE PTOLEMÆO. Orat. XVI.

*Aquil. et Fortun. et Marcian.*—Difficilis ratio belli gerendi ; at plena fidei, plena pietatis.

### PRO P. VATINIO. Orat. XVII.

*Cic. Epist. lib. I.*—Facio quiddam, quod in Eunicho parasitus suadet militi :

Ubi nominabit Phædriam, tu Pamphilam  
Continuo. Si quando illa dicet, Phædriam  
Commissatum intromittamus ; tu, Pamphilam  
Cantatum provocemus. Si laudabit hæc  
Illi formam, tu hujus contra. Denique  
Par pro pari referto, quod eam mordeat.

Sic peto a vobis, judices, ut quoniam quidam nobiles homines, et de me optime meriti, nimis amant inimicum meum, meque inspectante, sæpe eum in senatu modo severe seducunt, modo familiariter atque hilare amplexantur ; quoniamque illi habent suum Publum, detis mihi ipsi alium Publum, in quo possim eorum animos, mediocriter lacesitus, leviter repungere.

### PRO M. ÆMILIO SCAURO. Orat. XVIII.

*Fortun. et August. in Rhet.*—Maxime fuit optandum M. Scauro, judices, ut nullo suscepto cujusquam odio, sine offensione ac molestia.

*Fronto.*—Nihil Sardos Appio gratius esse facturos, quam si de Scauri fama detraxerint.

### CIRCA VERSUM A PRIMO XL.

*Cum enumeraret judicia, quæ pater Scaurus expertus erat.*

*Ascon.*—Subit etiam populi judicium, inquirente Cn.

**Domitio, tribuno pl.<sup>a</sup>** Reus factus est a Q. Servilio Cæpione,<sup>b</sup> lege Servilia, cum judicia penes equestrem ordinem essent, et P. Rutilio damnato, nemo tam innocens videretur, ut non timeret illa. Ab eodem etiam, lege Varia,<sup>c</sup> custos ille reipubl. proditionis est in crimen vocatus; vexatus a Q. Vario, trib. pl. est, non multo ante.

*Idem.*—Non enim tantum admiratus sum ego illum virum,<sup>d</sup> sicut omnes, sed etiam præcipue dilexi. Primus enim me, flagrantem studio laudis, in spem impulit, posse

## NOTÆ

\* *Subit etiam populi judicium, inquiente Cn. Domitio tribuno plebis]* Cn. Domitius, qui consul fuit cum Cassio, cum esset tribunus plebis, iratus Scauro, quod eum in angulum collegium non cooptaverat, diem ei dixit ad populum, et mulctam irrogavit, quod ejus opera sacra multa populi Romani deminuta esse diceret. Crimini dabat, sacra publica populi Romani Deum penatum, quæ Lavinii fierent, opera ejus minus recte caste fieri. Quo crimine absolutus est Scaurus quidem, sed ita, ut a tribus tribubus damnaretur, a xxxii absolveretur, et in eis pauca puncta inter damnationem et absolutionem interessent.

<sup>b</sup> *Reus factus est a Q. Servilio Cæpione]* Q. Servilius Cæpio Scaurus, ob legationis Asiaticæ invidiam, et aduersus leges pecuniarum captarum, reum fecit repetundarum lege, quam tulit Servilius Glaucia. Scaurus tanta fuit constantia, et animi magnitudine, ut Cæpionem, contra rem detulerit, et breviore die inquisitionis accepta effecerit, ut ille prior causam diceret; M. quoque Drusum, tribunum plebis, cohortatus sit, ut iudicia commutaret.

<sup>c</sup> *Ab eodem etiam, lege Varia]* Italico bello exerto, cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset, Q. Varins, tribunus plebis, legem tulit, ut quæreretur de iis, quorum ope-

ra consiliove socii contra populum Romanum arma sumissent: tum Q. Cæpio, vetus inimicus Scauri, sperans invenisse se occasionem opprimendi ejus, egit ut Q. Varius, tribunus plebis, belli concitati crimine adesse apud se Scaurum juberet anno LXXII. Ille, per viatorem accersitus, cum jam ex morbo male solveretur, dissuadentibus amicis, ne se in illa valetudine et ætate invidiæ populi objiceret, innixus nobilissimis juvenibus processit in forum; deinde accepto respondendi loco, dixit: ‘Q. Varins Hispanus M. Scaurus, principem senatus, socios in arma ait concitasse: M. Scaurus, princeps senatus, negat: testis nemo est: ntri, vos, Quirites, convenit credere?’ Quæ voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur.

<sup>d</sup> *Non enim tantum admiratus sum ego illum virum]* Possit aliquis quærere cur hoc dixerit Cicero, cum Scaurus patricius fuerit: quæ generis claritas etiam inertes homines ad summos honores provexit: verum Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum ætatibus jacuerit domus ejus fortuna: nam neque pater, neque avus, neque etiam proavus, nt puto, propter tenues opes, et nullam vitæ industriam, honores adepti sunt: itaque Scauro æque ac novo homini laborandum fuit.

virtutem sine præsidio fortunæ, quo contendisset, labore et constantia pervenire.

*Sever.*—Et quoniam congesta est accusatio magis acervo quodam criminum, quam distinctione aliqua generum et varietate.

*Idem.*—Bostarem igitur quendam dixit Norensem, fugientem e Sardinia Scauri adventum.

*Idem.*—Prius illum sepultum, quam huic cœnam esse sublatam.

*Asconius.*—Si, mehercule, judices, pro L. Tubulo <sup>e</sup> dicere, quem unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse accepimus, tamen non timerem, venenum hospiti aut convivæ si diceretur cœnanti ab illo datum, cui neque hæres neque iratus fuisse.

Quæ quidem suspicio valuit etiam ob hanc causam, quod cum agerent parentalia Norenses.

*Porph. Sat. 2. l. 11.*—Libertus patronum non occidit, sed duobus digitulis gulam oblisit.

*Fronto.*—Copiis inops, gente fallax.

#### CIRCA TERTIAM PARTEM A PRIMO.

*Ascon.*—Sic, inquam, se, judices, res habet, neque hoc a me novum disputatur, sed quæsitum ab aliis est.

*Idem.*—Illa audivimus: hoc vero meminimus,<sup>f</sup> ac pæne vidimus, ejusdem stirpis et nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse. Ac ne-

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Si, mehercule, pro L. Tubulo]* Videatur hic Cicero refutare, Bostarem Scauri opera esse interfectum, quod neque ex ejus morte commodum Scaurus expectaret, neque ei infensus esset; quibus duabus causis potissimum homines ad ejusmodi facinora impelli solent: quod ergo non timerent de Tubulo hominem sceleratissimo, inquit, si pro eo dicere, multo minus de Scauro viro optimo timendum videtur. Hic vero Tubu-

lus prætorius fuit ætate patrum Ciceronis. Is propter multa flagitia, cum de exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, venenum biberit.

<sup>f</sup> *Hoc vero meminimus]* Hic Crassus fuit pater Crassi ejus, qui æmulus potentiae Cn. Pompeii fuit. Periit autem in dominatione L. Cinnæ, cum ille et alios principes optimatum, et collegam suum Cn. Octavium occidit.

que illius Crassi factum superioris,<sup>g</sup> iisdem honoribus usus, qui fortissimus in bellis fuisse, M' Aquilius potuit imitari.

\* PAULO POST.

*Asconius.*—Quid vero? Alterum Crassum temporibus eisdem,<sup>h</sup> num aut clarissimi viri Julii, aut summo ingenio præditus M. Antonius potuit imitari?

*Prisc. l. vi.*—Cum dare nolle Aris, clam ex Sardinia est fugere coactus.

*Idem.*—Aris uxorem pellicatus dolore concitatam.<sup>i</sup>

*Prisc. l. vii.*—Arinis uxorem.

CIRCA MEDIUM.

Neque vero hæc ipsa quotidiana res<sup>j</sup> Ap. Claudium, illa

NOTÆ

<sup>g</sup> *Ac neque illius Crassi factum superioris]* Hæc verba, quibus Cicero non utitur, *Ac neque*, eam videntur habere naturam, ut semel poni non soleant: quia *neque* est conjunctio disjunctiva, et semper postulat, ut rursus inferatur: ut cum dicimus, ‘Neque hoc, neque illud:’ quo autem casu acciderit, quæve ratione, ut hoc loco Cicero hoc verbo ita usus sit, præsertim cum adjecerit illam appositionem, et nomen intulerit postea alterum, neque perspicere potui, et attendendum esse valde puto; mox enim merito viri auctoritate; neque ignoro, aliquando hoc verbum *neque* vel semel poni, ut in eadem hac oratione ante ipse Cicero posuit: ‘Sic, inquam, se, judices, res habet: neque hoc a me novum disputatur, sed quæsitum ab aliis est.’ Sed hoc loco et sine præpositione illius verbi videmus esse positum, et tamen post secundum aliquid inferri: nam cum dixit, ‘neque hoc a me novum disputatur,’ infert, ‘sed quæsitum ab aliis est.’

<sup>h</sup> *Quid vero? Alterum Crassum tem-*

*poribus eisdem]* Hic alter Crassus idem est de quo supra diximus. ‘Alterum’ autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Crassi, qui fuit pontifex maximus, et bello Aristonici in Asia dedit operam ut occideretur. Julios antem cum dicit, duos Cæsares fratres Caium et Lucium significat, ex quibus Lucius et prætor et consul fuit. Caius ædilis quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio ejus cum Sulpicio tribuno fuerit: nam et sperabat, et id agebat Cæsar, ut omissa prætura consul fieret: cui cum primis temporibus jure Sulpicius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Idem inter prios temporis sui oratores, et tragicus poëta bonus admodum habitus est: hujus sunt enim tragediæ, quæ inseribuntur ‘Julii.’ Et hi autem Julii, et Antonius, ab satellitibus Marii sunt occisi, cum Crassus, ut supra diximus, eundem casum sua manu prævenisset.

<sup>i</sup> *Neque vero hæc ipsa quotidiana res]* Fuerunt enim duas familiæ Claudiæ:

humanitate et sapientia præditum, per se ipsa movisset, nisi hunc Claudii fratris sui competitorem fore putasset, qui sive patricius sive plebeius esset, (nondum enim certum constitutum erat) cum illo sibi contentionem fore putabat.

*Isid. xix. 3.*—Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca tentavit?<sup>2</sup>

*Marcell. l. xxii.*—Vos quoque de familia nobili, cum auctoritate orbis terrarum, sentire debetis.

#### POST DUAS PARTES ORATIONIS.

*Dicit de Scauro, quem defendit.*

*Ascon.*—Nam, cum ex multis unus ei restaret Dolabella,<sup>k</sup> paternus inimicus, qui cum Q. Cæpione, propinquo suo, contra Scaurum patrem suum obsignaverat stateras, eas sibi inimicitias non susceptas, sed relatas.

#### \* POST TRES PARTES ORATIONIS.

*Asconius.*—Præsertim cum propinquitas et celebritas loci<sup>1</sup> suspicionem desidiæ tollat, aut cupiditatis.



<sup>1</sup> Olim legebatur, *Arinis uxorem pellicatus dolo concitatam.*—<sup>2</sup> Apud Patri-

#### NOTÆ

earum quæ Marcellorum appellata est, plebeia; quæ Pulchrorum, patricia: sed hoc loco urbane Cicero lusit in Claudium, cum quo in gratiam non redierat: nam quia is P. Clodii erat frater, qui ex patricia in plebeiam familiam transierat per summam infamiam, se quoque dubitare adhuc dixit.

<sup>k</sup> *Nam, cum ex multis unus ei restaret Dolabella]* Ne forte erretis, et eundem hunc Cn. Dolabellam putetis esse, in quem C. Cæsar's orationes legit, scire vos oportet, duos eodem tempore fuisse, et prænomine, et nomine, et cognomine, Dolabellas. Horum igitur alterum Cæsar accusavit,

nec damnavit; alterum M. Scaurus accusavit, et damnavit.

<sup>1</sup> *Præsertim cum propinquitas et celebritas loci]* Demonstrasse vobis memini me, hanc domum in ea parte Palatii esse, quæ, cum ab Sacra Via descenderis, et per proximum vicum, qui est ab sinistra parte, prodieris, posita est: possidet eam nunc Longus Cæcina, qui consul fuit cum Claudio. In hujus domus atrio fuerunt quatuor columnæ marmoreæ insigni magnitudine, quæ nunc esse in regia theatri Marcelli dicuntur: nsus erat is ædilis, ut ipse quoque significat, in ornato theatri, quod ad tempus perquam ampla magnitudine

*Quint. v. 13.*—Ego porro, qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportavi.

*Quint. ix. 1. 4.*—Domus tibi deerat? at habebas. Pe-  
cunia superabat? at egebas. Incurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti. Depressam, cæcam, jacentem domum pluris, quam te, et quam fortunas tuas æstimasti.

*Serv. in Georg. 1.*—Redimunt se ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.

Ab ipsa stiva mecum homines loquebantur.

*Fronto.*—Retineret id, quod præcipue semper studuit.

*Asconius.*—Hæc cum tu effugere non potuisses, contendes tamen, et postulabis, ut M. Æmilius, cum sua dignitate omni,<sup>m</sup> cum patris memoria, cum avi gloria, sordidissimæ, levissimæ, vanissimæ genti, ac prope dicam pellitis testibus condonetur.<sup>3</sup>

#### VERSU A NOVISSIMO CLX.

*Ascon.*—Undique mihi suppeditat, quod pro M. Scauro dicam,<sup>n</sup> quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint: curia illa de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur. L. ipse Metellus, avus hujus, sanctissimos Deos illo constituisse in templo videtur, in vestro conspectu, judices, ut salutem a vobis nepotis sui deparentur.

*Carisius l. II.*—universe.

*Fronto.*—adii causas oratorum.

*Idem.*—de te recordor.

*Idem.*—Hoc nomine auditio, quod per omnes gentes per vagatum est.

*Idem.*—In illa bona invadere nullo modo potuisset.

.....  
cium legitur mutavit.—3 Patricius et al. condemnatur.

#### NOTÆ

magnum fecerat. Ita Asconius.

<sup>m</sup> Contendes tamen et postulabis, ut

M. Æmilius cum sua dignitate omni]

Avum nunc Scauri maternum signifi-

cateat L. Metellum pontificem maxi-

mum, quem postea quoque nominat:

nam paternus avus proavusque Scau-  
ri humiles atque obsceni fuerunt.

<sup>n</sup> Undique mihi suppeditat, quod pro

M. Scauro dicam] Castoris et Pollu-

cis templum Metellus, quem nomi-

nat, refecit.

## PRO A. GABINIO. Orat. XIX.

*Hieron. Apol. adversus Rufinum.*—Ego cum omnes amicitias tuendas semper putavi summa religione et fide, tum eas maxime quæ essent ex inimicitiis revocatæ in gratiam: propterea, quod integris amicitiis officium prætermissum, imprudentiæ, vel (ut gravius interpretemur) negligentiæ excusatione defenditur: post redditum in gratiam, si quid est commissum, id non neglectum, sed violatum putatur, nec imprudentiæ, sed perfidiæ assignari solet.

## PRO P. QUINTIO.

*Ulpian.*—Turpis occultatio sui.

## PRO ROSCIO COMÆDO.

*E Codice Ms. Vaticano.*—1. Hoc sibi quisque proponat, quo minus fucatis capiatur officiis.

2. Rara res est amicitia.

3. Quid enim tam simplex apertumque est? Atqui non tam in alto latet aurum argentumque.

4. Hasce ore adverso inuri cicatrices ac notas virtutis accipitis, ne quod accipiat fama vultus perhorrescit, quem nunquam incursione hostium commovere.

5. Erat mecum autem ubique inveniri sine ullo labore, sine ulla investigatione.

## PRO M. FONTEIO.

*Marcell. l. xv.*—Galli posthac dilutius potabunt, quod illi venenum esse arbitrabuntur.

*Quint. vi. 4.*—Mater tua, dum vixit, ludum, postquam mortua est, magistros habuit.

*Aquila.*—Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimæ copiæ e Gallia, equites numero plurimi e Gallia.

*Cetera in ea, quæ inter reliquas orationes extat.*

## DE LEGE AGRARIA, Kal. Jan.

*Deest principium.*

*Gell. xiii. 24.*—Prædam, manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompeii, sedente imperatore, decemviri vendent.

*Gell. ibid.*—ex præda, ex manubiis, ex auro coronario.

*Aquila.*—Veniet igitur sub præcone tota Propontis atque Hellespontus: addicetur communis ora Lyciorum atque Cilicum: Mysia et Phrygia item conditioni legique parebunt.

*Caris.*—imberba juventute.

*Cetera, in ea, quæ extat, in senatu habita.*

## IN L. PISONEM.

*Quint. ix. 4.*—Pro Dii immortales! qui hic illuxit dies!

*Diomed. ii. Serv.*—Quæ te belluam ex utero, non hominem fudit.

*Ascon.*—Insuber quidam fuit, id est, mercator et præco: is cum Romam cum filia venisset, adolescentem nobilem Cæsonium, hominis fortissimi filium, ausus est appellare: filiam collocavit.

*Quint. viii. 3.*—Cum tibi tota cognatio in serraco vechatur.<sup>1</sup>

*Diomed. l. i.*—proxime Pompeium sedebam.



<sup>1</sup> Verburg. Lall. et al. advehatur. Huic orationi in edd. nonnullis adduntur fragmenta seqq. ex Asconio: *Quod minimum specimen in te ingenii? Ingenii autem? immo ingenui hominis ac liberi, qui colore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen.* CIRCA VERS. A PRIMO LXXX. *Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde se is ortum gloriari solet: neque enim hoc mea natura fert; nec municipii, praesertim de me optime meriti, dignitas patitur.* PAULO POST, De Avo Pisonis paterno. *Hic cum ad Padum Placentiae forte concedisset, paucis post annis in eam civitatem (nam tum erat civitas) ascendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberè cœptus est.* PAULO INFRA, Lautiorem pater tuus sacerum, quam C. Piso\* an illo luctu: non ei filiam meum collocavi, quem ego, potestas cum omnium suisset, unum potissimum delegissem.

*Lamb. addit ex Quint.*—Caput opponis, cum eo coniscans.

**EX COMMENTARIIS LIB. XIII.**

*Diom.*—Re vendita, iterum emta.

# **NOTÆ VARIORUM**

IN

**MARCI TULLII CICERONIS**

**ORATIONES.**

**EX EDITIONE JOS. OLIVETI,**  
**PARIS. 1740. 4to.**

# NOTÆ VARIORUM

IN

## M. TULLII CICERONIS ORATIONES.

### PRO PUBLIO QUINTIO.

**ARGUM.**—Societas fuerat, mercaturæ causa, inter C. Quintium et Sex. Nævium. Mortuo C. Quintio, jus et bona societatis ad Publum ejus fratrem ex hæreditate pervenerunt. Hinc, nt fere fit, lis orta cum socio Nævio de rebus dividendis; in qua ita per aliquod tempus velitatum est, ut Quintius denique, sive socordia sua, sive Nævii insidiis, vadimonium deseruisse videretur. Quare quæ fuerat causa meriti, facta est causa ordinis, ut nostrorum judiciorum formulis utar, tironum gratia. Cum enim litigatore uno vadimonium deserente, alter bonorum ejus possessionem a prætore postulare posset, Nævius aiebat, se et edictum obtinuisse prætoris, et bona possedisse. Volebat Quintius causam instaurare de rebus societatis; nec Dolabella prætor vetabat, dummodo satisdaret judicatum solvi: satisdare autem debebat is, qui vadimonium non stitisset; et possessionem honorum suorum amisisset, ea ratione, quæ afferuntur infra. Quod si nollet satisdare,

prætor jnbebat, ut sponsione adversarium provocaret, hoc est certam pecuniam sponderet, ‘Ni probaret, bona sua edicto prætoris possessa non esse,’ et in hanc formulam item contestaretur. Utrumque erat illi incommodum. In primo enim infamiam subibat, quod fateretur, se vadimonium deseruisse; in altero cogebatur priore loco cansam dicere, hoc est actoris partes suscipere, cum re vera rens esset. Maluit ex sponsione agere. Genus igitur causæ hujus judiciale est; ipsa vero causa privata. Status conjecturalis est, ‘Utrum bona Quintii ex edicto prætoris a Nævio possessa sint.’ Index datus est a prætore C. Aquilius Gallus jurisconsultus, Q. Mucii auditor, quem Cicero supra modum laudat in Orat. pro Cæc. cap. 17. Is autem jurisperitos tres in consilium advocavit, P. Quintilium, M. Marcellum, et L. Lucilium. Acta est cansa in comitio ubi privata judicia fieri solebant, M. Tullio Decula, et Cn. Cornelio Dolabella coss. A. U. C. 672. Sulla

dictatore, cum Cicero ageret ætatis annum 26. ut contendit Gellius, lib. xv. cap. 28. Albertus Fabricius, in Latina Bibliotheca, lib. i. cap. 8. actam putat A. U. C. 673. post idus Mart. quæ fuit etiam sententia And. Schotti, Tullianarum Quæst. lib. iv. cap. 7.

Partes Orationis quinque sunt; exordium, narratio, partitio, confirmatio, peroratio; quibus adde amplificationem, sive ipsa per se constet, sive ad perorationem sit referenda. *Facciolatus.*

Præter adnotaciones paucissimas, quæ subscriptum babebunt nomen aliud, ceteras omnes tum in hanc orationem, tum in eam quæ proxime sequitur, acceptas referes viro inter grammaticos excellenti, Jacobo Facciolato, qui 'Exercitationes in duas priores Ciceronis Orationes' Patavii non ita pridem edidit, in quibus, ut ipse admonet, de te, bone lector, cogitavit. 'Qui veteres,' inquit, 'scriptores interpretandos suscipiunt, non omnes eodem spectant: alii enim hac via et ratione, eruditio-  
nis famam aucepuntur; alii criticæ artis peritiam jactare volunt; qui-  
dam etiam interpretandi specie, bi-  
bliothecis suis, et antiquis monumen-  
tis lucem querunt.' Facciolatus vero, interpretis vocem et vim meditatus, non alio consilio scripsit, nisi ut iis consulat, qui Ciceronem cognoscere volunt, et quam minimo labore cognoscere. Paucis igitur verbis, quæ sunt explicanda, explicat; neque usquam Ciceronis contextum per longas commentationes oculis subduxit. Quod si cunctas ejusdem Orationes interpretatus esset, mihi dedisset immunitatem magni quidem muneris, nullusque in hoc meo Commentariorum delectu fuisset labor. *Olivet.*

CAP. I. § 1 *Gratia*] Ad hunc locum hæc habet Hotomanus: 'Gratia, copia est plurimorum amicorum, ut scribit Asconius.' Verum, quam-

vis hoc loco 'gratia' sumatur pro πολυφιλίᾳ, tamen generatim atque universe considerata, est benevolentia, et favor modo unius hominis, modo plurium; cuius rei passim occurunt exempla. Sic 'gratiosus' dicitur aliquis promiscue apud unum, et apud plures.

*Vereor*] Eloquentiam vereor, gratiā metuo. 'Vereor' minorem vim habet, quam 'metuo.' Idem de *Senect.* cap. 11. 'Metuebant cum servi, verebantur liberi.'

*Dicendo*] Sic nostri quatuor editores. Grævius vero, in *dicendo*, quod Ursinus et Gruternus in suis manuscriptis legi testantur. *Oliv.*

§ 3 *M. Junius*] Hunc M. Junium Cicero, de Legibus, lib. III. sodalem suum appellat, qui scripserat ad patrem suum de potestate et jure ma-  
gistratum. *Passerat.*

*Aliquoties*] Hotomanus, 'apparet,' inquit, 'aliquoties ampliatam hanc causam fuisse.' Interpretationem hanc sumpsit a Manutio, ab eo deinde Freigius, postremo Grævius. Non facile probabitur ab eo, qui legat, ac serio perpendat Ciceronis verba cap. 10. 'Instat Hortensius, ut eas in consilium; a me postulat, ne dicendo tempus absumam: queritur, priore patrono causam defendente, nunquam perorari potuisse: non patiar istam manere suspicionem, nos rem judicari nolle.' Ergo M. Junius aliquoties causam egerat, et Cicero rur-  
sus agebat, quod nondum perorari potuisse, quod nondum Aquilius is-  
set in consilium, quod tempus dicen-  
do esset absumptum: itaque suspicio-  
erat, Quintium, et Quintii patronos,  
rem judicari nolle. Hinc satis, opini-  
nor, manifeste constat, causam non  
fuisse ampliatam: non enim poterat  
ampliari, nisi judices ivissent in  
consilium, et rem judicassent. Tunc enim per tabellas 'N. L.' hoc est,  
'Non liquet,' pronuntiabatur, cau-  
sam amplius esse cognoscendam.

Hinc Siganus de Jud. lib. II. cap. 22. ‘Ampliatio ex incerta judicium sententia nata est.’ Ad hæc Asconius lib. I. in Verrem, cap. 9. de ampliatione: ‘Ea pars, interposita dilatatione, dicebat, in cuius peroratione videbatur obscuritas.’ Atqui ex loco Ciceronis allato hæc causa, priore patrono defendente, nunquam perorata est. Igitur neque ampliata.

*Nova legatione]* Non constat qua legatione, certe improvisa.

CAP. II. § 8 *Priore loco*] Quia sponsonem facere coactus erat, priore loco dicere debebat, quasique actoris partes sustinere, cum revera defenseret. Vid. Argum.

§ 9 *Prætoris*] Cn. Cornelii Dolabellæ, prætoris urbani, qui, proposito anno edicto, ius dicebat inter cives in privatis causis, id est, judicem, jurisque formulam dabat: ipse vero non judicabat. Eodem modo prætor peregrinus ius dicebat inter cives et peregrinos, non judicabat. *Manut.*

*Iniquitate*] Quam in ius dicente ponimus, cum varie et non æquabiliter omnibus ius dicit; sed aut gratia inflectitur, aut potentia infringitur, aut adulteratur pecunia. Iniquitati autem æquabilitas opponitur. *Hotom.*

*De probro*] Utrum vadimonium deseruerit Quintius, ideoque ejus bona ex edicto possessa sint.

*De re]* De qua princeps erat controversia disceptanda judicio pro socio.

CAP. III. § 11 *Ceterarum rerum*] Constructio Græca, in qua per ellipsis deest *περι*.

*Inhumanus præco*] Nimis acerbus et molestus. Alii legunt *inurbanus*. Præcones porro actionarios dicaces fuisse constat ex Apuleio, Metamorph. lib. VIII. et ex Cicerone pro Planc. cap. 14. tum ex eodem in Brut. cap. 46. ubi multa de facetiis Granii præconis.

§ 12 *Tibi*] De quocunque dixit, pro, quod eum sibi quisquam so-

cium vellet adjungere. *Manut.*

*In tua pecunia]* Quia cum Nævius nihil haberet, non poterat pecunia fructum, nisi ex aliena pecunia cognoscere. *Pecunia* hic sumitur pro rebus omnibus, quæ sunt in patrimonio.

*Pecuaria et rustica*] Armenta, et prædia.

*Atriis Liciniis]* Atriis auctorariis, ut ab eodem Cicerone dienuntur in prima contra Rullum, cap. 3.

*Sine impendio*] Quia vocis proprie loquendo nullum impendium est. Sed veretur Passeratius, ne quid lateat obsecnum.

§ 13 *Nec mirum*] Si, qui ex re minima et per se ipsa non venali fructum tulerat, is multo majorem fructum ex pecunia, et rebus vere venalibus colligendum sibi putabat.

*Arbitrium pro socio*] Grævius tollit arbitrium: Budæus legit arbitrii: Hotomanus arbitrio: Manutius ad arbitrium. Sensus est, quasi qui fraudentur, non qui fraudulent, condemnari soleant in judicio, quod dicitur ‘pro socio.’ *Faciolatus.* In judicio, quod pro socio constituitur. Quod ideo vocatur arbitrium; non quia revera sit, sed quia, cum in ea formula, quam prætor judici dat, additur, ‘ex fide bona,’ id est, ut ex æquo bonaque judicet, arbitrii simile videtur. In arbitriis autem, quæ vere arbitria sunt, non accipitur a prætore formula. Mihi videtur vox ‘arbitrium,’ ex ora libri, ubi erat adscripta et notata, quasi subandienda, in Ciceronis orationem translata esse. Nam ita loquitur pro Flacco: ‘Nicomedes et furti, et pro socio damnatus est:’ hoc est, in arbitrio, seu judicio pro socio, est damnatus. Sic ‘pro socio’ simpliciter appellatur ‘actio pro socio,’ ut constat ex lib. XVII. 2. Pandect. 2. et Codic. Justin. IV. 37. *Græv.*

*Postulat, non flagitat*] *Flagitare* significat rem sibi debitam vehementer

poscere. Itaque majorem vim habet, quam postulare.

CAP. IV. § 14 *Summus honos*] Quia non utile solum, sed perhonorisicum erat institui heredem.

§ 15 *Quibus nominibus pecuniam Romæ curari*] Curare pecunium, curare ut pecunia detur et solvatur. *Nomen autem dicitur, quidquid in accepti vel expensi tabulas refertur.* Videatur autem in pactione cautum fuisse, ut ea pecunia Romæ redderetur. *Hoc tom.*

§ 17 *Per te . . . decidit*] Opera tua transegit, ut in re obscura.

*Propter ærarium rationem*] Propter varietatem pecuniae Gallicæ et Romanæ.

*Ad Castoris*] Ad ædem Castoris, ubi publica pecunia servabatur, et omnis de re nummaria controversia componebatur. Alii, *a questoribus.*

*Ad denarium*] Ad monetam Romanam. Aquilius enim rationes, Gallica moneta aut alia contractas, ad denarium Romanum iniit, et expedivit.

CAP. V. § 19 *Auctione venderet*] Hoc est, præconem ageret: præco enim auctionarius promittit, dominus præstat.

§ 20 *Paucos dies aufert*] Dilatationem paucorum dierum impetrat.

§ 21 *Vadimonium*] Est sponsio quædam comparendi stato die (erat autem plerumque tertius) in iudicium vel per se, vel per procuratorem. Si quis vadimonium deseruisset, et infamia notabatur, et ejus bona edicto prætoris ab adversario possidebantur. Hinc ‘vadari’ est in judicium vocare; et ‘vadimonium deserere’ idem, quod Ital. *cader in contumacia*: Gall. *ne point comparoître, faire défaut*. Adverte hic, contra Manntii opinionem, rem esse in vadimonio consnevisse, cum ageretur apud judices, non autem apud arbitros: ‘Ex eo tempore res esse in vadimonium cœpit’: hoc est, ex quo tempore per arbitros

res transigi non potuit, ut paulo ante dixerat.

§ 22 *Venit ad vadimonium*] Sistit se ad diem dictam.

CAP. VI. § 24 *Quirina*] Hoc est, ex tribu Quirina.

*Vada Volaterrana*] In agro Pisano, in ora maris Tyrrheni.

*Pueros*] Servos.

*Quod nisi ex Publicio*] Ex veterum manuscriptorum fide Gruterus et Grævius quædam hinc tollunt; itaque legunt, *Quod ubi ex Publicio agnovit, pueros circum amicos, &c.*

§ 25 *Necessarios*] Præcones ab atriis Liciniis, et parum diversæ farinæ homines.

*Faucibus macelli*] Hoc est, ab angustiis inter Viminalem et Esquilias, quæ in macellum desinunt.

*Tabulam Sextiam*] Ad tabernam Sextii argentarii, ubi testes signarent tabulas deserti a Quintio vadimonii.

*Stitisse*] Vadimonium: quasi vero alter alterum vadatns esset. Est autem ‘stitisse’ a ‘sisto,’ unde perperam quidam stetisse.

*Maximæ*] Quod multorum testium nomina contineret.

*Nobilium*] Ironice ad imminendum eorum auctoritatem. Non enim nobiles, qui ab atriis Liciniis, qui a faucibus macelli, qui amici et necessarii Nævii abjecti præconis.

*Ex edicto*] Quo bona ejus, qui vadimonium deseruisset, adversario addicebantur.

§ 27 *Libellos*] Publice propositos, quibus bona Quintii prosciberentur. Publicis locis figebantur hi libelli, ut bonorum auctionem certo die futuram edicerent.

*Servulum*] Quintii: nam tunc servi quoque inter bona habebantur; hodie ntinam non inter mala.

*Imbiberet*] In animum induxit. Sic legit Manntins, et quidem optimæ; alii aliter.

CAP. VII. § 29 *Populo sane suo*] Si-

bi favente, quasi in pugna gladiatoria.

*Caput petere]* Hoc est, existimationem oppugnare. Ludit in allegoria gladiatoriis.

*Satisdaret]* Satisdare, unde ‘satisfatio,’ est sponsores locupletes dare. Hinc ‘satisfare judicatum solvi,’ est sponsores dare, qui periculio suo litis aestimationem solutum iri promittant. Cogebantur autem satisdare, qui vadimonium deseruerant, si vellent litem instaurare, tum ne rursus impune fallerent, tum etiam quia credebantur solvendo non esse, quod eorum bona praetoris edicto adversarii possiderent. De aliis satisdationum generibus, vide Sigonium, de Jud. lib. I.

*Tribuni]* Ut intercedant praetoris decreto.

**CAP. VIII.** § 30 *Producit]* Propositis conditionibus rei transigendæ, differt judicium.

*Juberet]* Dolabella praetor. Alii juberetur, et referunt ad Quintium.

*Sponsionem]* Ne calumniantes litigatores impune discederent, cogebantur certæ pecuniae sponsione adversarios lacessere in ea verba, ‘ni res ita esset,’ &c. Pecunia dicebatur ‘sacramentum,’ quod victi pars olim, ob ærarii inopiam, in usum sacrificiorum insumeretur. Provocatio vero illa, et mutua promissio ‘sponsio’ appellabatur. Qui sacramento provocabat, actor erat, et priore loco dicebat; qui vero ex provocatione contendebat, rei personam sustinebat.

*Dere]* Hoc est, de rebus societatis, non de deserto vadimonio.

§ 31 *Priore loco]* Dolet igitur orator, Quintio impositam esse conditio nem prorsus iniquam, ut quamvis reus esset, quippe de ejus fortunis et fama agebatur, tamen priore loco diceret ex vi sponsionis, quam facere jussus erat. Moris enim fuit, quemadmodum hodie moris est, ut

actor priore loco diceret, reus posterior.

*Nostro loco]* Cicero equestri loco natus erat.

**CAP. IX.** § 32 *In altera re]* Si satisdedit, inficiari non poterat, quin ipse de se minus recte judicaret.

*Ex sponso]* Alii ex sponsu. Hoc est, ex sponso actionem instituit.

§ 33 *Eos]* Hortensium.

*In jus]* Ad prætorem, cuius erat jus dicere.

*Docuisse]* Carpit inscitiam Dolabellæ.

§ 34 *Levem]* Inanem, nisi abutantur ad injurias inferendas.

**CAP. X.** *Eas in consilium]* Sententiam feras.

*Neque pronuntiare]* Erat enim Cicero eo tempore magna corporis infirmitate, ut ipse ait in Brut. cap. 91.

§ 35 *Semper facis]* Notat nimiam Hortensii in partiendo curam: de qua et Quintilianus, Inst. iv. 5.

§ 36 *Existimatione]* Qua verebor, ne me tacite reprehendatis.

**CAP. XI.** § 38 *Experiretur]* ‘Experiri,’ lege agere apud judices. Vox forensis.

**CAP. XIII.** § 44 *Si veretur]* Si putat reum solvendo non esse.

*Quibus verbis]* Qua formula.

*Satisdet]* Non recusabat enim Quintius satisdare, sed satisdare solus; quasi vero bonorum suorum possessionem ipse amisisset, ut propterea judicatum solvere non posset.

**CAP. XIV.** § 45 *Nostro judicio]* Quia si Quintius satisdedit solus, ipse se suo judicio condemnasset.

§ 46 *Unum illud]* Judicium pro socio de re pecuniaria.

*Inter tot annos]* Vix biennio. Fortasse legendum *inter duos annos*; vel, quod ego quidem malim, *integro anno*; quo anno simul vixerunt in Gallia. Nam cum Romam rediissent, agere Nævius cœpit.

*Male agere]* Petere, quod sibi non debebatur; et socium, ac propinquum suum, vexare sine causa.

§ 47 *Ingratis]* Velit nolit. Alii *ingratis* per syncopen.

*Prædicas]* Non verbo, sed re.

CAP. xv. § 49 *Pecuniam]* Adverte tria membra. Qui solam pecuniam amittit, consolatur se fama sua: qui amittit solam famam, consolatur se sua pecunia: qui vero utrumque amittit, miserrimus est omnium etiam mortuorum. Talis porro est Quintinus, si ejus bona veneant sub hasta, ob desertum vadimonium.

*Vita turpis]* Locus hic mordosus videtur. Fortasse legendum, *ita turpis*; vel, quod malim, *vita ita turpis*. Fac. Hanc emendationem confirmat Joan. Clericus, Art. Crit. part. III. sect. I. cap. 8. Oliv.

§ 50 *Magistri]* Magister, in auctio-  
ne is dicitur, qui bonis alienjus vendendis præest. Est autem fere unus ex creditoribus. Vide Ep. ad Att. I. 1.

CAP. xvi. § 53 *Horæ duæ]* Aiebat Nævius, vadimonium fuisse fac-  
tum Non. Febr. hoc est, quinto die,  
ex quo Quintinus Roma egressus fne-  
rat, ut est cap. 18. Itaque stitit se illius diei horis, quibus prætore se-  
dente, asserebat vadimonium esse obeundum; de quibus horis loqui-  
tor Cicero: neque vero contrahit quatriiduum in duas horas, aut in unam, ut putat Manutius, et eum se-  
cetus Grævius. Vide cap. 18.

CAP. xvii. § 54 *Extremam neces-  
sariam]* Fortasse, *extremam, nec neces-  
sariam*. Hotom. Sic est legendum,  
*extremam, ac necessariam*. Lamb. Vul-  
gatam tuentur editiones antiquiores,  
et codices Græviani.

CAP. xviii. § 56 *Arrogas, et con-  
cedi postulas]* Ut rationem humanita-  
tis et officii tenere non debueris.

*Causa]* Prætextus.

*Negas]* Lambinus legit, *non negas*.  
Videtur enim imitatus Plautum in

Pseudolo, I. 13. 126.

§ 58 *Astipulatore]* Teste stipula-  
tionis, seu potius calumniæ tuæ.

§ 59 *Ad solarium]* Horologium so-  
lare ad Rostra, ubi homines animi  
causa otabantur. Varro L. L. lib.  
v. et Censorinus de Die Nat. cap. 19.

*Campo]* Martio, ubi ludi specta-  
bantur.

CAP. xix. § 60 *Cui hæres]* Qui moriens heredem non relinqueret,  
ejus bona possidebantur edicto præ-  
toris.

*Verterit]* Deest aliquid. Non tam-  
men ausim adsuere ex Hotomano ac  
Lambino verba hæc, *Dici id non po-  
test. Qui absens judicio defensus non  
fuerit: ne id quidem.*

*Quod prætor, non fieri, &c.]* Ex mul-  
tis, variisque lectionibus, hæc potis-  
simum nobis placuit. Est autem sensus:  
nemo putavit recusandum quod prætor fieri jubebat, non simpliciter,  
sed ex edicto suo, hoc est, ex verbis  
sui edicti, quibus certe Quintius non  
comprehenditur. Lamb. Probat hanc  
eamdem lectionem Cujacius, Observ.  
x. 31.

CAP. xx. § 63 *Ita videbare]* Lego  
*Ita videbat.* Verba autem hæc non  
Nævio, sed Ciceroni tribuo; quo mihi  
videtur tricæ omnes constructio-  
nis, et sensus facile expediri. Pri-  
mum enim Nævius ait, ‘Postulabam  
ut satisdaret:’ respondet Cicero,  
‘Injuria postulabas: ita videbat, re-  
cusabat Alphenus.’ Urget Nævius,  
‘Ita: verum prætor decernebat:’ re-  
ponit Cicero, ‘tribuni igitur appellabuntur.’ Facillime porro fieri po-  
nunt, ut vocem videbat librarii auxe-  
rint syllaba *re*, qua incipit vox conse-  
quens recusabat.

*In ea ipsa verba]* In eam formulam  
verborum.

§ 64 *Non omnia]* Etiam iniqua,  
quale erat, ut Alphenus nomine Quin-  
tii satisdaret. Nemo enim debet in-  
defensns dici, quod iniqua judicia  
non acceperit, et ideo tribunos ap-

pellarit.

§ 65 *Non more*] Quia objecerat Nævius, appellatos fuisse tribunos, non more et instituto, sed auxili causa ad elndendum judicium : ‘ Non est istud judicium pati, neque judicio defendere, cum auxilium a tribunis petas.’ Grævins habet *non moræ*, secutns lectionem Lambini : id est, non causa moræ, ad morandum judicium. Probarem, si pro *videturne*, esset *nonne videtur*.

CAP. XXI. § 67 *Calumniante*] Ludificante, et trabente judicium.

*Singulare*] Sive unum, cum tamen ageretur de tot tantisque rebus; sive inusitatum, ut superius conques tus est.

§ 68 *Illis dominantibus*] Marianis, a quibus stabat Alphenus.

§ 69 *Nobili*] Nobiles enim favent Syllæ. Hic autem ludit in verbo, cum nobilis dicatur etiam gladiator multarum victoriarum.

*Gladiatori*] Ita appellare videtur Burrienum prætorem, hominem prægrandem et robustum.

‘ *Omnium denique illorum*] Omnes interpretes, qui locum hunc attigerunt, putant hæc verba ad nobiles Syllanos esse referenda, quod Nævius Syllanarum partium esset, quemadmodum Alphenus Marianarum. Sed cum hoc affirmarunt, quam deinde laborant, ut ostendant, Syllanos tunc plurimum potuisse, cum revera Marianii dominarentur, sicut paulo ante affirmavit Cicero, et constat ex historia. Ego itaque refero verba illa, ‘ *omnium denique illorum*,’ ad Marianos, quasi dicat orator : Tu familiaris eras Burrieni, et omnium Marianorum, qui tum dominabantur, et plurimum audebant. Erat enim eo tempore etiam Nævius Marianus, sed postea per summam perfidiam transiit ad victores Syllanos, ut colligitur ex cap. 22. ‘ Tu, postquam, qui tibi erant amici, non poterant vincere ; ut amici tibi essent, qui vin-

cebant, effecisti.’ Ecce igitur quare statim dicat, ‘ An omnes tu istos vincere volebas, &c. Aude id dicere,’ &c. hoc est, tu nolebas, nobiles istos Syllanos victoriam de Marianis re ferre ; nec palam audebis contrarin dicere, quia nos te perfidiæ ac mendacii arguemus. Adde hoc verba illa ex cap. 22. ‘ Neque enim inter stu dium vestrum quidquam, ut opinor, interfuit :’ id est, uterque vestrum studebat Marianis. Quem locum interpretationi suæ adversari intelligens Hotomanus, variam lectionem commentus est, reposuitque *aliud pro quidquam*. Ita belle Cicerone in sententiam suam, non se ad Ciceronis sententiam accommodat.

*An omnes tu istos*] Arguit eum perfidiæ, quod tum esset Marianus, nec vellet Syllanos vincere, quibus se clam simulabat amicum, et ad quos postea victores aperte transiit.

*Quos advocasti*] ‘ Qui tuæ perfidiæ,’ inquit interpretes, ‘ sunt consciæ.’ Imo vero, qui non sunt consciæ, ideo que tibi favent in hac causa. His tamen ipsis non audebis dicere, quia omnibus notum est, te secutum esse, non causam, sed victoriam.

CAP. XXII. § 70 *Alphenus*] Vel interemptus, vel proscriptus cum Marianis.

§ 71 *De re*] Inducit Quintum et Nævium altercantes.

§ 73 *Locum reliquisti*] Allegoriam claudit. Tu dicis, tibi fuisse ini quam certationem, id est, tibi fuisse iniquum locum ad certandum ; at huic reliquisti locum nullum : si quidem Quintius nullam conditionem æquam obtinere potuerat.

CAP. XXIII. § 74 *Ultro*] Imo, e contrario Plautus, Aul. III. 5. 65. ‘ Ubi disputata est ratio cum argen tario, etiam plus ultro debet argen tario.’

*Deberet*] Quia multa abraserat ex bonis societatis, ut est cap. 3.

§ 75 *Diem petivit*] Longiorem diem

petivit ad sistendum in iudicio; quod est eorum, qui rem iudicando trahunt. Vel petuit longiorem diem ad dissolvendum debitum, ut placet Hoc tom. et Græv.

CAP. XXIV. § 76 *Id perseverare et transigere*] Id pendet a secundo verbo, fitque per *ζεῦγμα*. Non enim satis mihi probat Grævius, Ciceronem tribuisse quartum casum verbo ‘persevero;’ quamvis deterioris Latinitatis auctores tribuere non dubitaverint.

*Id in tua*] Adverte τὸ id, quod hoc loco redundant, sed magnam tamen habet vim et vennstatem.

*Vendente*] Vendidit Sylla bona Alpheni vel interempti, vel proscripti, quod esset Marianarum partium.

*Edidisti*] In libello emptionis.

§ 77 *Eo*] Hortensio.

CAP. XXV. § 78 *Qui eo non accedat*] Quia bistriones habiti sunt infames. L. quod ait 2. d. de his qui non. inf.

§ 79 *Ante V Kal.*] Hoc est, die quinto ante Kalendas. Est autem idem ac si diceret v Kal. utroque enim modo veteres loquebantur. Dies hic est 20. Februarii.

*Intercalares*] Dies erant, qui interjiciebantur inter 23. et 24. Februarii; ut annus lunaris, qui est minor, conveniret cum solari, qui est major. Et primo quidem reipublicæ tempore, ex prescripto Nūmæ, interjiciebantur altero quoque anno dies 22. Ætate vero Ciceronis intercalandi potestas omnis erat penes pontifices; qua sæpe cum essent abusi, totam anni rationem perturbarunt, ut Juliana demum correctione opus fuerit.

*Pridie Kal.*] Die 29. Feb.

*Statim de jure*] A tribunali prætoris statim in Galliam cucurrerit.

CAP. XXVI. § 81 *Malo*] Malo respondeas, te ante edictum misisse, ut fatearis improbitatem ejusmodi, quæ ne mendacio quidem tegi possit.

§ 82 *Si nemo recusaret*] Id quod prætor juberet. Recusare autem aliquis poterat satisdando, et judicium accipiendo.

§ 83 *Atque hæc perinde*] Locus est difficillimus, quem interpretes omnes declinarunt, præter unum Hotomanum; a quo tamen ipso ego cogor discedere, etsi non libenter faciam in re præsertim legali. In hujusmodi igitur cansis duplex interveniebat prætoris decretum, quorum unum dicebatur primum, alterum secundum; per illud prætor mittebat in possessionem; per hoc jubebat possidere, L. si finita 15. d. de damno inf. Quæ tamen duæ loquendi formulæ promiscuae habentur, præsertim ab oratoribus. Primum porro decretum dabatur custodiæ causa, quod constat tum ex verbis ipsius decreti, quæ infra habentur apud Ciceronem, tum ex L. 12. d. quibus ex causs. ‘Cum bona possidere prætor permittit, non possidemus, sed magis custodiæ rerum, et observantiam nobis concedit.’ Secundum dabatur veræ possessionis ac venditionis gratia: quique ex illo possidebat, possessori juris dicebatur, quemadmodum alter possessor facti, ut est in L. 3. § ultimo, d. de acquir. poss. Ergo Nævius, qui nondum obtinuerat, nisi primum decretum, non poterat Quintum de bonis suis detrudere; sed una cum illo possidere debebat tanquam custos, donec propositis per 30. dies libellis, et a nemine dejectis, secundum decretum postularet ad Quintiana bona vere possidenda ac vendenda.

CAP. XXVII. § 85 *Simul possideat Quintius*] De jure, tanquam verus dominus; tu de facto, tanquam custos.

*Hoc dico\*\*\**] Quintum argumentum hoc loco desideratur, quod tamen colligitur ex anacephalæosi, quæ statim sequitur: ‘Omnino autem bona possessa non esse constitui,’ &c.

CAP. XXX. § 94 *Galloniij*] Fuit

præco, ut Nævius, sed in gulæ vitia  
tñrpissime profusus: de quo de Fi-  
nib. II. 28. et Horat. Sat. II. 2. 47.

CAP. XXXI. § 96 *Unde arbitratu]*  
Non invenit a quo peteret judicij for-  
mulam ex sententia; coactus est enim

contendere de probro, cum ipse mal-  
let de pecunia.

§ 99 *Ferat]* Ut Nævius obtineat.  
Plant. Merc. act. II. sc. 3. ‘Quod  
posces, feres.’ Passeratinus suspicatur  
legendum fiat.

## PRO SEX. ROSCIO AMERINO.

**ARGUM.**—Cum pater Sex. Roscii, pro quo habetur hæc oratio, noctu rediens e cœna occisus esset, Erucius filium accusavit parricidii, impellente Chrysogono Syllæ liberto. Impellebat autem maxime per duos Roscios, Capitonem et Magnum, veteres Roscii occisi inimicos, in quos Cicero hujus cædis suspicionem confert. Itaque non tam hæc defensio dici debet, quam artificiosissima accusatio. Ea porro erat Chrysogono causa perdendi filii, ut tuto possideret patris bona iniquissime proscripta, minimoque empta. Prima hæc causa publica est quam Cicero egit, annos natus 27. ut ostendit Gellius lib. xv. cap. 28. L. Sylla iterum, et Q. Metello coss. anno U. C. 673. Acta est in foro, ad tribunal Faunii prætoris, et quæstoris inter sicarios, assidentibus judicibus ex ordine se-natorio, qui solus hoc tempore jndi-  
cabat.

Genus orationis judiciale est. Status conjecturalis: ‘Utrum Sex. Roscius patrem occiderit.’

Partes quinque sunt, exordium, narratio, partitio, confirmatio, et peroratio, seu amplificatio. *Facciola-tus.*

Vide, qnæ argumento Orationis pro Quintio subjuncta sunt.

CAP. I. § 1 *Sedeant]* Sedeant ad-  
vocati Roscii, ut ei præsentia fave-

rent, non eloquentia.

*Defendi]* Propulsari.

*Periculum]* Metuunt sibi a Chrysogono Syllæ liberto, qui totam hanc accusationem instruxit, ut Sex. Roscium perdat. Huc referenda sunt verba illa, ‘propter iniquitatem temporum;’ quibus scilicet Sylla et Sylani impotenter dominantur.

§ 2 *Plura]* Aliqui referrent ad Sylani multo plura ad invidiam con-flandam.

§ 3 *Cognoscendi]* Quia ea tempe-  
state non solum non ignoscetur er-  
roribus, sed sæpe etiam, incognita  
causa, homines puniebantur. Id præ-  
sertim ad Syllanas proscriptiones  
referendum est. Est autem ‘cog-  
noscere,’ audire aliquem in jndicio.  
Videtur imitatus Terentianum illud  
in Eunucho, prol. 4. ‘Æquum est vos  
cognoscere, atqne ignoscere.’

§ 4 *Utrumvis]* Vel dicere, vel ta-  
cere.

CAP. II. § 6 *Quæ sunt sexagies]*  
Sexagies centenis millibus H-S.

*Dicit emisse]* Aiebat Chrysogonus,  
se emisse sub hasta bona Sex. Roscii  
interfecti, quod ejus nomen esset in  
tabula proscriptorum.

*Hoc postulat]* Non hoc quidem li-  
bere et aperte postulabat, sed per  
hanc accusationem postulare vide-  
batur.

*Ejecto]* In exilium.

CAP. III. § 8 *Hoc postulare*] Infinitivus hic servit indignationi. Ipse per se constat, nec ab alio verbo pendet.

CAP. V. § 11 *Longo intervallo*] Quia bello civili Syllano intermissa fuerant judicia de sicariis, ut vices impune occiderent quos libuisset.

*Inter sicarios*] De sicariis. Formula juris est, quæ adhibetur etiam cap. 32.

*Futuram*] Hotomanus mallet *futurum*, ea loquendi forma, quam Gellius probat lib. I. cap. 7.

§ 12 *Qua vociferatione*] Nam se veritatem in aliis causis accusatores postulare solent, eam nos defensores in hac causa postulamus.

§ 13 *Quos populus poscit*] Ad poenam propter multa in omnes sceleram commissa.

*Unus relictus*] Unicus occisi Rosci filius.

CAP. VI. § 15 *Hospitiis*] Solebant cives Romani necessitudinem hospitiis cum exteris hominibus contrahere, ut et ipsi eos Romam advenientes domi suæ exciperent, et iter facientes per provincias, haberent apud quos diversarentur.

*Domestici prædones*] Duo Rosci, Capito et Magnus, de quibus infra, una cum Chrysogono.

§ 16 *Proscriberentur*] A Sylla victore, qui tabulam in foro fixerat, in qua plurimorum nomina scripta erant, ut ad cædem quærerentur, eorumque bona sub hasta venderentur.

§ 17 *Plurimarum palmarum*] Homo sæpe in cæde versatus dicitur per translationem gladiator vetus, quique plurimas palmas retulit. Victori enim gladiatori palma dabatur.

*Ad eum lanistam*] Ad Roscium Capitonem, quem per translationem appellat lanistam, hoc est, Indi gladiatori magistrum.

CAP. VII. § 18 *Palatinas*] Quæ erant in colle Palatino.

§ 19 *Cisiis*] ‘Cisium,’ vehiculi genus velocissimi.

CAP. VIII. § 21 *Arbitrarentur*] Huc addenda videntur verba hæc ex Sosipatro, et Diomede, ‘nomen refertur in tabulas Sex. Rosci hominis,’ &c. Ita censent Hotomanus, Lipsius, et Grævius.

*Manceps fit*] Emit sub hasta ejus bona, tanquam hominis proscripti. Dicitur autem manceps, hoc est sector, quia manu sublata, ea bona nomine suo emit. ‘Manceps,’ quia videatur quasi manu capere.

*Imprudente L. Sylla*] Non animadvertiscente.

§ 22 *Præparet*] Verbum hoc referatur ad futura et ad præterita, per figuram ζεῦγμα : nec eorum (Lambini) probanda est conjectura, qui primum membrum ita legunt, et ea, quæ præterita sunt, reputet, vel reparet.

*Despexerit*] Quasi deorsum despexerit, demiserit oculos, non fuerit attentus.

*Felix*] Sylla Felix cognomento dictus est. Vide Plin. vii. 43.

CAP. IX. § 24 *Ne iter quidem ad sepulcrum*] Nequeo mihi persuadere, dictum hoc esse a Cicerone oratore, quod animadvertistam, idem repeti in peroratione, cap. 50. Vere igitur dici existimo, ne iter quidem ad sepulcrum patrum relictum fuisse Roscio, quod jus itineris pertineret ad emptorem fundi, nisi nominatim fuisse exceptum a venditore. In re autem nostra non fuisse exceptum a Roscio, facile vel ex hoc intelligi potest, quod venditio facta est, non nomine Rosci, sed Syllæ.

§ 25 *Decem-primi*] Decuriones decem, quorum præcipua fuit auctoritas, ac duumviris proxima in coloniis et municipiis.

*Allegat iis*] Lambinus legit, *allegat ab iis qui peterent*, quod ‘allegare alicui’ Latine non dicatur. Est autem ‘allegare’ privatim mittere, ac

de re privata, quemadmodum 'legare' est publice mittere, ac de re publica.

§ 26 *Homines antiqui*] Antiqua fide, antiquo ingenio, hoc est nimis boni.

*Appromitteret*] Appromittere, est pro altero promittere simul cum illo. Itaque Capito, simul cum hominibus illis allegatis, promittebat, seu potius confirmabat, quod illi promiserant, tanquam fidejussor.

CAP. X. § 27 *Nepotis filiam*] Omnes fere interpres hic mendum agnoscent, cum ex iis, quae habentur cap. 50. satis constet Cæciliam hanc fuisse Metelli Balearici filiam, et Nepotis sororem. Verba igitur illa, 'Nepotis filiam,' rejicienda videntur, aut corrigenda. Quidam putant Cæciliam hanc alterius Nepotis filiam fuisse, et Syllæ uxorem, de qua Plutarchus in Sylla.

CAP. XI. § 30 *An insutus in culeum*] An fateri se parricidam, et idcirco in culeum insui, et in flumen dejici. De hoc supplicii genere vide infra, cap. 25. et 26.

CAP. XII. § 33. *Diem dixit*] Apud populum accusavit. Vide Val. Max. IX. 11.

*Ejusdem viri mortem*] Occisus est Scævola in vestibulo ædis Vestæ, opera Damasippi prætoris, jubente Mario juniore, C. Marii filio, qui cum Carbone consul erat. Vide Florum III. 21.

*Per compositionem*] Erat enim auctor pacis inter Syllanos et Marianos.

CAP. XIII. § 36 *Quid igitur est*] Hæc verba non videntur Hotomano et Lambino posita loco suo; sed vel collocanda esse post verbum 'pugnat,' vel post 'imposuit.'

§ 37 *Vultu*] Etiam torvo aspectu laeditur pietas in parentes.

CAP. XVI. § 46 *Cæcilianus*] Inductus a Cæcilio, poëta comicò.

§ 47 *Assiduos*] Sic Plautus Trium. I. 2. 165. 'urbanos assiduos'

appellat, qui in urbe assidue versantur.

§ 48 *Sis*] Si vis: pertinet autem ad vocem 'age.'

CAP. XVIII. § 52 *Neque revocaturus esset*] Hoc est, nemo enim invitabat ad convivia, quia neque in urbe vivebat, neque pari reddere poterat. Hoc enim sensu sæpe usurpatur 'voco,' et revoco.' Martial. lib. II. ep. 27. 'Nunquam me revocas, venias cum sæpe vocatus.'

CAP. XX. § 57 *Litteram illam*] Scilicet K, quæ calumniatorum frontibus inurebatur ignominiae causa. Plinius in Paneg. cap. 35. et ibi Lipsius, adnot. 296. Erat autem K, quia per hanc litteram scribebatur 'Kalmnia' a veteribus.

*Ut etiam eas omnes*] Notat accusatores, qui fere illiterati erant. Ludit autem in ambiguo.

CAP. XXIV. § 66 *Quos nobis poëtæ*] Orestem, et Alcmæonem; de quibus vide Mythologos.

§ 67 *Conscientiae animi*] Casus pluralis animadversione dignus, quamvis apud Ciceronem non semel inveniatur.

CAP. XXVI. § 72 *Etenim quid est tam commune*] Locum hunc attente lege; qui, ut ipse in Oratore cap. 30. testatur, magnis clamoribus a populo Romano exceptus est, tanquam insigniter elegans. Idem ipse tamen, ut in adolescente, non ut in viro, laudandum putat.

*Abluantur*] Qnod unum Grævio probatur. Ego cum Hotomano retineo alluantur. Non enim mirum est, ut putat Grævius, parricidas in mare delatos, marinis aquis non purgari, sed marinis aquis non allui.

CAP. XXIX. § 80 *Nos judicio perfundere*] Speciem quandam judicij nobis offundere, re vera autem eos accusare, &c. Est enim hoc in loco 'perfundere,' quasi leviter aspergere.

*Sectores collarum et bonorum*] Quia,

ut ait Manutius, quos occidebant, eorum bona, tanquam proscriptorum, emebant. Ideo autem colla secabantur, ut capita in rostra deferrentur. Ludit orator in ambigua hujus vocis significatione: nam ‘sector’ a ‘seco,’ quod verbum usurpari olim consuevit pro ‘sequor,’ teste Servio in *Æn.* x. 107.

CAP. XXX. § 84 *Palmas*] Cædes. Palma dabatur gladiatoriibus adversarios occidentilium. Itaque cum Capitonem superius gladiatorem appellasset, non discedit a figura.

*Lucius Cassius*] De ejus integritate, et severitate in jndicando, vide Val. Max. III. 7. et Asconium in Miloniana, cap. 12.

§ 85 *Ab innocentia clementissimus*] Hoc est, ut explicat Hotomannus, in causa innocentium. Repugnat Grævinus, et putat ‘ab innocentia’ idem esse ac propter suam innocentiam. Ego sto ab Hotomano, primum quia nemo est clemens in alios, quia ipse integer; deinde quia membrum hoc debet opponi alteri, ‘contra audaciam fortissimus;’ igitur *erga innocentiam clementissimus*.

CAP. XXXI. § 87 *Præfers*] Malim *præ te fers*, ut in Ms. F. Ursini.

*Alienissimo*] Chrysogono.

CAP. XXXII. § 89 *Pugna Cannensis*] Existimo pugnæ Cannensis mentionem fieri, non ob ipsam pugnam, sed ob ea, quæ pugnam consecuta sunt. Quemadmodum enim post illam pugnam coactus est Romanus dictator etiam prætextatos armare, atque adeo servos ipsos, inopia liberorum capitum, ut narrat Livius lib. XXII. cap. 57. ita etiam, post Syllanam stragem, vel inepti homines cœperunt accusare, atque inopia bonorum videri boni. Itaque non tu, Eruci, bonus accusator es, inquit Tullius; sed bonum te facit pugna illa Cannensis, quæ bonos sustulit.

*Ad Thrasymenum*] Anno ante Cannensem pugnam Romanus exercitus

cæsus est ab Annibale, ad lacum Thrasymenum, cuius hic orator mentionem facit, quia videtur respondere lacni Servilio, in ipsa urbe Roma, ubi multa civium millia a Sylla trucidata sunt, corumque capita publice exposita. Unde lacus iste ‘proscriptionis Syllanæ spoliarium’ dicitur a Seneca, lib. de Provid. cap. 3.

§ 90 *Quis non est vulneratus ferro Phrygio*] Verba sunt Ulyssis apud Ennium (ut scribit vetus scholasticus) excusantis se, quod vulneratus ex pugna fugisset in Achillis tentorium.

*Curtios, Marios, Mamercos*] Cæberrimos ejus ætatis accusatores. F. Ursinus pro *Mamercos* legendum putat *Memmios*, claros ea ætate accusatores, de quibus Cicero in *Bruto* cap. 36. Conjecturam ejus probabiliorum facit vetus liber, in quo *Memmeos*.

*A præliis arocabat*] Ideoque non quia pugnare, sed quia accusare poterant, occisi sunt.

*Priamum*] Non oblitus ferri Phrygii, Priamo comparat Antistium. Uterque senectute summa occisus est, cum nocere nemini posset.

*Leges pugnare prohibebant*] Si de præliis forensibus totus hic locus explicandus est, notat senem Antistium tanquam ignominia affectum, aut turpi judicio damnatum; nam, ut observat Hotomanus ex Ulpiano, hujusmodi personæ removebantur a postulando.

*Inter sicarios*] Lege Cornelia de sicariis. Vid. formulam eandem, cap. 5.

CAP. XXXIII. § 93 *In bonis*] In bonis occisorum diripiendis.

*Aliquem de societate tua reperies*] Id est, Chrysogonum, in cuius clientela erant sicarii, quia eorum opera utebatur.

CAP. XXXV. § 98 *Automedontem*] Sic appellat Glauciam ob itineris hujus celeritatem. Fuit autem Auto-

medon Achillis auriga, qui equos velocissimos, Zephyri filios, agebat.

§ 100 *Lemniscatam*] Nobilissinam, quia lemniscis, hoc est, fasciolis ornatam. Solebant antem et coronae, et palmæ, ad majorem honorem, lemniscis ornari. Quam in rem Menardus affert Ausonii locum ep. 20. ad Paulinum, vers. 6.

*De ponte in Tyberim*] Aliquem T. Capito in Tyberim de ponte præcipitaverat. Qua in re jocatur Cicero, quod, ut docet Varro apud Nonium, cap. 12. n. 22. ‘sexagenarii de ponte dejicerentur.’ Dejici porro dicebantur, quia tanquam cives effeti a suffragiis ferendis more majorum arcebantur. Hinc senes ‘deponenti’ dieti. Suffragia autem per pontem ferri consnevisse notissimum est. Vide Sigionum de Ant. Jure Civ. Roin. i. 17.

§ 101 *Suum volumen*] Erucius dictaverat Capitoni verba, quæ pro testimonio diceret; eaque Capito Sex. Roscio minitatus fuerat.

CAP. XXXVI. § 102 *Alter*] T. Magnus.

*Magistrum*] Id est, lanistam.

*Alter, si Diis*] T. Capito.

CAP. XXXVIII. § 110 *Ne palam*] Ne manifestum fiat, qua de causa legati Amerinorum venerint in castra. Vide cap. 9.

*Aliqua fretus hora semper*] Semper Capito aliquod Syllæ impedimentum comminiscebatur, quo fretus in singulas horas legatis aditum impediret. Duo verba moverunt difficultatem interpretibus: primum est ‘fretus’; alterum ‘hora.’ Quod ad primum attinet, ita ait F. Ursinus, ‘fretum legit Victorius: at Manutius habet fretus nihilo meliore sententia.’ Meliore tamen, inquam ego, constructione. Qnoties enim infinitus modus ita effertur, persona agens primum casum tenet; cuius rei infinita sunt exempla, præsertim apud historicos, quibus familiarissima est hæc lo-

quendi figura. Casus autem ille primus regit verbum, quod tacetur per ellipsim, verbi gratia, hoc in loco, ‘pergebat.’ Miror proinde præstantissimos viros fere omnes secutos esse Victorium, et ea exemplaria, quibus Victorius deceptus est. Quod vero ad alterum attinet, ego ab iis libentissime sto, qui nihil mutant. Non enim video, cur ‘horæ’ nequeant usurpari pro negotiis ipsis, quæ qualibet hora finnt; quemadmodum a Quintiliano lib. vi. cap. 4. Asinius Pollio dictus est ‘omnium horarum homo,’ quod idem semper esset, omnibusque negotiis, tum seriis, tum ludicris, accommodatus. Juvat tamen aliorum sententias afferre, ut cuiilibet fiat satis. Hotomanus pro *hora* legit *aura*, qnod refert ad favorem Chrysogoni. Lambinns item legit *aara*, et per eam significari putat causam inanem, ac fallacem instar auræ. Gruterus legit *remora*, Manutius *mora*: quam vocem probat etiam Grævius. ‘Sed non video,’ inquit ‘ut præcedentia verba constitui possint. Forte, hisce aliqua ficta *mora*, quam fingebat, ut illos moraretur, ne admitterentur ad Syllam.’

*Intercessore*] Impediente. Sic tribuni plebis intercedere, hoc est, impeditre dicuntur.

*Testimonium*] Non ipse Cicero denuntiat; quia is tantum poterat denunciare, qui debebat probare, hoc est actor.

§ 112 *Suscipis onus*] Per exprobationem diluit tacitam prolepsim; aitque mandati onus nec grave esse nisi hominibus levibus, nec visum esse grave ipsi suscipienti. Sed quam vereor, ne desit aliquid! Non enim satis videtur Tulliano more expressa sententia. Certe hæc oratio gravissimas passa est calamitates, ab hoc præsertim capite usque ad finem.

CAP. XXXIX. § 113 *Conereditæ \*\**] Non est dubitandum, qnin desit hic

membrum respondens 'fortunis vivi,' ut optimi inter interpretes observarunt; v. g. 'vivum ad egestatem redigerit,' aut aliquid simile.

*Inter viros]* Quia hujus criminis reus non modo ex honestorum hominum, sed etiam vivorum numero expungendus est, ut scribit Grævius. Gruterns legit *justos*: Hotomanus *viros*. Fortasse legendum *homines*, quam repetitionem cum exscriptor aliquis non caperet, reposuit *viros*. Nisi dicere malimus deesse *bonos*, et legendum esse, *inter bonos viros*.

*In crimen mandati, judiciique infamiam revocatur]* Plerique ad Grævium usque habent *judiciumque infamia*. Sed hinc nullus erui potest sensus, ut omnes ultra fatentur. Ego secutus sum editiones Gryphianas, et alias non minimæ auctoritatis, quas vidit Hotomanus ipse, licet non probarit. Manntius unius litteræ additione rem conficit, legitque *judiciumque infamiae*. Sed hæc lectio non probatur Lambino, quod Latine dici non soleat 'judicium infamiae'; sed 'judicium existimationis, famæ,' &c. Scio equidem Lambinum improbasse etiam nostram; sed nullam tamen rationem attulit, cur improbaret. Ipse porro legit, *in crimen judiciumque infame vocatur*. Sed præterquam quod nimia mutatio est, nulloque aut manuseripto, aut edito codice confirmata, accedit quod dura videtur phrasis, 'vocari in judicium infame.' Quid Hotomanus? *In crimen mandati, judicium infame revocatur*. Sed præterquam quod divinat, numerus hic orationis, et modus effrenandi non nihil offensionis habet. Grævius putat, 'mandati' nomen non suo loco ponit; vocem vero 'infamiae' esse interpretationem 'criminis,' quæ irrepserit in contextum. Itaque mallet legere, *negligentia mandati in crimen judiciumque revocatur*. Sed tamen nihil affirmat.

*§ 114 Per arbitrum]* Judicia bona

fidei, quale erat *judicium mandati*, dicebantur 'arbitria,' index vero 'arbiter.'

*§ 115 Publice Roscio]* Id est Capitoni. Sed vox 'Roscio,' ut mihi videatur, redundat; et ab aliquo sciollo addita margini est ad explicationem, postea in contextum ab exscriptoribus recepta.

*CAP. XL. § 116 Tecti esse ad alienos]* Id est, tegere possimus oninia nostra consilia alienis: intimis eo ipso, quod intimi sunt, patere multa necesse est; socii ipsi societatis jure scinnt omnia. Itaque alienos cavere possumus, quia omnia nostra ignorant; cavere possumus intimos, quibus etsi patent multa, non tamen omnia: socium vero cavere nullo modo possumus, qui ut in partem, ita in cognitionem rerum omnium vocatur. Porro 'ad alienos' dicitur, quasi 'apud alienos,' sen 'quod attinet ad alienos.' Cujus dictionis exempla passim occurruunt.

*§ 117 Proditor, deinde perfuga]* Primum prodidit socios; deinde aperte transiit ad Chrysogonum adversarium.

*§ 118 Ibi scelus]* *Ibi id scelus legendum putat Grævius, et quidem recte.*

*CAP. XLI. § 119 Fidem magistri]* Malam Capitonis fidem, qui legationem prodidit. Dictum supra.

*Discipuli æquitatem]* Rosci Magni iniquitatem, qui servos in quæstionem dare non vult.

*Homines nobilissimi]* Metelli, et Scipiones, de quibus cap. 28.

*§ 120 Anne queritur]* Id est, non quæritur in dominos; quia neque Sex. Roscius amplius dominus est, neque vos dominos esse fatemini. Ergo sive in illum, sive in vos quæratur, non quæritur in dominos.

*Cum Chrysogono sunt]* Altera adversariorum excusatio, quod servos non habeant in potestate; ideoque non possint eos in quæstionem dare.

CAP. XLIII. § 124 *Nomen aureum*] Quia nomen Chrysogoni fit a χρυσός et γόνος, estque quasi *fætus aureus*.

*Alii quoque*] Qui bona proscriptorum civium emerint.

§ 125 *Si enim hæc audiuntur, ac libere dicentur*] Id est, si quando talia libere dici, et audiri poterint, non de tantulo homine potissimum querentur, cum alii multo illustriores eadem injuria læsi fuerint.

*Non fuit tantus*] Nobiliores ac præstantiores cives proscripti sunt, de quibus esset conquerendum.

*Sive Valeria est, sive Cornelia*] Indignantis est, et stomachantis. Interfectis coss. Carbone et Mario, L. Valerius Flaccus, interrex, dictatorem dixit Cornelium Syllam, simulque legem tulit, ut omnia rata essent quæ Sylla fecisset. Sive igitur, inquit Tullius, hæc lex Valeria est a sno auctore; sive Cornelia ab eo, cuius gratia lata est.

§ 126 *Si lege*] Si lege occisus est.

CAP. XLIV. § 128 *Rediviam*] ‘*Rediviam*,’ inquit Festus; ‘*alii reluvium* appellant, cum circa unguis cutis se resolvit; quia luete, est solvere.’

CAP. XLV. § 130 *Partim connirent*] Non extare verba hæc in suis antiquis codicibus monuit Gruterns, et fortasse ab aliquo sciolo addita esse. Ita opinor; non poterat enim excusari Sylla, ubi connivchat.

§ 131 *Pernicij*] Alii pernicies. Alii pernicie. Alii perniciici. Omnia defendi possunt, ut est apud Gellium l. ix. cap. 14. Ipse tamen Gellius hoc in loco probat primum.

*Vi, et magnitudine*] Pro, magna vi, per figuram, quam Graeci dicunt ἡ διὰ δύον. Quemadmodum Virgilius Georg. ii. 192. ‘pateris libamus et auro,’ hoc est, pateris auratis. Putabant autem veteres, Jovem ipsum fato subjici, ac rerum ordine rapi.

CAP. XLVI. § 132 \*\*\* Desunt non pauca, quibus ostenditur, bona non venisse.

*Aptam et ratione*] Hoc est, alii Sylla liberti (ut supplet Lambinus) domum aptam et idoneam se habere existimant, &c. Cum enim Sylla omnibus libertis suis multa tribuisse, Cnysogonum tamen supra cæteros ditaverat, usque ad delicias, et intolerandam potentiam.

§ 133 *Alter tibi*] Vox ‘tibi’ miram vim habet creandæ invidiæ. Solet autem adhiberi ad indignationem, aut irrisioinem.

*Autepsa*] Αὐθέψη, ex αὐτὸς, et ἔψω, quasi ipsa per se cibos coqueret. Fuit autem vas in superiore parte continens res coquendas, in inferiore ignem, qualia nunc quoque adhiberi solent ad multas sorbitionum delicias.

CAP. XLVII. § 136 *Pro illa tenui*] Pro illa mearum virium atque opum tenuitate, explicat Lambinus. Non tamen contemnenda est explicatio Hotomani, qui hoc refert ad partem Marii, Cinnæ, et Carbonis; pro qua parte maxime volnisset Cicero, ut componeretur.

CAP. XLVIII. § 140 *Pati non potuerunt*] Pati non potuerunt, equites judicare. Itaque judicia ad senatum ordinem translata sunt.

CAP. L. § 146 *Ne monumenti quidem causa*] Hoc maxime pertinet ad movendam misericordiam. Refertur autem ad illud cap. 9. ‘Cui ne iter quidem ad sepulcrum patrium reliquisset.’

§ 147 *Cæcilia*] Vide supra, cap. x.

CAP. LI. § 149 *Impedimento est ætas*] Annus legitimus causas agendi fuit decimus octavus, ut ostendit Hotomanus ex Ulpiano l. i. d. de postul. et ex Justiniano Inst. l. i. c. 6. § 7.

CAP. LII. § 150 *Crudelitate sanguinis*] Non ferunt aures meæ, in Cicerone, ‘crudelitate sanguinis perlini;’ nec hoc ulli alii condonaremus, qui sermonis elegantia spretor non esset. Legendum, *Crudelitali sanguine*

perlitarit. Quod elegantissime exprimit crudelitatem hominis, Crudelitati, quasi Deæ, sacra facientis, ei-que ‘perlitantis,’ sive καλλιεροῦντος sanguine Roscii, quem spoliaverat; hoc est, expletis crudelitate, ut avaritiam jam compleverat. *Joan. Clericus*, Art. Crit. part. III. sect. 1. cap. 8. Ingeniosa quidem conjectura, et commoda; non tamen necessaria. Quid est enim ‘crudelitas sanguinis?’ Omnino, sanguis per crudelitatem effusus. Amat eas commutations vocum Cicero, atque hac arte novitatem suæ dictioni, admirabilitatemque conciliat. Vel in hac ipsa oratione multa possent non ferre qui aures habent tantum grammaticas: cap. 2. ‘pecuniam tam plenam .... ad hanc suam prædam tam nefariam:’ cap. 5. ‘quotidiano sanguine:’ cap. 10. ‘quoniam crimine non poterant, tempore ipso pugnarent:’ cap. 51. ‘ut Sex. Roscii vita, erepta de manibus sectorum, sententiis judicium permitteretur.’ Viderant ejusmodi plurima Victorius, Turnebus, Muretus, alii majorum gentium critici, quos non offendit ‘crudelitate sanguinis perlitus.’ Quin est in hoc significandi vis major, et quædam colorandi efficacia, quam non norunt

philosophi, sed boni oratores habent, quemadmodum poëtæ. Non ita orator dicit ut grammaticus loquitur: huic satis est intelligi; ille, si frigide intelligitur, nomen suum amittit. *Oliv.*

**EVENTUS.**—Credibile est, absolutum fuisse Rosciū, cum dicat ipse Cicero in Bruto, cap. 90. causam hanc tantum commendationis habuisse, ut nulla esset, quæ non digna patrocinio ejus videretur. Quæ conjectura confirmari solet ex iis, quæ habentur de Offic. lib. II. cap. 14. ‘Maxime autem et gloria paritur, et gratia defensionibus; eoque major, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alienj opibus circumveniri urgerique videatur; ut nos et sæpe alias, et adolescentes, contra L. Syllæ dominantis opes pro Sex. Roscio Amerino fecimus.’ Plutarchus multo clarius videtur tribnere victoriā hujus causæ Ciceroni, cum scribit, ἀναδεξάμενος οὖν τὴν συνηγορίαν, καὶ κατορθώσας, ἐθαυμίσθη. Quare metu Syllæ primū in Græciam concessit; deinde in Asiam progressus, eam fere totam peragravit; elapsaque biennio, Romam rediit, ut ipse scribit in Bruto, cap. 91.

## PRO Q. ROSCIO COMŒDO.

Oratio Ciceronis pro Q. Roscio Comœdo, quia ἀκέφαλος est, et μείον pos, enjus, quantum licet aestimare, vix sexta pars superest, magnum nostris conjecturis locum facit. Accedit eo, quod lusisse librarii videntur, ac potius illusisse litteratorum studiis, qui in hoc potissimum Ciceronis scripto describendo, ita suis

litteris ac notis abusi sunt, ut in reliquiis istis, quanta hæc pars est totius Orationis, vix quidquam salvum sit, quod sine offendiculo legi possit. Jam numerorum notæ omnes ita corruptæ, ut nesciam an una saltem aliqua ex fide descripta sit. *Oliv.*

CAP. I. § 1 *Tabulis suis*] Movis erat ut patresfamiliarum, quæcumque

per singulos dies aut acciperent aut expenderent, ea primum propere ac festinanter in codicem, memoriae causa paratum, referrent, quæ 'adversaria' dicebantur; deinde per otium in aliis tabulis ordine, et accurate praescriberent. Eas 'tabulas accepti et expensi' nominabant. De earum fide censores cum urbem instrarunt, patresfamilias iusjurandum (ut ait Dionysius, lib. iv.) interponere jubebant. Nam ex iis uniuscujuscunque civis censum aestimabant. Tabulas autem qui in potestate patris erant, nullas conficiebant: ut ex orat. pro Cœlio intelligitur. *Hotom.*

*Qui per tabulas homines citi pecuniam expensam tulerunt?* Ita legit Victorinus. Manutius vero homines honesti, quod nimis abest a primo. Ant. Augustinus putat legendum tabulis hominis sciti, quæ tamen lectio nec ipsi penitns satisfacit, et jure quidem; nam non est necesse mentare 'per tabulas' in 'tabulis,' et proprietas 'sciti' hic non habet locum. Quid si legatur hominis acciti? quod aliquando qui alteri pecuniam numerarent, ipsi manu sua in tabulas illam expensam non ferrent, sed alium accirent, qui eam expensam ferret. Pantagathis pro citi, legebat alieni, nimis longe a vulgata scriptura. *F. Ursinus.*

*Nomen?* 'Nomen' est quodcumque in tabulas refertur, inscripto ejus, cui vel acceptum, vel expensum fertur, nomine. *Hotom.*

*§ 3 Paulo ante M. Perpennæ?* Lego, *Paulo ante M. Perpennæ, et P. Saturii tabulas poscebamus: nunc tuas, C. Fanni Cherea, solius flagitamus.* Perpenna unus erat e iudicibus; Saturius, patronus Fannii: Fannius autem Græcius erat, sed donatus fuerat civitate, aut libertinus. Utrique enim patronorum nominia ferebant, et iis summ addebant. Iste igitur antea Cherea vocabatur; postea, de Fannii patroni nomine, *C. Fannius Cherea. Turneb.*

**CAP. II. § 5 Indignari de tabulis]**  
*Indagare, pro indignari scriptum est in antiquo, et infr. Non modo ex tuis tabulis.* Ursin.

*Ex adversariis?* 'Adversaria' dicuntur tabulæ ad quotidianum usum paratae; in quibus cursim et negligenter ea scribimus, quæ post accurate in certas, et perpetuo mansuras tabulas ordine ac disposite perscribimus: deductaque ex eo appellatio videtur, quod ibi statui soleant ubi nobis assidue obversentur: quasi adversus nos posita. Unde etiam 'adversarii' dicti, quasi in quos perpetuo incurramus, vel qui se nobis assidue opponant: hoc enim propriæ 'adversari' significat. *Hotom.*

**§ 6 Litterarum vetustatem?** Sic accipio, litteras vetustas: et litteras vetustas, vetusta nomina. Nam 'litteræ' privatæ tabulæ modo dicuntur; ut *Verr. II. et IV.* multis locis. Ergo 'memoriæ tradere litterarum vetustatem,' hoc significat, conservare vetusta nomina; curare ut eorum memoria in multum tempus perduret. *Idem.*

**§ 7 Dejecta?** Lambinus conjectit eum Hotomano, *disjecta, illæ in ordinem conjectæ.* Gruterus. Dejecta, sunt dissipata, perturbata. *Passerat.*

**CAP. IV. § 10 Pecunia tibi debebatur certa?** Longa disputatio, in qua ad summam hoc dicit, male Fannium egisse, qui incertam pecuniam petat ad judicem: incertam autem Fannium ipsum judicasse, eum eandem ante 'ad arbitrum' petierit; nam 'ad arbitrum' nunquam nisi incertam pecuniam peti. 'Arbitrum' autem hoc toto loco etiam eum significat, qui iudex est, sed in iis iudiciis, quæ nunc a jurisconsultis vel 'arbitria,' vel 'bonæ fidei' appellantur. In quibus additur 'ex fide bona.' Quibus in causis idem 'judices' dicebantur et 'arbitri,' idem 'judicium' et 'arbitrium.' Atque hoc est quod idem ait in Mureniana, 'Jurisconsultos

nondum statuere potuisse, utrum arbitros an judices appellarent.' *Hotom.*

*Legitimæ partis]* Infra, 'Cum tertia parte sponsio facta est.' Sponsione antem is, qui actor erat, lacescere dicebatur, et, si litem perdidisset, simul amittebat eam pecuniam, enjus facta sponsio esset; quam finisse ex lege tertiam ejus partem, de qua litigaretur, ostendit hæc oratio. *Manut.*

§ 11 *Formulæ]* Quam prætor vel judici dat, vel arbitro: judici, 'Si paret, H-S 1000 deberi,' subandi, tantum solvat: arbitro, 'Quantum æquius melius sit, dari,' subandi, jube. *Idem.*

*Ad libellum]* Ad assem. Idem enim valent: materia differunt; quod a æreus, libella argenteus nummus est. *Idem.*

§ 12 *Compromissum feceris]* In iudiciis 'sponsiones,' in arbitriis 'compromissa' fieri solebant: illæ, ni vere actio intenderetur; hæc, ni damnatus arbitri sententia pareret. *Hot.* Compromittere dicuntur, qui hinc inde promittunt, se arbitri sententiae staturos. Inde 'compromissarius iudex.' *Passer.*

*Repromittire]* Ut ex arbitri sententia, quantum æquius et melius esset, vel daret tibi Roseius, vel se datum promitteret; si modo pareret, eum debere. Addidit enim Cicero, 'si pareret,' ut nihil prorsus debere Rosciū ostenderet; quod illa formulæ verba, 'Quantum æquius et melius,' aliquid eum debere significare videbantur. *Manut.*

*Eundemne tu arbitrum et judicem sumebas]* Simul et uno tempore. Quia simul et quantum æquius melius esset petebas, et certam ac definitam pecuniam præcise flagitas. *Hotom.*

*Infinitam largitionem]* Nam arbitris, ut dictum est, certa summa non definitur, in qua veldamnent, vel absolvant; sed ex æquo et bono potestas eis de ea re disceptandi permittitur.

'Infinitum' antem dixit pro eo quod vulgo dicimus 'indefinitum.' *Idem.*

*Angustissimam]* Remittendi enim potestatem iudex non habet, sed ex formula sponsonis; verbi gratia, si paret, Chereæ H-S 1000 Rosciū debere, vel omnino condemnare Rosciū cogitur, vel absolvere. *Man.*

§ 13 *Reliquum est, ut stipulatum esse dicat]* Ut bæc H-S 1000 sibi a Roscio deberi per stipulationem dicat. Stipulationum duo genera, unum extra litem, alterum in lite. Utrumque fiebat per interrogationem, et sponsonem. *Idem.* Vid. Instit. Just. lib. III. cap. 15.

CAP. V. § 14 *Cum tertia parte sponsio facta est]* Ut, nisi Chereæ H-S 1000 ad libellam probaret sibi a Roscio deberi, non modo litem perderet, sed præterea tertiam partem pecuniæ a se petitæ, enjus pecuniæ sponsio facta esset. *Man.*

§ 15 *In hanc formulam]* Judicii, quæ tibi, C. Piso, a prætore scripta est. Quæ qnamvis facilis sit et expedita, neque a me longiore oratione explicanda esse videatur; tamen perinde ac difficillima quæque judicia, et arbitria obscurissima de causa constituta in ea formula conclusa essent, ita longa uteatur explicacione. *Hotom.*

CAP. VII. § 19 *Experiri]* Lege agere apud judices. Pro Quintio, cap. 11.

§ 20 *Ballionem illum improbissimum]* Notissimum lenonem ex Pseudolo Plantii, comœdia cæterarum omnium facile principe. *Hotom.*

*Persona illa lutulenta, impura, invisa]* Alludit ad verba Plantii Pseud. act. I. sc. 3. 'Fraudulente, impure leno, cœnum.' Sic 'lutulenta sus' apud Horat. Cicero in Pison. 'O lutum, o sordes!' Invisos esse Diis lenones ostendit in Rudente Charonides: nam Labrax leno ab eo dicitur naufragii causa fuisse, act. II. sc. 6. *Passerat.*

*Nihil videtur]* Deesse putabat, *causa*, aut simile quid, Gulielmus. Edd. vett. et Pal. habent *mihi videtur*. Turnebus reponebat e libris, *non mihi videtur*. Gruter. Cave quicquam mutes: nam ‘nihil videtur,’ est non videtur. ‘Nihil’ pro ‘non’ sæpius legitur. Cicer. ad Fam. vi. ep. 8. ‘Nihil attinet me plura scribere.’ *Græv.*

CAP. VIII. § 22 *Propter ipsa H-S*] Id est, tantum ob lucrum et quæstum. *Hotoman.*

*M. Perpenna]* Ante Pisonem judicem appellatur, quia consularis, et censorius. Alius autem est ab eo, qui Sertorium occidit: nam ille non diu post Sertorii necem, hic autem vixit ad annos 99. ut ait Plinius lib. vii. *Manut.*

§ 23 *Dionysia]* Nota saltatrix, eius nomine oratorem Hortensium Torquatus appellabat. Gellius i. 5. *Hotom.*

*Laborum quæstus recepit: quæstum laboris rejecit]* Hoc lumen orationis dicitur *Corinificio* iv. ad Herenn. commutatio, cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex transjectione ita efferuntur, ut a priore posterior, contraria priori proficiatur, ut, ‘Esse oportet ut vivas, non vivere ut edas.’ ‘Si poëma loquens pictura est, pictura tacitum poëma dicitur esse.’ *Passerat.*

§ 24 *Quæstus]* Macrobius *Saturnal.* lib. iii. scribit mille in singulos dies denarii meruisse Roscium.

*Et gestum, et animam ageres]* Gestum ageres, quamdiu viveres, ad extremam vitæ horam: tum quoque gestum ageres, cum animam ipsam ageres. Jocatur in verbo, ‘ageres,’ duas res pro adjuncto nomine indicate. Nam, ‘agere animam,’ est mori. *Manut.*

CAP. IX. § 25 *Nullum est arbitrium]* Cum in angustissimam formulam sponsonis concludatur; ut supra dictum est. *Idem.*

*Ubi licet agere]* Apud arbitrum. Quod fecerat Cherea, sed, pactione interposita, litigare apud arbitrum desierat. *Idem.*

*Jacere]* Objicere. *Idem.*

*Ubi non oportet]* Apud judicem. *Idem.*

*Formula illa uti noluisti]* Cæptam item ad arbitrum persequi noluisti. Quæ sit arbitrii, quæ judicij formula, jam dictum est: illa mitis, et moderata, ‘Quantum æquius melius sit dari;’ hæc directa, aspera, simplex, ‘Si paret H-S 1000 deberi?’ *Idem.*

*Fecit pactionem]* Verba Fannii, Volebam, inquit, item institutam persequi: sed Roscius, metuens ne turpi judicio damnaretur, fecit pactionem. *Hotoman.*

*Num tabulas habet, an non]* Satnrium alloquitur, et de Fannio intelligit, hoc sensu, ecquid habet ejus pactionis tabulas? Omnes enim in tabulas actus legitimi referebantur, stipulationes, sponsiones, &c. *Idem.* Vide Turneb. *Adv. xxix.* 36.

§ 26 *Satisfecisti]* Excusasti te, purgasti te verbis. Id enim est ‘satisfacere.’ Hinc ‘satisfactionem accipere,’ pro, excusationem probare. *Manut.*

*In judicium ut denuntiaret]* Ciceronem existimo scrisisse, *Quod temere commisisses, id judici ut denuntiaret rogasti; rogasti ut ignosceret, te affutrum negasti.* Alterum *rogasti* videatur excidisse; dein scribendum esse, *id judici ut denuntiaret rogasti,* sequentia statim ostendunt: ‘judici hic denuntiavit. Absolutus est.’ Fecit nimis Roscius, quod tu rogas: judici significavit, te fateri, te temere commisisse; et rogasse, ut ei ignosceres: se actionem deponere, ac nolle pudore suffusum esse præsto in judicio, et tuam actionem persequi: haec Roscius denuntiatione motum judicem absolvisse Roscium. Nihil clarius. *Græv.*

§ 27 *Veteris histrionis]* Panurgi. Cum ironia dictum. Quo modo enim vetus histrion, si eum Fannius Roscio erudiendam tradidit, et communem gratis fecit? Tota igitur irrisio est, magnificis prolata verbis, ad exprimendam Saturii ostentationem, qui, quod magna cum expectatione exorsus est, panceissimis verbis absolvit: tantum enim hoc dixit, Panurgus fuit Fannii. Is fuit ei cum Roscio communis. Qna narratione quid humilius? *Manut.*

CAP. XI. § 32 *Cognitorem]* ‘Cognitor’ praesentis dicitur; ‘procurator’ absentis. Hoc aliis multis locis explicavimus, et meendum Asconii libro, ubi hoc ipsum explicabat, sustulimus. *Hotom.* Vide infra, Divinat. cap. 4.

*Contestata]* Instituta: cum scilicet prætor judicium dedit. *Manut.*

*Damni injuria]* Subauditur, ‘dati,’ nt, ‘damni injuria,’ sint formulæ verba, quam prætor dabat; quasi, propter injuriam damni dati. *Idem.*

*Utrum pro dimidia parte]* Loquitur ex persona Roscii. *Idem.*

*Si fit vero]* Nihil muto. Recta enim, et incorrupta est lectio. Est autem tempus præsens pro præterito, hoc modo, ‘Si vero hoc fit,’ id est, si vero hoc factum est, &c. Hotmannus autem legit, *Si sit hoc verum:* a quo dissentio. *Lamb.*

CAP. XII. § 34 *Vertit hic rationem]* Immutavit defensionem: aliam defensionis viam init. *Hotom.* Quia duo proposuerat; Utrum pro dimidia parte, an pro tota societate? et unum absolvit, licuisse Roscio pro sua parte decidere; agreditur alterum, ‘pro tota societate.’ Vertit, inquit, Fannius rationem; non ait Rosciom pro se, sed pro tota societate decidisse. *Manut.*

§ 35 *Lites redemit]* Roscius, accepto fundo, liberavit Flavium litibus non suis, sed societatis. Objectio Fannii. *Idem.*

§ 36 *Cur igitur decidit]* Flavius enim Roscio. *Idem.*

*Non restipulatur]* Non alligat Roscium promissione per stipulationem facta, neminem amplius petiturum. *Idem.*

*Cur de fundo decidit]* Legendum, de fundo decedit, ut ‘decedere de suo iure,’ pro Roscio Amer. In Verr. II. ‘Si prætor vi cogat aliquem de suis bonis decedere.’ ‘De possessione decedere,’ in Rull. *Passerat.*

*Judicio non absolvitur]* Litibus non liberatur, quæ a Fannio, Roscii socio, imminent. *Manut.*

*Neque a Fannio]* Qui potest ei litem intendere pro sua parte. *Idem.*

CAP. XIII. § 38 *Si Flavius nihil debet]* Si, nt contendis, Roscius decidit cum Flavio pro societate, Flavius nihil debet; si nihil debet, quid ab eo auferre potes? Tamen in restipulatione dicis, ‘quod a Flavio abstulero.’ Quid hoc significat, nisi Roscium, vel ex tuo testimonio, pro se tantum, non vero pro societate, decidisse? *Hort.*

§ 39 *At enim]* Prolepsis, et transitio. ‘Tibi,’ o Saturi. Hactenus ostendit Roscium pro sua parte tantum, et parvo pretio, decidisse; jam probaturus est Fannium etiam a Flavio, Panurgi nomine, pecuniam abs tulisse, atque ideo Roscium suas, non societatis, lites redemisse. *Idem.*

*Initium reprimissionis]* Originem, et cansam reprimissionis Fannii. Ideo enim reprimisit, quia Roscium jndicabat pro sua parte, non pro societate, decidisse. *Manut.*

CAP. XIV. § 41 *Addictus erat tibi]* Apud veteres, qui pecuniae damnati jndicatum facere non poterant, nexi in servitutem creditoribus addicebantur. *Hotom.* Vide de Orat. I. 63.

*A Flavio non abstulit]* Fannius: et verba sunt Saturii. *Manut.*

CAP. XV. § 44 *Nihil mihi detrahant]* Locus est subobscurus; sed, nt opinor, hic sensus est: Nihil sciens

de mea existimatione detrahiam; nihil lubens ac volens diminuam. Quod facerem, si tantum mihi sumerem, ut de illorum exacta severissime ætate, adolescens, et nulla anctoritate præditus, judicium meum interponerem. Non faciam igitur, ut mihi tantum arrogem. Conceptam enim de me opinionem imminorem, et temeritatem atque arrogantiæ notam subirem. *Hotom.*

§ 45 *Si ferrem judicem]* ‘*Judicem*’ enim actor, quem ei commodum erat, ferebat; reus aut rensabat, si sibi enim iniquum fore putaret, ant comprobabat: comprobato ab utroque judicii prætor judicandi potestatem faciebat. Hinc ‘*judex*’ dictus, ut scribit Varro, qui judicat accepta potestate. ‘*Ferre*’ autem ‘*judicem*’ veteres dicebant pro offerre. Sic de Orat. lib. II. ‘*Cum ei M. Flavius in aliis probris objectis P. Mucium judicem tulisset,*’ &c. Item, ‘*Servilins ille Galba cum judices a Scribonio, tribuno pleb. ferat familiares suos,*’ &c. *Idem.*

CAP. XVII. § 50 *Medius fidius]* *Ju-*  
randi formula. Varro de L. L. IV.  
10. et Festus in ‘*Medius fidius.*’

*Ballione]* Supra, cap. 7.

§ 51 *Altera pensio]* Id est, solutio.  
Apparet decisionis nomine trecenta

Flavium Fannio promisso; e quibus centum et quinquaginta, id est, dimidia pars, Flavio debebatur: quam summam duabus pensionibus solutam esse ostendit. *Hotom.*

*Non tum, cum prima]* Nam, si subornare falsum testem Roscius Cluvium voluisse, certe subornasset potius ante, quam primam pensionem solveret. Non enim eam solvisset, nisi Fannius ei dimidium ejus dedisset, quod a Flavio exegisset. Cujus restipulationis verba supra recitata sunt. *Munnt.*

CAP. XVIII. § 53 *Litem contestatur]* Litem intendit: accipit a prætore judicium, ut litiget. *Idem.*

§ 54 *Quod si quisquam petere]* Alteri nemo petit, nisi qui cognitor est factus: Roscius cognitor non est factus; quo modo igitur tibi petuit? *Idem.*

*Damni injuria]* Supra, cap. 11.

§ 56 *Nisi forte]* Ironia. Nisi forte invertis æquitatem, et partem quæ Roscius est, quam a Flavio extorquere jure non potes, Roscio per vim eripere potes. *Hort.*

*Sine cautione, et repremissione]* Cautione est Roscius, qui sibi cavit, cum restipulatus est: repremissio, Fannii, qui restipulanti, dissoluturum id sponspondit. *Hotom.*

## IN Q. CÆCILIJM.

CAP. I. § 1 *Si quis vestrum, judices]* Hoc toto capite solœcismi species continetur, nisi addas *et*, aut *idem*: ut sit, et subito nunc mutata voluntate ad accusandum descendenterim: quare multi non descendenterim legunt, sed descendere. A\*con. Habent omnes libri MSS. descendenterim, et ita habuit in suo libro etiam Asconius

Pedianus, ut ex ejus verbis intelligere licet. Ait autem hoc toto capite speciem solœcismi contineri, nisi addas descendere: quomodo habent hodie multa exempla. Sed Joan. Passeratins, vir doctus, admonuit me, descendenterim, nulla re subintellecta, legi posse, et debere. Itaque, miratur me, legendum esse conjunctum. *Lamb.*

*Eorum qui adsunt]* Coronam populi dicit circum subsellia stantem. *Ascon.*

*Causis judiciisque publicis]* Jam hoc contra Cæciliū est, qui nunquam nisi periculum fecit. Causæ autem etiam privatæ sunt: sed repetundarum, ambitus, majestatis, et cæteræ reipublicæ causa constitutæ sunt. *Idem.*

*Una et id, quod facio, probabit]* Principalis divisio hujus causæ bipartita est, utrum recte Cicero acerset, et utrum Cæcilio sit anteponendus. *Idem.*

§ 2 *Cum quæstor]* Narrationem in exordio multi admirantur, ac reprehendunt, sed non recte; est enim argumentalis narratio ad priorem divisionem; in qua quæritur, an recte Cicero ex defensore accusator effectus sit. *Idem.*

*Siculis omnibus]* Elatoria; cum enim a duobus quæstoriis Sicilia regi soleat, uno Lilybætano, altero Syracusano, ipse vero Lilybætanus quæstor fuerit, Sex. Pednece prætore, omnibus tamen se placuisse dixit. *Idem.*

*Veteribus patronis multis]* Sicuti veteres patronos habebant; in quibus Marcellus et Marcello ortus, qui Syracusas victor servavit incolumes; Scipiones, quorum auctor P. Scipio Africanus, Carthagine excisa, Siciliæ ornamenti retulit sua, quibus quondam a Pœuis victoribus spoliata erat; Metelli, quorum familia proxime Siculis patrocinium præbuit, cum fuit reus M. Lepidus in ea provincia prætor, instantibus ad accusandum enim Metellis duobus, Celere et Nepote. *Idem.*

*Populati atque vexati]* Populati avaritia, vexati libidine et crudelitate. *Idem.*

*Cuncti]* Simil omnes quasi conjuncti. *Idem.*

*Causam, defensionemque]* Causa genus est ad accusationem et defensionem; et mire defensionem vult esse, non accusationem. *Idem.*

*Sæpe esse pollicitum]* In ea oratio-

ne, quam decedens Lilybæi habuit. *Idem.*

§ 3 *Venisse tempus aiebant]* Ut Terentius; ‘Hoc hercile factum est; fac, ut promissa appareant.’ *Idem.*

*Sese jam ne Deos quidem in suis]* Mire imitatus est verba Siculorum, dolore oxymora, et inania; quasi Deos non habeant, si simulacra perdiderunt. Delubra vero templa esse, hic aliter ostendit Tullius, aliter cum dicit templis atque delubris: et sunt qui templa esse dicant singulorum Diis attributorum locorum; delubra multarnm ædium sub uno tecto a diluvio pluviae munitarum. Alii delubra dicunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum mortuorum, ut Dodonæi Jovis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesque visuntur. Sunt etiam, qui delubra ligna delibrata, id est, decorticata, pro simulacris Deorum more veterum posita existiment, sed male. *Idem.*

*Per triennium]* Expectabat Arrium in provincia Sicilia successorum Verri, qui non successit. Hinc triennium Verris prætura duravit. *Idem.*

*Rogare et orare]* Rogare ut hominem, orare ut Deos. Jam enim, quibus id facerent, non habebant. *Idem.*

*Quos, me incolumi, nemini supplices esse oporteret]* Superbissimum videatur, si addidisset alteri, ut esset nemini alteri. Nunc hoc non addidit: quasi nec ipsi Tullio supplicare debere intelligatur. Quanquam cum anaphora sit ad personam Siculorum, non videretur inviso orator dicere, quæ Siculos dixisse commemorat. *Idem.*

CAP. II. § 4 *Graviter et acerbe]* Graviter, quod accusare nolebam; acerbe, quod Siculorum injuriis affligebar. *Idem.*

§ 5 *Multorum bonorum exemplo]* Ipse mox dicet, quo exemplo optimorum viorū. *Idem.*

*Veteri consuetudine]* Quia viri robustiores accusare consueverant, non,

et nunc, adolescentuli. *Idem.*

*Non ex meo]* Ut Cæcilius, qui inimicitias persequitur suas. *Idem.*

*Tempore]* Tempus pro ratione negotiorum, id est, commodo vel incommodo recenti, cui ex tempore consulendum ac prospiciendum est. Itaque libro de Offic. II. quod sic dixerat, ‘tempus quod mihi ab amicorum temporibus datur,’ paulo infra sic expressit, ‘ab amicorum negotiis.’ Et hoc jam contra Cæcilium est, qui suas se injurias persequi dicebat. Necessarios antem suos Siculo adpellat, propter jus hospitiū quod cum iis habebat. *Hotom.*

§ 6 *In Achaia, Asia]* In his provinciis legatus et proquaestor Dolabellæ C. Verres flagitia multa commisit. *Ascon.*

*Romæ denique]* In prætura urbana. *Idem.*

CAP. III. § 7 *Populatæ, vexatæ]* Non a Verre tantum, sed ab omnibus; hoc enim vult intelligi, prodesse se velle reip. accusationis exemplo.

*Idem.*

*Socii]* Non Siculi tantum, sed per omnes provincias. *Idem.*

*Stipendiarii]* Socii incertum, ut decimas; stipendiarii certum vectigal pendunt. *Hotom.*

§ 8 *Quæ judicia manere apud ordinem senatorium]* Judicia L. Sylla victor ordini equestri ademerat, et in senatorium transtulerat. Sed hoc tempore, cum ordo senatorius infamia judiciorum flagraret, populus Romanus equitum judicia requirebat. Neque quicquam propius erat, quam ut promulgaretur lex ab Aurelio Cotta prætore, ut cum equestri ordine et tribunis ariaris judicia communica-rentur. Erant antem in urbe alii aliarum partium ac studiorum. Sed falsum est, quod scribit Asconius, ferri legem hoc tempore. Etenim ne prioris quidem actionis tempore, id est, tribus fere post mensibus promulgata erat; ut Cicero ostendit

Verrina quinta bis verbis, ‘Itaque cum primo agere cœpimus, lex non erat promulgata,’ &c. Vide infra. *Idem.*

*Accusatores se idoneos non habere]* Cæcilius tangit. *Ascon.*

*Populus Rom. interea, tametsi multis incommodis]* His enim decem annis, victore Sylla, civilibus bellis spoliatus est populus Romanus potestate tribunitia, judicandi jure, quod habuit per equites Romanos *militaris*, arbitrio creandorum sacerdotum, senatus, aut judicium. [In omnibus libris impressis legitur *militaris*. Sed cum significet hisce 10. annis, quibus Sylla principatum in republica tenuit, spoliatum populum Romanum potestate tribunitia, et judicandi jure, quod habuit per equites 40. annos, vocem *militaris* delendam esse putavimus, et pro ea restituendos 40. annos. Et hanc quidem lectionem vehementer confirmat iisdem fere verbis paulo post Asconius. T. Popma.] *Ascon.*

*Difficultatibus]* Propter plebem rusticam, quæ partim agros, partim ius civitatis amisit, partim omnino proscripta est victore Sylla, quod plebs Romana de Marianis partibus fuerat. Difficultatem enim paupertatem significat. Terentius e contrario, ‘Quam vos facillime agitis!’ Et ipse alibi, ‘In summa difficultate esse nummaria.’ *Idem.*

*Judiciorum desiderio tribunitia potestas efflagitata]* Primus Sicinius tribunus plebis, nec multo post Quintius, et postremo Palicanus, perfecerant, ut tribunitiam potestatem populo rediderent consules Cn. Pompeius Magnus, et M. Licinius Crassus. *Idem.*

*Ordo quoque alias ad res judicandas postulatur]* C. Gracchus legem tulerat, ut equites Romani judicarent; et judicaverunt per annos 40. sine infamia. Post victor Sylla leges tulerat, ut senatorius ordo judicaret, et judicavit per 10. annos turpiter.

Nunc (vide Hotomanum supra) Aurielius Cotta legem fert, ut senatores et equites Romani, ac tribuni aerarii simul judicent. Hoc est, quod Tullius dicit offensione senatorii ordinis fieri. Et bene addit, quoque, ut, simul judicaturos alios esse, monstraret. *Idem.*

*Etiam censorium nomen]* Regendis moribus civitatis censores quinto quoque anno creari solebant. Hi prorsus cives sic notabant, ut qui senator esset, ejiceretur senatu; qui eques Romanus, equum publicum perderet; qui plebeius, in Cæritum tabulas referretur, ut aerarins fieret, ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ, sed ad hoc esset civis tantum, ut pro capite suo tribnti nomine æra penderet. Idem completo quinquennio urbem lustrabant, et Soli taurilia sacrificia de sue, ove, tauro faciebant. Eorum notam successores plerumque solvebant. Hoc igitur tam triste severumque nomen populus Romanus sic oderat, ut intermissum esset per plurimos annos, quos nunc orator, propter infamiam corruptorum judicium, dicit plehem ipsam, quæ ante recusabat, exposcere. *Idem.*

§ 9 *In hac libidine hominum nocentissimorum]* Qui prædantur socios populi Romani. *Idem.*

*Ordinis]* Senatorii scilicet.

CAP. IV. § 11 *Cognitorem juris sui]* Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico; aut procurator, si negotium suscipit; aut cognitor, si præsentis causam novit, et sic tuetur, ut suam. Ergo cognitorem dixit modo, familiarissimum defensorem. *Ascon.* In Asconio corrigé sic, *Aut procurator, si absentis negotium suscipit, &c.* Deest enim verbum *absentis*, quod cum ex oratione pro Cæcina intelligitur, tum ex his Sex. Pompeii verbis, ‘Cogni-

tor est, qui item alterius suscipit eoram eo cui datus est. Procurator autem absentis nomine actor fit.’ *Hotom.*

§ 12 *De quo non præjudicium, sed plane judicium]* Præjudicium dicitur res, quæ cum statuta fuerit, affert judicatur exemplum, quod sequuntur; judicium autem res, quæ causam itemque determinat. *Ascon.*

*Sed plane judicium]* De Verre jam factum est a populo Romano judicium, eum spoliavisse provinciam, et contra leges prædatum esse; quod Sienli, qui antea legati publice, testimonium dixerant, actorem causæ snae contra Verrem Tullium quæsisserent. *Idem.*

§ 13 *Ne nimium familiariter inimicitias]* Sensus est per jocum hæc significans; quasi dicat, Videto, Cæcili, ne nimium amice inimicitias exerceas, hoc est, ne inimicem fingas, nt prævaricari possis. *Idem.*

*Deinde sunt testes viri clarissimi]* Ordo et sensus hic est: primum causam inimici tui sublevando non videberis accusator; deinde testimoniis convinceris in eo, quod negas me a Siculis esse delectum. *Idem.*

*Scit is, qui est in consilio, C. Marcellus; scit is, quem adesse video, Cn. Lentulus Marcellinus]* Et Marcellus et Marcellinus inter se gentiles sunt. Qua re reddidit rationem, cur isti Siculorum patroni sunt; scilicet, quia a M. Marcelllo originem ducant, quia Syracusas cepit, nec tamen delevit. *Idem.*

§ 14 *Vestrum judicium ab suo judicio]* Non dixit, ab sua voluntate, ut præscribat judicibus sequendum esse Siculos; quod paulo ante tentavit. *Idem.*

*Duo criminis rel maxima]* Per unam furatus est, Syracusanam; per alteram furtu exportavit, hoc est, Martinetnam. Sed leviter hoc præterit, quod illos quoque conatur a landatione Verris abducere. Syracusano-

rum autem crimina alii etiam de Heraclii bonis, quæ cum palestritis partitus Verres est; et de Cleomenis navarchi flagitio; et de aliis multis rebus interpretantur: Mamertinorum, de navi quam Verri fecerunt, et quam populo Romano ex foedere non exhibuerunt, multis aliis immunitatis contra fas remunerati. Et, 'duo crimina,' generaliter, nam multa sunt. *Idem.*

§ 15 *Ut oculis judicare possitis]* Hoc quidam leviter a Cicerone dictum et neoterice putant; sed aptum est asseverationi. *Idem.*

*Cur hoc mihi detrimento esse debeat]* Cur hoc me in hac causa debeat impediare. *Idem.*

§ 16 *Temporis, valetudinis, facultatis]* Temporis, Marcelli judicantis tunc; valetudinis, Marcellini, quod erat tunc infirmior valetudine corporis; facultatis, alterius Marcelli, juris magis studiosi, quam eloquentiae. *Idem.*

*Quam neminem]* Ac per hunc neminem, Cæcilius significat. *Idem.*

CAP. V. § 18 *Civili fere actione et privato jure repetuntur]* Recte; hoc enim judicium pecuniarum repetundarum publicum est. *Idem.*

*Hanc habent arcem]* Arx vel sedes tyranni dicitur, ut saepe alibi, vel editus in civitate, et munitor ad salutem civium locus; ut Virg. 'Quo res summa loco, Panthu? quam preindimus arcem?' Ergo prima spes in muris est; secunda in arce, si muros hostis irruperit. *Idem.*

*Non modo a populo Romano]* Cur a populo Romano, si socialis est? quia ipsi socii populi Romani sunt. *Idem.*

§ 19 *Quod in unaquaque re]* Leges Hieronicias, Rupiliasque dicit, aut regis sui, aut Rupili, de decem legatorum sententia constitutas. *Idem.*

*Eripuisti, atque abstulisti]* Eripuisti, quidquid aurum et gemmarum; abstulisti, quod in unaquaque re, beneficio senatus populique Romani, juris ha-

bni. *Idem.*

*Sestertium millies ex lege repeto]* Frustra calumniantur Ciceronem homines, et modo cum sestertium millies dicunt repetere, modo quadringtonentes; cum primum non sno ore, sed Siculorum loquuntur accensatorie vociferantium. Deinde si maxime ad enim sunt referenda quæ dicit, adhuc non instructus sit contra Verrem, nec ad plenum noverit causam. Tertio, cur ant calumniatoris, ant prævaricatoris personam subeat, cum aliud jam agatur? Non enim de condemnando Verre, sed de constitutendo accusatore configitur. Postremo, cur id frandi sit Ciceroni, cum ad tempus oratorum dicta proferantur? nam eodem modo erit contrarium præsenti actioni, quod alibi dicit, (oratione scilicet tercia) 'victum a se Cæcilius quæstorem fuisse, qui idoneas causas ad acensandum Verrem multas protulisset.' *Idem.*

§ 20 *Accedere, aut aspirare]* 'Accedere,' est proximum fieri; 'aspirare,' in eam partem, qua quid quæsitum est, vultum et oculos, ac spiritum oris advertere. *Idem.*

CAP. VI. § 21 *Etiamsi tacent, satis dicunt]* Tale illud est, 'Cum tacent, clamant;' et 'Victoriam ipsam visisse videris;' et, 'Philosophandum est, etiamsi non est philosophandum.' Hæc in loco nec oxymora, nec caccuzela judicanda sunt; aut enim inferioribus dictis, ut supra positis leniuntur. Ut est illud, 'Vereor, ut hoc, quod dicam, peccinde intelligi possit auditu, atque ego ipse cogitans sentio;' et illud quod sequitur, 'Verum non tacent.' *Idem.*

§ 22 *Te ipsum ulciscantur]* Ulciscor et punio significat, et vindico: nunc ergo, puniant intelligemus. *Idem.*

CAP. VII. *Ecquis unquam tam palam de honore, tam v Clementer de salute sua contendit]* Bene distribuit; omnis euim studiosa contentio aut de honore, aut de salute præcipue est. *Id.*

**§ 23** *Non enim, inquit, illud peto, quod soleo, cum vehementius contendi, impetrare]* Acriter ipsum inducit Hortensium confiteri consuetudinem suam in corrumpendis iudicibus per vagatam; et addit, videri sibi tantumdem se impetraturum a iudicibus corruptis, si Cæcilius constituatur, quantum si plane absolvatur Verres. Et est ordo et sensus: Non enim, inquit, illud peto, quod soleo impetrare a iudicibus, cum vehementius contendi. Quid? hoc scilicet, reus ut absolvatur, non id peto; cum vehementius contendi, cum pecuniam iudicibus dedi. Significat, iudicium corrupti. Sed quare non aperte dicit? quia ipsum Hortensem inducit loquentem; et omnes homines facinora sua honestius leviusque pronuntiant. *Idem.*

*Quod facile est, quod honestum, quod non invidiosum]* Scilicet ut a Cæcilio Verres accusetur. Quo facto et non damnabitur reus; et cum hoc egerint iudices, tamen non videbuntur esse corrupti, cum tantumdem fecerint. *Idem.*

*Cujus ego causa labore]* Inepti sunt homines, qui hanc clausulam notant, ut malam; cum sit ex spondeo et bacchio de industria durior ad exprimendam sententiam positam, more Ciceronis; ut alibi *idem*, ‘Non tu eum patria privare, qua caret, sed vita vis.’ *Idem.*

**§ 24** *Aliquis metus adjunctus sit ad gratiam]* Id agit corruptor, ut gratiosns judex non solum velit servare corruptori suo fidem, verum etiam aliquid habeat, cur vel invitus cogatur ad custodiendam pactionem promissæ a se gratiæ. Quid autem est, quod metum adjungat ad gratiam? scilicet aut custos, aut signum, aut aliquid ejusmodi. *Idem.*

*Certos]* Aut ob hoc, quod sententiam suam, cur quisque damnaret, aut cur quisque absolveret, prius dixisset: aut ideo certos, quasi seques-

tres hujus rei, inter judices se habere dicit Hortensius, quibus, antequam tabulas in unum omnes conjiciant, atque confundant, furtim ostendant quam quisque sententiam constituendo accusatori conscripserat. *Ascon.* In confessu judicini. In his antem tabulis alias fuisse notas, quam quas Pedianus commemorat, dubium nemini esse potest; neque enim de condemnando, vel absolvendo Cicero, Cæciliove agitur. Fortasse autem in nominationibus alterutrius nomen judices scribebant, ejus scilicet quem actorem sententiæ suæ constituebant. *Holom.*

*Non enim singulos ferre sententium, sed universos constituere]* In divinationibus, et in aliis causis majoribus universis iudices in cistam tabulas simul conjiciebant suas, easque insculptas litteras habentes, *A*, absolutionis; *C*, condemnationis, cum de aliquibus capite agebatur; *N. L.*, ampliationis; his enim litteris significabant, ‘Non liquere.’ Vult ergo corruptionis tantam sollicitudinem circa iudices esse Tullius, ut hac religione injecta pro se judicent. Singuli autem sententiam de tabula prouinabant in levioribus causis, et ob id ipsum neque nota, neque custode opus fuit, cur corruptor iudicium adjungeret metum ad gratiam iudicantis. Constituere autem, tabulas in cista ponere significat magis, quam decernere. *Ascon.*

*Ceratam unicuique tabellam, dari cera legitima]* Terentius Varro, frater C. Varronis, consobrini M. Tullii, reus ex Asia, apud L. Furium prætorem, primo de pecuniis repetundis, deinde apud P. Lentulum Suram est accusans, absolvitusque est a Q. Hortensio, qui corruptis iudicibus hunc metum adjunxit ad gratiam, ut discoloribus ceris insignitas iudices tabellas acciperent, ut timeret unusquisque eorum, ne fidem pactionis non servasse videretur, si non in ta-

bula, quam unicunque datam meminiisset Hortensius, ex nota ceræ scilicet discoloris, absolutum Varronem reperiret. *Ascon.* Sed quomodo versicolor tabella data illis judicibus fuit ab Hortensio, cum ex Miloniana constet, vel a prætore judicii, velextra ordinem a consule tabellas dari consnevisse? An alias ab Hortensio, alias a prætore acceperant, utrasque inter se parva in re dissimiles? Ita puta. Huc antem quæ pertineant, præter ea quæ Pedianus tradit hoc loco, subjiciam etiam illa quæ apud Acronem et Porphyriōnem reperi. Acron igitur in illud Horat. lib. II. sat. 1. ‘Grande malum Turius, si quis se judge certet;’ ‘Turius,’ inquit, ‘quidam corruptissimus index, hic est cui Hortensius, propter fratrem Varronem, ceratas diversi coloris tabellas dedit. Alias Turium Marinum judicem significat, qui, accepta pecunia, pronuntiare sit solitus, qui fidem suam corruperant. Hoc quoque tempore Verres reus erat, et diversi coloris tabellas fertur dedissem, ut sciret qui secundum voluntatem judicasset: quia nomina sua centumviri non adjiciunt.’ Porphyriōn antem sic: ‘C. Turius hic prætor fuit, apud quem accusatus est a Cicerone Verres, Hortensio defensente. Hic dicitur centumviris tabellas dedissem, aliis nigras, aliis rubras, et cera adnotasse, quas cuique delisset, ut sciret a quibus postea pecuniam peteret, vel relinquere: nam omnes corruperat.’ Hæc illi, ex quibus utrinque et negligentiam, et ἀνιστορησταν sane indignam licet animadvertere. *Hotom.*

*A pueris nobilibus]* Appio Claudio, adolescenti nobili; qui cum accusaret Terentium Varronem, repetundarum reum ex Asia, victus ab Hortensio est; in quo iudicio discoloribus ceris signa sententiārum notabantur. Significat et Cæsarem, item adolescentem, in Dolabella reo ex

Sicilia, qui quidem damnatus non est quantum oportuit, per Hortensi gratiam. Nam si non damnatus est Dolabella, quomodo postea dicit Tullius? ‘Jamjam, Dolabella, neque me tui, neque tuorum liberum, quos tu miseros in egestate ac solitudine reliquisti, miseret.’ Significare potest sane etiam Scaurum, qui alterum Dolabellam consularem triumphalemque accensavit: et potuit eidem Hortensius resistere. *Ascon.*

*Si a quadruplatoribus]* Quadraplatores delatores erant criminum publicorum, in qua re quartam partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, assequebantur. Alii dicunt quadraplatores esse eorum reorum accusatores, qui convicti quadrupli damnari soleant, ut aleæ, aut pecuniae gravioribus usuris funeratæ, quam pro consuetudine, aut ejusmodi aliorum criminum. *Idem.*

*Ad viros fortes]* Nam grave futurum erat, si, *ad me* diceret, cum de illo specialiter nominatimque dicat, et viros, contra pueros nobiles ponit; spectatos, contra sordidum decuplatorum genus. *Idem.*

*CAP. VIII. § 25 Totam esse mutantdam]* Amare totam dixit; quasi ex nulla parte bonam rationem defendendi habeat Hortensius. *Idem.*

*Meliore conditione sit]* Id est, meliorem conditionem habeat, meliorque sit; quippe qui et possit, et debeat honeste agere; et hoc sit facilius, quam corrumperet iudices. *Idem.*

*Homines eos quos ipse vidit]* Bene, *ipse vidit*: major enim est Hortensius Tullio; adeo, ut in libris, qui de Oratore scribuntur, etiam laudetur Hortensius a L. Crasso, et M. Antonio. Hos ante se Cicero, Catonemque veneratur, et multos alios, quos et de Oratore, et in Oratore, et Bruto colligit. Sed Crassum et Antonium vidit Hortensius: alii vetustiores sunt. *Idem.*

*Sine magno multorum periculo posse*

*corrumpi]* Bona occasione subtiliter et iudicibus comminatur, et Siculis acrimoniam suam in accusando demonstrat. *Idem.*

§ 26 *Susceptam]* Suscipitur totum; recipitur pars: suscipitur, quod principale est; recipitur, quod hinc pendet: suscipitur solum aliquid propter se; recipitur etiam propter aliud. *Idem.*

*Ut mihi non unus]* Verres. *Idem.*

*Omnis improbitas]* Et corrupti iudices, et corruptores eorum, et sequestres, et interpretes, et emissarii, et onine quod vitii est. *Idem.*

§ 27 *Tute tui periculum]* 'Απὸ τῆς τείπας, testamentum dicit; hoc est, quando tu te ipse tentasti? quando vel exercentisti, vel protulisti? *Idem.*

*Vitam alterius totam explicare]* Praestrinxit ad illud quod dicturns est, multa esse crimina in Verre, quæ consciens societatis Cæcilius nou audebit attingere; et hoc innocentiae est, 'vitam alterius totame xplicare;' illud eloquentiæ, 'atque ea non modo in animis iudicium,' et quod sequitur. *Idem.*

*Sociorum salutem, commoda provinciarum]* Hoc est, causam patriæ suscipere; ut 'recepisse' singulorum. *Idem.*

CAP. IX. *Rationem ritæ reposcere]* Accensatore esse. *Idem.*

*Suæ reddere]* Defensorem. *Idem.*

§ 28 *Nisi a Siculis potuisse cognosci]* Aut quia Siculus ipse est; aut quia, nisi quæstor in Sicilia, nihil aliud fuit Cæcilius, in quo nosceretur quid hominis esset. *Idem.*

*Ut est hominum genus]* Amariora dicturns, ad Sienlorum personam constitut dicta. *Idem.*

*Deportare litteras]* 'Asportare aliquid,' ut intereat; 'deportare,' ut mutet locum. *Idem.*

§ 29 *Deinde accusatorem firmum, rerumque esse]* Firmum, ut possit; verum, ut velit. *Idem.*

*Potamonem scribam et familiarem]*

Hæc omnia signa sunt falsi accusatoris. *Idem.*

*Retentum esse a Verre]* Nam anno secundo Cæcilius de provincia decesserat, et per singulos annos quæstores Verri mutati sunt. Vide infra. *Hotom.*

*Lectissimum adolescentem]* Vera laudatio. Vult enim illum, non ut inimicum fratri, contra germanitatis officium, esse cum Verre, sed ideo quod Cæcilins quoque Verri carior sit. *Ascon.*

CAP. X. § 30 *Queritur Sicilia tota]* Inepte quidam mirantur, cur hæc Tullius in accusando Verre non objecerit Cæcilio, et multa alia: et non intelligent hæc ad tempus commode adjungi, quæ victo Cæcilio non sunt necessaria. *Idem.*

*Frumentum in cellam]* Annonas prætoris dicit, quæ in frumenti certo numero præbebantur a Siculis: in quibus Verres et pecenniam pro frumento exegit, et eo pretio, ut pro duobus sestertiis duodenos in modios singulos exegerit, sexies plus quam emebatur. *Idem.*

§ 32 *Entum est ex S. C. frumentum ab Siculis]* Sicilia daba decumanum frumentum, quod ab aratoribus exigebatur sine pretio; daba emptum, pro quo ex S. C. pecunia solvebatur; daba æstimatum, quod decretum prætor in cellam, hoc est, in usus cellæ æstimare solebat, accipiens; cum interdum pro frumento pecuniam sumeret. *Idem.*

*Pecuniam publicam tu tractabas]* Hæc erat prima senatoris administratio, quæstorem fieri, et in provincia curam gerere pecuniae publicæ in usus diversos erogandæ. *Idem.*

*Ne qua deductio fieret]* Modo deductio dispendium significat; alias deductio immunitio est etiam justa. *Idem.*

§ 33 *Mancipes a civitatibus]* Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quæstus sui

causa, si decunmas redimunt, decunmani appellantur; si portum aut pascua publica, portatores aut pecuarii: quorum ratio 'scriptura' dicitur. Hi omnes exigenda a sociis suo periculo exigunt, et reipublicæ repræsentant, providentes etiam in illa redemp-tione commodis suis. Licet autem, si moderate fiat, æstimare in cellam prætori frumentum. 'Mancipi' pro frumento ab aratoribus pecunias accipere non licet. *Idem.*

*Quod cum faciebat]* Est vera defensio, est et inanis; ut tamen aliquid dici videatur. Neutram harum habuit Verres; et tamen ita faciebat. Mire ostendit avaritiæ cæcitatem. *Idem.*

CAP. XI. *Sunt alia magis occulta furtæ]* Inepte a quibusdam quæritur, quæ sint; nulla sunt enim: sed oratorum est, neque minuere laudes vel crimina, neque ostendere. *Idem.*

*Benignissime cum quæstore suo communicavit]* Joculariter irrisit, fures designans; ut tota ista quæstura ad societatem furtorum valeat, non ad accusationem. *Idem.*

§ 34 *Si tibi indicium postulas]* Certa sunt, in quibus impunitas indici datur, ut in causa proditionis, majestatis, et si quid hujusmodi est. Certæ etiam personæ sunt, quæ indices fieri possint. Itaque neque repetundarum causa per indices agi solet, neque senatoria persona potest indicium profiteri salvis legibus. Index est autem, qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita. Est autem sensus: Index potes esse, si tibi hoc licet: accensator, de qua re agimus, esse non potes. Satis contumeliose tanquam levem hominem exagitavit Cæciliu[m]. *Idem.*

§ 35 *Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti]* Quæ ista? nulla scilicet: hæc enim vim comminationis, non veritatis habent. *Idem.*

CAP. XII. § 37 *Et qui sis]* Non in Delph. et Var. Clas.

nomine tantum, et in genere est, sed in omnibus attributis personæ. Ergo, qui sis, et quod Siculus, continet, et quod indoctus, et quod non intelligeret, et quod nullo ingenio. *Idem.*

*Putasne te posse]* Proprium orato-ri est, in omni qualitate compara-tiva sic agere, ut eum, cui præferri velit, occasionem sibi sumat ostendendi, quam perite possit tractare id ipsum de quo agitur. Ergo quia de constitendo accusatore ambigitur, ostendit Cicero qualis accusatio esse debeat; ut proinde, ac dicit, videatur acturus. *Idem.*

§ 39 *Athenis, non Lilybæi, Romæ, non in Sicilia]* Dicit illum Græcas litteras simul et Latinas in Sicilia di-dicisse, in ea insula, quæ neutra lin-gua bene utatur: ita enim Plantus in Persa, 'Dabuntur dotis inde sexcenti tibi Logi, atque Attici omnes: nul-lum Siculum acceperis.' *Idem.*

CAP. XIII. § 41 *Quod mihi ab ami-corum negotiis datur]* Quod mihi licet per amicorum negotia quibus occu-pamur. *Idem.*

*Ita mihi velim Deos propitiis]* Genus jurisjurandi id est, quod dicimus, 'Tantum mihi divinitas faveat,' quan-tum verum est illud, quod dico tibi. Sic igitur, 'Ita mihi Deos velim pro-pitiis,' ut commoveor animo, ac toto corpore perhorresco, cum mihi illius diei venit in mentem, quo die citato reo, &c. *Idem.*

§ 42 *Magnitudo iudicij]* Repetun-darum iudicium sine dabo magnum est, et ex persona Verris, qui post præturam de fortunis omnibus dimicat; et amplitudine judicum: sunt enim clarissimi et auctoritatis con-templatione, et multarum rerum hu-jusmodi. *Idem.*

§ 43 *Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras]* Metnu[m] ad offen-sionem inimicorum Verris retulit, co-gitationem ad expectationem homini-nu[m], laborem ad magnitudinem re-

rum. *Idem.*

*Jovem ego Optimum Maximum]* Hæc capita solent usitata esse causidicis imperitis: quod genus vitii in primo libro Rheticōn vulgare nominat. Incipiebant autem veteres, ut Virgilii ostendit, aut ab invocatione Deorum; quale est, ‘Præfatus Divos solio rex infit ab alto;’ aut ab reprehensione superioris temporis, ut ait Lucilius ‘Velle cum primis fieri si fors potuisset.’ Vitiose ambocola. Et Virgilius, ‘Ante equidem summa de re statuisse, Latini, Et velle, et fuerat melius.’ *Idem.*

§ 44 *Cujus ego ingēnium ita laudo]* Cur hoc Tullius dicit? scilicet, ne terreantur Siculi laude patroni adversarii sui. *Idem.*

CAP. XIV. *Petitiones]* Rationes impetendi et evertendi adversariorum. Est tñque translata hæc vox a gladiatoriis in oratores. *Græv.*

§ 45 *Factum esse, necne]* Factum est, non est factum: calumniationes, et hoc genus argumenti complexio dicitur: quæ, si probabilis est, vindicitur; si necessaria, solvi non potest. *Ascon.*

*Quid, cum accusationis tuæ membra dividere cœperit]* Hic irridet Hortensii consuetudinem, ut sæpe alias. *Idem.*

*Transigere]* Quod manifestum est. *Idem.*

*Expedire]* Definiendum. *Idem.*

*Absolvere]* Dividendum. An transigere est, quod aut confiteri non timeat, aut negatione excludat; expedit, quod definitione (Mss. *defensione*) solvatnr; absolvere, quod per qualitatem licitum esse monstretur? *Idem.*

*Ipse profecto metuere incipes]* Mire descripsit imperitum, cui persuaderi possit, verum dicere adversarium suum. *Idem.*

§ 46 *Ex illius invidia deonerasre aliquid]* Hoc plus est, quam socium criminis reddere. *Idem.*

*Sortis religionem]* Sors sæpe est provincia, quia plerumque solebant provincias sortiri: ut recte Gronov. ad Tacit. observavit. Inferius in hac oratione cap. 20. vocat ‘conjunctionem sortis, et necessitudinem sortis.’ *Græv.*

*Poterisne ejus orationis subire invidiæ]* Quasi Latine dixit; nt, ‘Magno ponderi subire.’ *Ascon.* ‘Subire invidiam,’ sustinere eam invidiam, quam ille tibi oratione sua parabit: sic enim omnes omnino, quos vidi, libri. Solus Asconius, *subire invidiæ.* Hotom.

*Præstringat aciem]* Vel a præstigiatoribus transtulit verbum, vel a tironibus, qui ignari et rudes pugnæ etiam vano armorum sonitu terrentur præstictis luminibus. Plantus in Milite Glorioso: ‘Ut, ubi nsns veniat, contra conserta manu Oculorum præstringat aciem in acie hostibus.’ *Ascon.*

§ 47 *Magister ludi]* Litterarii ludi magister: omnem enim scholam ludum dixerunt Romani: et magistri Indi dicuntur, qui primas litteras docent. Ergo libellum veterem vult intelligi attulisse Cæcilium, unde magister dictata pueris præbere consueisset. *Idem.*

*Prolusione]* Divinatio prolnsio est; un avant-jeu, Græcis προλύιον. Fabinis lib. iv. cap. 1. initio. Nam a eitharœdis ducta metaphora est, qui ante legitimū carmen paucā aliqua attis musicæ præludia auditoribus ingerunt; ipsnm autem certamen, quasi legitimū carmen, est ipsa Verris accusatio. *Menardus.*

CAP. XV. *Cum subscriptoribus exercitatis et disertis]* Ironia. Subscriptores antea dicuntur, qui adjuvare accusatorem causidici solent; quos oportet summisius agere, quam dicat ille, quem sequuntur. *Ascon.*

*In omnibus enim rebus]* Hic redditur, quare dixerit, ‘tametsi non est satis:’ nam supra ideo posuit,

'est aliquid hoc,' ut ostenderet, quod sine his nihil sit Cæcilius. *Idem.* Legit enim Asconius Hotomanus, *in omnibus rebus*, hoc est, inquit, sive in usu et exercitatione forensi, sive in facultate dicendi: sed cæteri omnes delent *in*, et referunt *omnibus rebus* ad *ornatissimus*.

*Proximum subscriptorem]* Secundum ab accusatore Cæcilio. *Ascon.*

§ 48 *Habet alienum]* Cæcilius scilicet. Alienum autem volunt intellegi proprium nomen esse, quasi ab Alia, ut Virgil. 'Qnosque secans infanustum intervenit Alia nomen.' Alii *alienum* non nomen proprium putant esse, sed alienum, et alterius judicii, et non ex auditorio prætoris, majorumque causarum, sed a subselliis, hoc est non a tribunalibus. Sunt enim subsellia tribunorum, triumvorum, quæstorum, et hujuscemodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus, sed in subselliis considebant. *Ascon.* *Allienum*, gemina *l*, scriptum est in antiquis lapidibus. Nomen hic esse proprium, infra cognoscitur: in quo miror Asconium sentire cum iis (sic enim videtur) qui *alienum*, non *Allienum*, legebant. *Manut.*

*Hunc tamen a subselliis]* Utrum hoc ad contemptum, an ad genus laudis pertinet? Ego quasi ad laudem dictum accipio; ut major irrigio sit Cæcilius, qui nec a subselliis fuerit aliquando. *Ascon.*

*In clamando quidem]* Hujusmodi homines in libris de Oratore non 'de clamatores,' sed 'clamatores' idem Tullius vocat. *Idem.*

*Totum judicium sustinebit]* Quia tu nec partem judicij sustinebis. Hoc est enim totum judicium, et spes omnis. *Idem.*

*Actoribus Græcis]* Palliatarum scilicet fabularum: in his enim, etiam Latinæ sunt, Græca omnia servantur: nam Latinae fabulæ per pauciores agebantur personas, ut Atel-

lae, togatae, et hujusmodi aliae. An ideo actores Græcos dixit? *Ascon.* Vide Turneb. *Adv. I. 10. et xix. 14.*

*Sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum]* Comœdia quinque actus habet, hoc est, quinque ducitur in scenam. Est ergo persona primarum partium, quæ sæpius actu regreditur, secundarum, et tertiarum, quæ minus minusque procedunt. Terentius in Phorm. 'Quia, primas partes qui agit, is erit Phormio.' *Ascon.*

*Quam ille primarum]* Subaudi, partium. *Idem.*

*Multum summittere]* Subaudi, vocem, vel gestum. *Idem.*

§ 49 *Quartum quem sit habiturus]* Duos dixit: quomodo quartum nominat? scilicet ab accusatore: cum ipso Cæcilio numerans proximum Alienum. *Idem.*

*Ex illo grege oratorum]* Obturbatores quosdam sordidosque censidos significat, qui adhibebant ad moram faciendam, dum meliores advocati recrearentur, et se denuo compararent ad dicendum. Et non recessit a translatione scenicorum (qui sunt tragici et comicci), dicendo quartum actorem, et gregem. *Ascon.* Nos *moratorum* reposimus, quod ante Cujacius. *Lamb.* Sic omnino est legendum, itaque legisse Asconium, (quoniam ejus quoque libri impressi habeant *ex illo grege oratorum*) ejus interpretatio dilucide ostendit. *Fabrit.*

*Cuicunque]* Sive mihi, sive Cæcilio. *Ascon.*

§ 50 *Alienissimis hominibus]* Hinc apparet, etiam supra, 'alienum' alieni judicij hominem significari: et ideo de alienis, quasi exteris, per jocum dicit, tanquam peregrinantibus et advenis aliquem hospitio esse recipiendum Cæcilio. *Ascon.* Probo interpretationem Asconii, qui ait istos alienissimos joco dici hospites, quia nimis hospites erant in tribunalibus, cum semper autem haec ver-

sati essent in subselliis. *Græv.*

*Quasi præteriens satisfaciā universis] Sufficit, inquit, omnibus, quod ego vel præteriens breviter dixero, pro levitate eorum quibus respondentium est. Oblique autem Cicero removere conatur Cæciliū etiam a subscribendi spe, quod postea ille poposcerat secundarum munus: sed inhumanissimum erat dicere, ne subscriptorem quidem idoneum posse esse Cæciliū. Quare in summa sibi subscriptorem necessarium non esse dicit. Alibi (ii. orat.) ait, ‘Sed ne subscribendi quidem, cum id postularet, facerent potestatem.’ Ascon.*

**CAP. XVI.** *De populo subscriptor addatur]* Amare, ‘subscriptor de populo;’ quasi isti in vulgo numerandi sint. Et addatur proprie, de quasi invito, et superbo, quod hujusmodi nimirum res additæ dicuntur. *Idem.*

*Ad columnam Mæniam]* Mænius, cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, excepérat ius sibi unius columnæ, super quam tectum proiec̄eret ex provolantibus tabulatis, unde ipse et posteri ejus spectare munis gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo igitur columnna Mænia vocitata est. *Causis ejusmodi* soliti aderant autem his rebus moratores apti talibus negotiis. *[Causis ejusmodi]* Hoc et depravatum est, et videtur abundare. Potius ad illud pertinet, quod est paulo supra, ‘ex illo grege oratorum.’ *Manut.* In MSS. legitur, *soli aderant moratores.* *Græv.] Ascon.* Omnes editi non ad columnam Mæniam babent, sed a columna Mænia. Vocem tamen ultimam plerique sine diphthongo.

*Vestri ordinis reos]* Reos vestra defensione condignos: ut fures et servos nequam, qui apud trinū viros capitales apud columnam Mæniam poniri solent. *Ascon.*

*Custodem, inquit, Tullio me apponite]* Subscriptorem non dixit, sed

custodem; ut quia acerbe responsurus erat, lassitus convicium facere videatur: nam subscriptores non solum causarum causa, neque juvandi accusatoris adhiberi solent, sed etiam ut non corrumperatur. *Idem.*

§ 51 *De isto custode toto]* Hoc est, de omni genere subscriptorum, id est, etiamsi Cæciliū subscriptorem se esse depositat. *Idem.*

*Nunquam tales (vulgati, non esse hos tales) viros commissuros]* Male facturos, prave, et iniqua ratione. Nam committi fraus dicitur, atque peccatum. Sum enim et fidelis, et diligens; et ideo nec custode indigeo, et speculatorum esse inter mea secretaria non patior. *Idem.*

§ 52 *Verum, ut ad te, Cæcili, redeam]* Recte, quia in subscriptores παρέκβασιν fecerat. *Idem.*

§ 53 *Sed cæteri Siculi]* Sæpe in Cæciliū utitur hoc convicio, ut illum non Romanum, sed Siculum dicat. *Idem.*

**CAP. XVII.** § 55 *Liberta Veneris Erycinæ]* Quibus Deis permisum erat senatusconsulto, aut constitutione principum, dare, donare, dicere; nihil mirum est in eorum dominio fuisse etiam servos, quos et manumitti potuisse hic locus indicat. ‘Et eorum,’ inquit, ‘qui a Venere se liberaverunt,’ id est, qui a servitio Veneris manumissione sunt liberati. Utrumque comprehendit Varro, ut videtur, lib. vii. de L. L. ad extr. nam fanorum servos manumissos, proportionem non servare, illo loco docet: servasse tamen Erycinæ Veneris libertos proportionem, locus hic ostendit; dicuntur enim Venerii, a Veneris servitute liberati. *Menard.*

*Praefectus Antonii]* Antonius curator tuendæ totius oræ maritimæ, qua Romanum erat imperium, non solum ipse nequam, verum etiam comitibus pessimis rem inauditam invasit, et indicto Cretensibus bello, male regesta ibidem periit, antequam Pom-

peius contra piratas missus est. De hoc alibi ait Tullius, ‘Post M. Antonii infinitum illud imperium sense-rant.’ *Ascon.*

*Quibus se in classe uti velle dicebat]* Cani remigibus celeusma per symphoniacos solebat, et per assam vocem, id est, ore prolatam, et, ut in Argo navi, per citharam: sed quia hic ‘in classe’ dixit, possumus intelligere, ad hoc symphoniacos capi solvere, ut in classe pugnantibus classi-  
cum canant: unde ipsi tuhæ clas-  
sis, nomen est positum classicum.  
*Idem.*

§ 56 *Judicium dat statim]* In pro-  
vinciis et prætores et quæstores, ut  
apparet, judicia in causis privatis  
dabant: est autem ‘dare jndicium’  
judices constituere in certa verba,  
ut, ‘si pareret eam se, et sua Veneris  
esse dixisse:’ plena autem est  
oratio, ‘Tum ejus bona Veneri adju-  
dicantor.’ Nam judices a magistra-  
tu dati de facto postea cognoscebant,  
et eorum sententiam magistratus ex-  
equebatur. *Hotom.*

§ 57 *Non Verres, sed Q. Mucius]* Scævolam significat. Hujus quæstor  
Rutilius Rufus damnatus est, quod  
cum prætore consenserit suo, ne pub-  
licani aliquid agerent in provincia  
sua. Qno cognito, equites Romani  
(nam tum ante Syllana tempora ju-  
dicabant) damnarunt eum. Hic est  
Mucius, in honorem cuius Asiani  
diem festum Mucia nominabant. *As-  
con.*

*Circae poculo]* Illa enim sues ex  
hominibus faciebat. ‘Redit’ autem  
jani ad argumentum, non ad simili-  
tudinem pertinet. Vult enim innu-  
ere, quod recte fecit, alienum esse,  
et parvissimi temporis; proprium  
vero et perpetuum, quod admisit.  
*Ascon.* Nota est de Circe fabula,  
ex lib. Odyss. x. quæ Ulyssis socios  
in sues mutavit. Et alludit ad no-  
men Verris, quasi e Q. Mucio sus-  
factus sit Verres. *Hotom.*

*Redit ad se atque ad mores suos]* No-  
ta, redire ad se homines. *Ascon.*

CAP. XVIII. § 58 *Hic tu si læsum  
te a Verre dicis]* Injuria semper in-  
justa est: lædi etiam aliquis juste  
potest; nam et qui jure damnantur,  
læduntur, sed non injuria. Et recte  
contra ‘patiar, defendam,’ posuit;  
contra ‘concedam, negabo;’ et bene  
addit, ‘negabo:’ potuit enim aliter  
atque aliter intelligi defensio: est  
enim hic finis, quid sit injuria. *Idem.*

*Perfidiosum an prævaricatorem]* Per-  
fidiosus dicitur, qui cum inimicus sit,  
amicum se simulat: prævaricator,  
qui cum amicus sit, inimicum se fin-  
git. Illud ad C. Verrem, hoc ad Si-  
culos refertur. *Hotom.*

§ 60 *Quam ne in alio quidem proba-  
rent]* Qui et idoneus orator, et inte-  
ger quæstor accusandi Verris fuisse.  
*Ascon.*

CAP. XIX. § 61 *Conjunctionem sor-  
tit]* Vide supra, cap. 14.

§ 62 *Quamobrem cum, cui quæstor  
fueris, accuses]* ‘Accuses,’ pro eo quod  
est accusare velis. An apud nos  
modo accuses, cum dias ab illo tibi  
injuriam factam? *Ascon.*

§ 63 *Itaque neque L. Philoni]* Om-  
nia exempla sunt quæstorum, qui  
prætores suos non permissi sunt ac-  
cusare. *Idem.*

*Atque ille Cn. Pompeius]* Propiora  
exempla, et magis similia posteriora  
ponenda sunt. Strabonem autem di-  
cit Pompeium, Cn. Pompeii patrem.  
*Idem.*

CAP. XX. § 65 *Etenim cum lex ip-  
sa]* Vide firmamenta argumentorum  
quoties in oratione sine metu fastidii  
repeti solent. *Idem.*

§ 66 *Clarissimi viri nostræ civili-  
tis]* Hoc rursum extra contentionem,  
quam ante eum Cæcilio habuit, de  
suo officio, quemadmodum cœperat,  
repetit, ne levis videretur ex defen-  
sore repente accusator factus. *Idem.*

*Quæ in amicitiam populi Romani, di-  
ctionemque essent]* Vetus locutio, qua-

eadem usus est in orat. pro Lege Manil. ‘Cum vestros portus, atque eos portus quibus vitam ac spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatem sciatis:’ et infra, Verr. v. ‘Quod qui illam partem urbis tenerent, in eorum potestatem portum futurum intelligebant.’ Aul. Gellius 1. 7. similiter ex Planti Amphitryone notavit, ‘Non vero mihi in mentem fuit.’ In orat. pro Cæcina eadem figura dixit, ‘In possessionem vestigium fecere.’ Et lib. v. de Fin. ‘In aliquam historiam vestigium ponere.’ *Hotom.* Indifferenter enim veteres junxerunt τὸ in accusativum et ablativum, nulla habita ratione motus et quietis, ut dudum Sanctius in Miñerva, Scioppinus in Paradoxis, et Gerard. Vossius in Aristarcho, in lib. de Construct. cap. 65. docuerunt. *Græv.*

*M. Catonem illum sapientem]* Cato hic accusavit Serg. Galbam pro di-reptis Lusitanis, et P. Furium pro iisdem, pro iniquissima aestimatione frumenti. *Ascon.*

*CAP. XXI. § 69 Accusavit M' Aquilium]* Hic M' Aquilius de pecunia.

niis repetundis accusatus est. Hic est igitur Lentuli Suræ pater, in carcere strangulati, propter conjurationem. *Ascon.* Quem A. Antonius defendit, diloricata tunica, ut cicatrices apparerent, Verr. v. et lib. II. de Orat. *Hotom.*

*L. Cottam in judicium vocavit]* Hunc P. Africanus post secundum consulatum et censuram dicitur accusasse. *Ascon.*

*§ 70 Judiciisque corruptis, et contaminatis]* Corrupta judicia sunt in iis qui acceperunt pecuniam: contaminata, in iis qui offensione ordinis infamantur. *Idem.*

*CAP. XXII. § 71 Requirit]* Amissum sentiet, hoc est enim, ‘nihil requirit.’ Non sentiet sibi deesse aliquid ex iis rebus, quas nunquam habuit. *Idem.*

*§ 73 Ego me dignitate superatum non arbitrabor]* Ero enim defensor, ut fui, et necessitatem accusationis evadam. Hoc quidem videtur plane dicere, sed latenter hoc significat, pravò de suo judicio magis judicibus hæsuram turpititudinem, quam sibi. *Idem.*

## ACTIO I. IN C. VERREM.

**ARGUM.**—Victo Cæilio, et accusatione ad se delata, Cicero, cum inquisitionis tempus in Siciliam postulasset dies 110. et cum filio patrui sni Tullii totam provinciam colligendis litteris in Verrem, et denunceandis testimonis peragrasset diebus 50. quia pedestre iter ex Sicilia, et propter fugitivos, et propter Verris insidias devitabat, a Vibone transiit. Tum repente adveniens, cum videret id agi, ut a M' Glabrione prætore, et

ab his judicibus qui tunc erant, ad alium annum, aliumque prætorem res tota transiret, eripereturque sibi reus patrocinio Hortensii ac Metelli, qui tunc consules futuri erant, (per hos enim Verres eludendi jndicij fiduciam sumpserat) hoc commentus est rationis, ut orationem longam prætermitteret, neque in criminiibus declamatione cimulandis tempus absumeret, sed tantummodo citaret testes ad unumqnodque crimen

expositum, et eos Hortensio interrogandos daret. Qua arte ita est satigatus Hortensius, ut nihil, contra quod diceret, inveniret; ipse etiam Verres, desperato patrocinio, sua sponte discederet in exilium. Hoc igitur laborat in oratione hac tota Tullius; ut ostendat, non dolo, nec astutia, sed necessitate facere id, quod facit; et magis adversariorum fraudibus occurrat, quam ut ipse sit captiosus; vult enim, ut diximus, omne hoc tempus, quod est ante Kalend. Januar. dispensare in totius causæ actionem, ne ad alium prætorem aliasque judices novis consulibus veniendum sit. Toto igitur hoc libro exhortatio judicium continetur, ad vere judicandum; minæ in adversarios diriguntur, omnia tentantes ad corrumpendum judicium; et expositiones Ciceronis consilii sui judicibus exhibentur, quasi inter eos tractentur communiter; ubi brevitas quoque objiciendorum criminum mira arte conficitur. Status, quantum ad crimina causæ repetundarum pertinet, conjectura multiplex inest omnibus libris; quantum ad speciale intentionem libri hujus resertur, qualitas negotialis extra scriptum in particula juris est constituta. Inducitur enim postulatio de agendi novo genere; siquidem petit permitti sibi non ut oratione perpetua, sed breviter crimina proponere, et ad singula testes dare. Sunt autem capita orationis hæc: An talis reus, cuius damnatio prosit reipublicæ; an talia ejus consilia ad corrumpendum judicium; an talia et tam manifesta crimina ad patrocinium desperandum; an hujusmodi ab eo et ab ejus suffragatoribus, et dicta et facta, ad eludendam accusationem, ut novo genere sit agendum Tullio. Quarum rerum quasi per narrationem facit demonstrationem. Expositio consilii sui, ut cum judicibus deliberatio, videtur inducta; in qua ostenditur,

certandum cum Hortensio astutia, non utendo horis omnibus ad dicendum, ad tollendam, si fieri possit, compendiationem, per testes crimina comprobando. Facit hoc Cicero, ut hæc res non solum compendio ac brevitate morari temporis tollat, sed etiam circa artificium dicensi breviter etiam in hac parte vim oratoris ostendat. *Asconius.*

CAP. I. § 1 *Judices*] Primum M. Acilium Glabronem prætorem, cui sorte quæstio de pecuniis repetundis obvenerat; tum senatores, qui ei in consilio affuerunt, uti ex judicium decuria sortitione obvenerant, ab accusatore et reo, ut mos erat, rejecti. Affuerunt designati M. Metellus prætor, M. Cæsonius ædilis cum Tullio, Q. Manlius, Q. Cornificius, P. Sulpitius tribunus plebis, M. Creperius, L. Cassius, Cn. Tremellius, tribunni militares, P. Servilius Isauricus, vir clarissimus, maximis rebus gestis, Q. Catulus, is qui Capitolium dedicavit, C. Marcellus, qui proconsul in Sicilia fuerat, L. Octavius Balbus, homo juris et officii peritissimus, Q. Titinius. Acta est in foro, ad æden Casitoris: agi autem cœpit Nonis Sextilibus, duravitque ad xix Kal. Septembr. *Hotom.*

*Summo reipublicæ tempore*] Est, maxime necessario, in quo status reipublicæ in discrimen veniebat, seu, a quo salus reipublicæ pendebat. Sic ‘summa existimatio’ est res, in qua vertitur tota alienus existimatio. Vide Gronov. ad Livii lib. xxvi. cap. 10. *Grav.*

§ 2 *Ordinis*] Cum ordo vester ad ductus esset in discrimen, manerent ne penes eum judicia, an alio trans ferrentur? Ipse Verr. v. ‘At quo tempore futurum est? nempe eo, cum populus Romanus aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res judicandas requirit.’ *Hotom.*

*Qui concionibus et legibus*] Concionibus Quintium dicit tribunum ple-

bis, qui beneficij renū Oppianicō Cluentio accusatore defendens, victus erat illo damnato. Legibus autem, L. Aurelium Cottam prætorem significat, qui legē promulgārat de restituendis judiciis equestri ordīni. Ascon.

*Depeculatorēm aerarii] Sub Carbonē consule, cum quæstor esset. Peccator autem, qui furtum facit pecunia publica. Idem.*

*Vexatorem Asiae atque Pamphyliae] Sub Dolabellā, cum legatns ei et pro quæstore esset, mortno Malleolo. Idem.*

*Prædonem juris urbani] In prætura urbana, quam Siciliensis secuta est, de qua nunc accusatur. Idem.*

CAP. II. § 3 *Cum multæ mihi a C. Verre terra marique insidiae] Alias significat insidias, quæ vitæ ejus factæ sunt, alias quæ integratæ et existimationi. Nam ‘uno tempore mihi,’ vult intelligi etiam præmia sibi prævaricationis ostentavisse Verrem; sed ‘terra marique,’ insidias factas suæ vitæ significat. Idem.*

§ 4 *Mihi, vobis] Ut Gruternus testatus est, vobis non reperiri in Pall. et edd. primis, sic nec habetur in Francii primo. Et debet abesse. Alloquitur enim judices, quos statim nominat, ‘ordini, nomini denique senatorio.’ Græv.*

*Ordini, nomini denique senatorio] Ordini insidiatur, ne dignitas judicandi ordinem sequatur, detectis in corruptione judicantibus: nomini, ne senatorium nomen honori sit, sed potius ignominiae: senatorio enim bis subauditur, et senatorio ordini et nomini senatorio. Ascon.*

*Nihil tam munitum] Alludit ad Philippī dictum, ‘Nullum esse oppidum tam munitum, quod expugnari non possit, modo asellus auro onustus posset in illud ascendere:’ sic enim hic noster ad Atticum scribens testatur. Hotom.*

§ 5 *Semel, ait, se in vita pertimuisse]*

Contumaciam Verris præcipitem: nam semel vicinum est ad pene nunquam. Ex eodem sensu est, quod semel in vita risisse Crassum scribit Lncilius. Unde Virgilins mihi videtur dixisse, ‘Tum primum nostri Catæcum videre timentem.’ Ascon.

*Tum, cum a me reus factus sit] Quid est reuni fieri, nisi apud prætorem legibus interrogari? Cum enim in ius ventum esset, dicebat accusator apud prætorem reo, Aio te Siculos spoliasse. Si tacuisset, lis ei aestimabatur, ut victo: si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum ejus criminum, et institnebatur accusatio. Idem.*

§ 6 *Diem] Dies fæminino genere tempns: et ideo diminutive diecula dicitur breve tempus et mora. Dies horarum 12. generis masculini est; unde hodie dicimus, quasi hoc die. Petit autem Tullius 110. dies: Rupilius, sive Oppius, suppositus a Verre, 108. petiit. Idem.*

*Invenit iste, qui sibi in Achiam] Alii hunc Rupilium, alii Oppium putant. Sunt, qui Rupilium dicunt accusatorem, Oppium renū; alii Q. Metellum Nepotem accusatorem, Curiōnem renū. Moris antem fuerat, ut agendi dies priori prior ordinaretur: itaque, si omni tempore postulato usus esset ad inquisitionem Tullius, futurum erat, ut prior locus ad agendum daretur ei, qui biduo breviorem diem postulaverat. Cujus accusationis interposita de industria mora, eum Verres ad alios consules distulisset. Idem.*

*Non qui reum suum adduceret] ‘Adduci’ intelligo non ex Achaia; nam enim Romæ reum fecerat; sed in judicium, ut paulo supra, ‘Adductus est in judicium C. Verres.’ Hoto manus.*

*Meum tempus ob sideret] Id est, ob sideret, atque impediret, ne ego ante ad agendam causam possem accedere, quam illi centum et octo dies, ab*

ipso in Achaiam eunte postulati, omnes præteriissent. *Manut.*

CAP. III. § 7 *Cum publicis auctoritatibus*] Publicis litteris. *Ascon.*

§ 8 *Perdita profligataque*] Pejus voluit esse profligata, quam perdi-ta: est enim perditum, quod inveniri non potest; profligatum, quod potest. *Idem.*

*Tempus emisse*] Id est, dilationem temporis impetrasse. Judicium autem suum debemus intelligere sibi aptum. Et e contrario ait, ‘alienum tempus offendera.’ *Idem.*

§ 9 *Quod si non modo in causa*] Per innocentiam. *Idem.*

*Honesto præsidio*] Per compensationem criminum auctoritate dicen-tis. *Idem.*

*Aut in alicuius eloquentia*] Acerbe in Hortensium, quem corruptione judicum, non eloquentia sua, dicit esse confisum. *Idem.*

*Gratia*] Amicorum plurimorum, quibus defensoribus uteretur. *Idem.*

*Deligeretur ex senatu, qui reus fieret*] Oppius, vel Curio. *Idem.*

§ 10 *Hoc prætore*] Glabrone sci-licit. *Ascon.* Hinc patet, Glabrone esse glossema. Retineri tamen voluit Gruternus, quod hic, inquit, habe-ret nescio quam emphasis.

*Hoc consilio*] Lectissimorum ex omni numero senatus judicum. *Ascon.*

*Quod populus Romanus in rejectio-ne judicum judicavit*] Ex iis, quos re-nuit, intellectum est, eos judices ha-bere velle, quos corrumpi posse con-fideret. *Idem.*

CAP. IV. § 11 *Nisi Cn. Carbonem*] Carbo, Marianæ partis dux, idemque consul, desertus Arimiini est a quæ-store suo Verre, spoliatus pecunia publica, quam quæstor in exercitu de ærario sumpserat, cum ad Syllam ille transiret proditor partium Ma-rianarum. *Idem.*

*Cujus legatio*] Legatus per has provincias Dolabellæ proconsulis fuit, et pro quæstori, Malleolo mortuo:

ejusdemque in judicio, cum accusa-retur, proditor fuit. *Idem.*

*Suum scelus illud pristinum*] Non quia et Cn. Dolabellam deseruit, sic-uti Carbonem, sed quia et hunc læ-sit contra eum testimonium dicendo. *Anonymous.*

*In invidiam suis maleficiis adduxit*] Propter sua scelera, inquit, tum fe-cit invidiosum reum. *Ascon.*

*Oppugnavit, et prodidit*] Pejus pro-dere, quam oppugnare: propterea quod, oppugnare inimici et hostis officium est; prodere, gravius; cum ad eos, qui amici esse debent, refera-tur hoc verbum. *Idem.*

§ 12 *Cujus prætura urbana ædium sacrarum*] Quemadmodum hic dicit, sic divisa sunt crimina hujus prætu-ræ urbanæ, scilicet juris dicendi, sartorumque tectorum. *Idem.*

*Contra omnium instituta*] Qui præ-tores urbani ante se fuerunt. Sunt autem instituta prætorum in decre-tis interponendis, dijudicandisque causis. *Idem.*

*Ita vexavit ac perdidit*] Nimirum, ‘vexavit’ ingentis calamitatis usum significat: nam et ipse supra sic ait, ‘Populæ, vexatæ, funditus eversæ provinciæ.’ Virgil. ‘Candida suc-cinctam latrantibus inguina monstris, Dulichias vexasse rates.’ *Idem.*

CAP. V. § 13 *Ex aratorum bonis*] Aratores frumenti decimam dare po-pulo Romano solent. Hos non una atque altera, sed tribus amplis deci-mis per mancipes a se subornatos, id est, publicanos, qui decumani vocan-tur, Verres exhaustis. *Idem.*

*Socii fidelissimi in hostium numero existimati*] Hic locis crimina conti-net exposita in ea oratione, quæ in-scribitur de Suppliciis. *Idem.*

*Absentes rei facti*] Ut Sthenius et Heraclius. *Idem.*

§ 14 *Partim regum locupletissimo-rum*] Agathoclis aut Hieronis, Siciliæ regum. *Idem.*

*Nostrorum imperatorum*] Scipionis

et Marcelli : dedit Marcellus, reddidit ex Africa Scipio. *Idem.*

*In stupris vero et flagitiis] De Cleomenis uxore dicit. Idem.*

CAP. VI. § 15 *Proponit inania mihi nobilitatis]* Ut Curionis, et Metellorum trium, Hortensii, et Scipionis: hi enim Verri palam suffragabantur. *Idem.*

*Nobiles sunt]* Nobiles semper ad bonam pene partem pertinent. Notus autem maxime inclinat ad malum, quemadmodum in Cæciliana, ‘Mulier non solum nobilis, sed etiam nota.’ *Anonymous.*

*Aliud quiddam diu machinetur]* Dilationem accusationis, et corruptionem judicii. *Ascon.*

§ 16 *Redemptio est hujus judicij facta]* Sic quidam accipiunt, quasi hoc dicat Cicero, corrupti sunt isti judices. Non hoc dicit, sed ait artifices quosdam corrumpendorum judicum pactos esse cum Verre, et redemisse semel omnem procurationem iudicij corrumperi suo periculo, absolutissime præstandæ. *Idem.* Translatum a redemptionibus operis faciendo. Nam qui certo pretio opus aliquod faciendum suo periculo conduxit, redemptor dicitur; et qui locat, venditor; opus vero ipsum, ‘redemptoris bona.’ Et contumeliosa ducta similitudo ab operariis et fabris, qui vulgo suas operas locant, quasi hi quoque artem corrumpendorum iudiciorum vulgo, mercede proposita, exerceant. *Hotom.*

*Ea mansit in conditione atque pacto]* Hic est sensus: de pacto, inquit, et promissione corrumpendorum judicum non est recessum. Sed postquam rejecti sunt judices, displicuit totum negotium redemptoribus, et resilierunt a conditione ac pacto. *Ascon.*

*Quod et in sortitione istius spem]* Nam judices semper sortiebantur, et sortitione facta non omnes judicabant, sed electio fiebat, et ejiciebantur ab utraque parte usque ad certum numerum imparem. Hoc ergo dixit; quod ut ex sorte veri judices venirent, fortuna fecit populi Romani; in rejectione vero ut severi non rejicerentur, mea industria. Per decurias erat senatus divisus; unam decuriam populus Romanus dabat, ut ex hac judices rejicerentur. Ergo fortuna quidem populi Romani fecit, ut ea decuria daretur a populo Romano, quæ paucos habuit malos: mea autem diligentia fecit, ut meliores eligerentur. *Anonymous.*

*Renuntiata est tota conductio]* Renuntiatio dicitur rensatio ejus rei, quæ in pactum et promissionem venierat. *Ascon.*

§ 17 *Libelli nominum restrorum]* Moris erat, celebrata judicium rejectione, et haberi in officio prætoris, et in arca reponi nomina judicium selectorum. Rejectio antem idecirco dicitur, quia, cum multi judices in consilio cum prætore suo judicaturi essent, qui quæsitor fuisset in publica causa, verbi gratia repetundarum, ambitus, majestatis, necesse fuerat eos primum de decuria senatoria conscribi, cum senatus judicaret; deinde in urnam sortito mitti, ut de pluribus necessarius numerus confici posset: tertio, id est post urnam, permitti accusatori ac reo, ut ex illo numero rejiciant, quos putaverint sibi aut iniquos, aut ex aliqua re incommodos fore. Solet antem ex moribus ac fama judicium illorum, quos aut rejiciebant aut retinebant, voluntatis conjecturam facere populus, quis causæ suæ confidere, quis corrumperet judices vellet. Rejectione celebrata, in eorum locum, qui rejecti fuerant, subsortiebatur prætor alios, quibus ille judicium legitimus numerus completeretur. Prima enim sortitio dicebatur. His perfectis, jurabant in leges judices, ut obstricti religione judicarent. Cum jurassent omnes præter ipsum prætorem, nomina eorum

libellis, ut supra diximus, continebantur, et ubique habebantur, ne pro selectis judicibus, ut sit in multitudo, aliqui suppositi corruptissime judicarent, itaque ad prætoris tribunal considerent, ut judicaturi cum prætore suo. *Idem.*

*Nulla nota, nullus color, nullæ sordes]*  
Etsi hæc Cicero, quia contra Hortensium prosunt, sæpius repetit; tamen, in qua causa, et a quo, et quo modo hæc facta sint, meminimus in Divinatione narrasse. Illud factum tamen animadvertisendum, quod allini sordes non tabulis, sed sententiis, figuratae dixit. *Idem.*

*Ex alaci atque læto]* Alacris, siue alacer, (utrumque enim dicimus) dicitur is qui intentus est sensibus universis; quod est indicium erecti animi atque sublimis. Nam e contraria lacer dicitur amputatis a corpore sensum membris, hoc est, auribus oculis; quæ significatio ad animalium sæpe transfertur: ut enim plerumque afflito animo sensibus non utimur erectis, sic alacer dicitur is, cui omnes sensus in loco quisque suo vegeti sunt et intenti. Læti vero, qui vultu indicant adesse animum sincerum sensibus suis. Qua re cognita, illud quoque intelligitur, aliud esse alacrem, aliud lætum. Sunt, qui alacrem festinantem et properum dici putant, quasi alis acrem. *Idem.*

*Ecce autem]* Proprium hoc Ciceronis est in rebus improvisis. Quod cum cura Virgilius et legit et transstulit, ut, ‘Ecce autem gemini a Tenedo.’ *Idem.*

*Comitiis consularibus]* Sunt etiam ædilitia, et præatoria, et tribunitia comitia. *Idem.*

*Eadem illa vetera consilia]* Corrumpendi judicii. *Idem.*

*Per eosdem]* Per supra dictos redemptores conductoresque facinoris istius. *Idem.*

*CAP. VII. § 18 A multitudine]* Rec-

tius fortasse, ac multitudine. Hotom.

*C. Curio, quem ego]* Quæri solet, cur hoc de Hortensio, cur de aliis non dicat, quia nemo solebat precari veniam apud veteres de eorum compellatione nulla, quos negotium tangere. Curionem autem patrem dicit. *Ascon.*

*Tam aperte, palamque dixisset]* Aperete, ad verba pertinet non obscura; palam, ad præsentium multitudinem, et qualitatem frequentis loci. *Idem.*

§ 19 *Ad ipsum fornicem Fabianum]* Fornix Fabianus arcus est juxta regiam, in Sacra via, a Fabio censore constructus, qui a devictis Allobrogibus Allobrox cognominatus est; ibique statna ejus posita propterea est. *Idem.*

§ 20 *Aperte jam, ac perspicue nulla]* Non ex sua persona hoc dicit Tullius, nam esset offensum. *Idem.*

*Quod tota Sicilia, omnes Siculi, omnes negotiatores]* Επεξήγησις: ut, quidquid subjectum est, intelligatur ejus esse, quod dixit, tota Sicilia. *Idem.*

*In unius potestate]* Hortensi scilicet. *Idem.*

*CAP. VIII. Non tenebimus judicia]* Finxit senatores dicere, ‘non tenebimus iudicia;’ mollius scilicet, quam si populares fingeret dicentes, ‘aufferemus a senatu iudicia.’ *Ascon.*

*Transferendis iudiciis]* Ad equites. *Anonymous.*

§ 21 *Istius perditi]* Verris. *Ascon.*

*Hominis amplissimi]* C. Curionis. *Idem.*

*His diebus paucis, (vulgata illis ipsis diebus) cum prætores designati sortirentur]* Accusatio coepit est Nonis Angusti; et comitia consularia fuerunt vi Kal. Angusti: nec multo post sortitio prætorum fuit, celebratis eorumdem comitiis. *Idem.*

*Et M. Metello obtigisset, ut is de pecuniis repetundis]* Sorte obveniebat unicuique prætori. Hic ergo M. Metellus amicus Verris successurus Glabroni fuerat. *Idem.*

§ 22 *Fiscos complures*] Sportæ, spor-tulæ, sportellæ, nummuin sunt recep-tacula; et sacci, sacculi, saceilli, et crumenæ, et vellereæ, et scorteæ, et manticæ, et marsupia. Ita fisci, fis-cinae, fiscellæ, sparta sunt utensilia ad majoris summæ pecunias capien-das: unde quia major summa est pecuniae publicæ, quam privatæ, ut pro sensu privato loculos et arcam et sac-cellos dicimus, sic pro publico the-sauro ærarii dicitur fiscus. *Idem.*

*A quodam senatore ad equitem Roma-num*] Horum nomina quidam inepte querunt; quasi certum sit, quod di-citur, et non de industria fingatur a Tullio ad invidiam adversariorum, et sui defensionem, quia cogitur novo modo causam agere boris brevioribus, quam mos est accensatoribus: itaque suspicantur senatorem alii Crassum, alii Hortensium. *Idem.*

*Equitem Rom.*] Alii neminem pro-ferunt, alii Publicum quendam, tem-poribus illis in dividenda pecunia po-pulo famosissimum. ‘Pecunia Sici-liensis’ est ex Siciliæ prædationibus capta. *Idem.*

*Comitiorum meorum nomine*] Utego ædilitate dejicerer, quam petebam. Post consularia enim et prætoria co-mitia, ædilitia sequebantur. ‘Comiti-orum autem meorum nomine’ addi-bit, ut ostenderet, excepta hac pecu-nia, totam ad corruptionem judicij destinatam esse. *Idem.*

*Divisores omnium tribuum*] Utrum legitimos habent omnes tribus divi-sores suos, quos Plautus magistros curiarum in Aulularia vocat his ver-bis: ‘Nam noster, nostræ qui est ma-gister curiæ, Dividere argenti nmmos dixit in viros.’ An divisores criminis nomen est? sed si hoc esset, non sibi unum ex iis carum esse dix-isset. *Idem.*

§ 23 *Qui se omnia mea causa debere arbitrabantur*] Locutio pro plena ha-betur: sed si queras, quod integrum est, deest facere, ut sit, ‘omnia fa-

cere.’ Et bene *omnia* protulit, ut hæc proditio secreto actæ rei propter amicitiam videatur esse suscepta. *Idem.*

*Cum ipse præturam petisset*] Ostendit Verrem non gratis factum fuisse prætorem urbanum, et alterum, Mettellum scilicet, prætorem pecunia Verris similiter meruisse præturam. *Idem.*

*Q. Verrem Romilia*] ‘Q. Verrem’ no-men est proprium, ‘Romilia’ no-men est tribus, ablativi casus, ut sit, ex Romilia. Tribus enim urbanæ rusticæque omnes XXXV numeran-tur: ex quibus aliquam necesse est, cujusque ordinis fuerit civis Roma-nus, obtineat. Moris autem fuit, ut cum aliquis civis Romanus ostenden-dus esset, significaretur aut a præno-mine suo, aut a nomine, aut a cogno-mine, aut a cognitione, aut a tribu in qua censeretur, aut a curia, aut a censu, ut, si erat senator equesve Romanus. Sic alibi ait, ‘L. Clandi-um Palatina.’ *Idem.*

*Ex optima*] Ironia est. *Idem.*

*Patris istius discipulum*] Tanquam divisorum magistri. *Idem.*

*Istius*] Verris scilicet. *Idem.*

CAP. IX. § 24 *Urgebant comitia: instabat judicium: fisci minabantur*] Exquisite dictum. Hæ sunt res maxi-mæ. *Idem.*

*Agere, quod ad judicium pertinebat, libere*] Vel occupatioue in petendo honore; vel quia accusatio liberta-tem et minas exigat, petitio, blandi-menta et preces. *Idem.*

*Minari denique divisoribus, ratio non erat*] Cur enim minarer, inquit, corrup-toribus vel divisoribus, quos ac-cusatione Verris impeditus accusare non possem, ipsumque illi callidi ho-mines intelligerent? *Idem.*

*Districtum atque obligatum*] Di-strictus potest et sine vinculis in di-versum manu ducentium ferri: obli-gatus etiam nodis vinculorum in lo-co intelligitur. Plus est ergo obliga-

tum esse, quam districtum. *Idem.*

§ 25 *Qui, quamobrem arcesserentur?* Bene interposuit hæc ad causam non veniendi: Nam sine hac ad designatum consulem Siculos non venisse, contumaciæ videretur. Sane et hic, et in primo capite Verrinarum animadvertisit insequens locutio, similisque solœcismi, si quidem *non venisse* legeris: nam si *non venissent* legeris, error non erit. *Idem.* Recet Asconius ostendit, si *non venisse* legatur, solœcismi similem, et inconsequentem esse locutionem: sed sic Ciceronem scripsisse, ut libri habent, vix mihi persuaserim. Si qui tollas, quod irrepsit, nullam σολοκοφανὲς hic quemquam offendet. Scripsit Cicero, ut vidit J. Fr. Gronovius in Observationibus, *Siculos sane in eo liberos fuisse, quamobrem arcesserentur, cum intelligerent, non venisse.* Fuit inventata menda, quæ Asconii tempestate jam hunc locum inquinarat. *Grav.*

*Cæterorum hoc anno]* Criminose, ut supra diximus, in Hortensium Metellosque. *Ascon.*

*Cum filio blando et gratico]* Fœminis, ac maxime meretricibus blanditiæ convenientiunt: gratia vero quæ potest in adolescentibus esse sine infamia? gratiam enim amicorum copiam modo dicit. *Idem.*

*Appellare]* Quasi familiares. *Idem.*

*Et convenire]* Quasi de promissorum debito. *Idem.*

*Intellectum et animadversum]* Intellicitur aliquid argumentis: animadvertisit sensibus præsenti animo utentibus: plenique enim animadvertisimus rem aliquam oculis, aut quovis sensu corporis sine animi intentione: ergo plus est animadversum, quam intellectum. An ab aliis intellectum, ab aliis animadversum, intelligi possit? quod si est, rursus plus erit quam intelligere, animadvertere. *Idem.*

*Ut cuius divitiae]* Magna emphasi

divitias dixit; et significat breviter, etiam sibi præmia prævaricationis oblata, sed frustra. *Idem.*

§ 26 *Sed etiam Q. Metellum]* Subaudi, consulem: et ne error sit in nominibus, tenere vos oportet, tres Metellos esse; unum consulem cum Hortensio, alterum in urbe quæsitorem de pecunniis repetundis, tertium Siciliæ prætorem. *Idem.*

*Dedit enim prærogativam suæ voluntatis ejusmodi]* Dilogia dicitur figura, cum ambiguum dictum duas res significat. Nam ‘prærogativa,’ præter (Mss. propter) justum integrumque beneficium, aut dictum, aut factum aliquid significat liberalius ab eo, qui nobis bene facturus est; et rursus ‘prærogativæ’ sunt tribus, quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iisdem candidatis comitia fieri: quorum tribus primæ ‘prærogativæ’ dicebantur, quod primo rogarentur, quos vellent consules fieri: ‘secundæ,’ jure vocatae, quod in his, sequente populo, ut saepe contigit, prærogativarum voluntatem, jure omnia complerentur. Hoc igitur dicit Cicero, Metellum vocando ad se Siculos, et eos minis deterrendo ab accusatione Verris, prope omnne beneficium corruptarum a se tribunum Verris pecunia persolvisse. Vult enim, illum Verris pecunia consulem factum intelligi. *Idem.*

§ 27 *An me taciturum?* Est hic epitherapeusis: ubi non emendatio dieti atrocissimi, sed confirmatio ponitur recte dixisse, causa subjecta cum quadam acrimonia. *Idem.*

\* *Arcessit alter consul designatus Siculos]* Hæc est prærogativa, quam Metellus Verri pro prærogativis reddit; nam hujus rei fuerat dilata narratio. *Idem.*

*Prorismus]* Quomodo, si comitorum sors atque fortuna est? Sed vult totum pecunia Sicilieusi, hoc est cor-

ruptis a Verre tribubus, esse confectum. *Idem.*

CAP. X. § 28 *Te non fato, ut cæteros ex vestra familia]* Dictum facete et contumeliose in Metellos. Antiquum Nævii est, ‘Fato Metelli Romæ sunt consules;’ cui tunc Metellus consularius versus responderat senario hypercatalecto, qui et Saturnius dicitur, ‘Dabunt malum Metelli Nævio poëtæ;’ de qua parodia subtiliter Cicero dixit, ‘te non fato, ut cæteros ex vestra familiia.’ *Idem.*

§ 29 *Quæsitor]* Prætor de pecuniis repetundis quæstionem exercens: nam proprie quæsitores dicuntur criminalium quæstionum, ut Virgilius, ‘Quæsitor Minos urnam movet.’ *Idem.*

*Nimum diligentem]* Hæc est artificiosa laudatio judicis sine suspicio-  
ne assentationis, et tamen efficax ad  
benevolentiam: qui autem diligenter  
vituperare non poterat, pro cri-  
mine addidit ‘nimum.’ Terent. ‘Ne  
quid nimis.’ *Idem.*

*M. Cæsonius]* Designatus ædilis cum Tullio, et ideo non judicaturus, quia et ædilis et judicis partes sustinere non poterat nro tempore. Ut autem sagacem integritatem ejus ostenderet, non dixit, ‘quod corrumpamus,’ sed ‘conemur corrumpere,’ et non aperta et plana corruptione, sed aliqua, id est, vel exigua. *Idem.*

*Juniano consilio]* Junius quæsitor fuit in Cluentii causa Verre prætore, in qua cum Oppianicus damnatus esset, defensor Oppianici tribunus plebis Quintius, rei in invidiam adduxit, cum diceret pecuniam in judicio fuisse versatam: et cum incertum esset, ex qua parte esset profecta, populus Romanus non eredit ab Oppianico datam, quia damnatus erat, et errore multorum in falso cri-  
mine Cluentius fuit. Hic ergo Cæsonius, damnatus aliis judicibus, non modo innocens pronuntiatus est, sed etiam ex iis fuit, qui illa crimina Sta-

leni, et Bulbi, et Guttæ, et cætero-  
rum judicium detexerunt, cum Verres quoque turbatus subjectos judices esse diceret, et interpolatos libellos sortitionis jndicium, quos libellos ipse obsignaverat. *Idem.*

*Hunc judicem ex Kal. Jan. non habebimus]* Locus animadversione dignus; ex quo illud intelligitur quod sæpe dixi, non licuisse et magistratus et judicis partes uno tempore sustinere: etiam illud; multa in orationibus dicere Ciceronem ad tempus, non ad veritatem. Nam et Cæsonium hoc loco et Cornificium paulo infra spec-  
tatos et integros appellat; cum in prima ep. ad Atticum ntrumqne ut consulatu, quem petebant, indignissi-  
mum, acriter perstringat. *Hotom.*

§ 30 *Magistratum ineat necesse est Nonis Decembribus]* Eo die tribunus plebis futurus. *Ascon.*

*Ex acerrima illa equestri familia]* Novo modo landem ab ignobilitate quæsivit, more suo landans equites Romanos, et maxime quia, cum judicaret, sine infamia se gesserunt. *Idem.*

*Cassius cum ad cæteras res]* Inde sunt leges Cassiae tabellarie de suffragiis libere ferendis non voce, sed tabula: ille ipse Cassius, qui cognoscendis criminalibus causis in pri-  
mis quærendis esse dicebat, ‘Cui bono?’ *Idem.*

*Homines veteres]* Graves et severi; et vide signate singulis additam lan-  
dem ex ore adversarii, veluti ostendit,  
cur sibi isti omnes disipli-  
ceant. *Idem.*

*Subsortiemur etiam]* Mire ostendit securitatem rei, tanquam ipse sit omnia facturus. *Idem.* Non subsortie-  
bantur consules, sed prætor urbis, una cum judice quæstionis. Itaque hæc dicuntur ex persona Metelli, non nt consulis, sed nt amici Verris, ad spem omnem Siculis tollendam;  
quasi omnia in eorum manu sint. ‘Subsortio’ vero in eorum fiebat lo-

cum, qui vel ob rejectionem, vel aliam ob causam, ut quia magistratus essent, in consilio interesse non poterant. *Grævius.*

§ 31 *Nonæ Sextiles*] Sextiles, Augustæ; Quintiles, Julie: nondum enim nomina de imperatoribus sumperserant: propter quam mutationem nominum Virgilius ait, ‘et incipient magni procedere menses.’ Hac tota argumentatione significat Cicero bis accusare se non posse, si accusandi consuetudinem servare voluerit, non servire brevitat. *Ascon.*

*Ludos votivos*] Hos Pompeius vorerat, si Sertorium superasset. *Idem.*

*Deinde continuo Romani consequentur*] Romani ludi sub regibus instituti sunt, Magnique appellati, quod magnis impensis dati sunt; tunc enim primum ludis impensa sunt ducenta millia nummum. Alii ideo Magnos ludos dictos putant, quod Conso, consiliorum secretorum Deo, id est, Neptuno laticeum regi et rerum conditarum, et Diis Magnis, id est, Laribus urbis Romæ, dati sunt; quibus aiunt raptas Sabinas esse, ut videatur propter hoc dicere Virgilius, ‘Magnis Circensibus actis:’ nam et ‘Magni’ et ‘Circenses’ iidem sunt. *Idem.*

*Deinde se ducturos*] Dilaturos, moram facturos. *Idem.*

*Dicendo*] Longa oratione. *Idem.*

*Excusando*] Cur interdum non dicant; admittebantur enim excusationes multæ etiam pro reo aut occupationis alicuius aut malæ valetudinis. *Idem.*

*Ad ludos Victoriae*] Hos Sylla instituit bello civili victor. *Idem.*

*Secundum quos*] Plebeios ludos, quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt, aut pro reconciliatione plebis post secessionem in Aventinum. *Idem.*

*Quem ego hominem*] M. Metellum scilicet; in ejus locum subsortientem judicem, ex persona Verris su-

pra dixerat: qui prætor futurus sit ex Kal. Jan. qui nunc in judicium numero est. *Idem.*

§ 32 *Malim, et jurato suam*] Cum judex sit Metellus, tabellam judicariam juratus accipiet: cum prætor fuerit, et non jurabit, quia non est moris, et potestate habebit tabellas omnium judicum. *Idem.*

*Et jurato suam*] Neque enim qui judex quæstionis erat, jurabat, quippe qui sententiam ipse non ferret, sed eorum, qui ipsi in concilio assidebant, tantummodo prouantiaret. Jurabat autem urbis prætor, qui judices legebat de quæstione sententiam laturos, ut appareat ex orat. pro Cluent. *Hotom.*

CAP. XI. *Id enim consilii mihi profecto taciti dabitis*] Sermocinatio ista non decet judicium gravitatem; ideo ‘taciti’ dixit: sic agit antem, ut ostendat se non debere horis legitimis abuti ad bis accensandum Verrem, cum possit pro una actione testimoniis uti tantum. *Ascon.*

*Meo legitimo tempore*] Viginti diebus; hi enim dabantur ad accensandum legitimis, totidemque defensori ad respondeendum. Ita Ascon. *Verr. I. Hotom.*

*Perficiam ut nemo*] Nunc illud est quod postea dicet, ‘et ne aliter, quam ego velim, menum landet ingenium.’ *Ascon.*

§ 33 *In alia tempora reservemus*] In secundam actionem. *Idem.*

*Auctoritatibus*] Confirmationibus eloquentiæ scilicet. *Idem.*

*Ex istius tempore et causa*] Sensus est: Non ingenii tui est, quod contra me malitiose exis; sed hoc ita expedit tempus hujns, hoc est periculum Verris, et mala causa, quam suscepisti. *Idem.*

§ 34 *Secundum binos ludos*] Post binos ludos, votivos ac Romanos. *Id.*

*Ante primos ludos comperendinem*] Id est, me et te dixisse profitens, comperendinationis judicibus faciam

*potestatem. Idem.*

*Astuta] Urbana: etenim urbs ἀστρα  
dicitur. Terent. 'An in astu venit?'*  
*Idem.*

*CAP. XII. § 35 Cupiditas] Corrup-  
tionem judicūm significat. Idem.*

*In quibusdam iudiciis] Terentii Var-  
ronis, ubi discoloribus ceris usus  
est, et ubi, ut supra diximus, elusit  
nobiles pueros. Idem.*

*§ 36 Assiduum] Molestum, addic-  
tum. Idem.*

*Ex eo loco] De rostris scilicet.  
Idem.*

*Hoc munus ædilitatis] Allusit ad  
ambiguitatem muneris, et Verris no-  
men bestiæ præferentis. Idem.*

*Qui aut deponere, &c.] Deponitur  
in sequestri; accipitur ab eo, qui  
corrumptur; recipitur, id est, pro-  
mittitur ab eo, qui pro iudicatu*rō*  
spondet; pollicetur, qui apud se di-  
cit aut præmium, aut sententiæ po-  
testatem esse. Sequestres sunt, apud  
quos pecunia deponitur; inter-  
pretes, per quos inducitur pactio.  
Idem.*

*CAP. XIII. § 37 Paulo amplius, quam  
privatus] Nam ædilitas primus est  
magistratus curulis, isque ad honoris  
amplioris gradum primus ascensus  
erat, et ex minoribus erat magistra-  
tibus, id est, ex iis qui minoribus au-  
spiciis creabantur: sellam tamen cu-  
rulem, et iudicia, et antiquiorem in  
senatu sententiæ dicendæ locum ha-  
bebant. Privatus autem a Latinis  
ei qui cum imperio est, opponitur;  
quasi in publico, et jam in re publi-  
ca, non privata versanti. *Hotom.**

*Inter decem annos] Recte dixit;  
hoc enim tempus, quo senatus iudi-  
cat, victore Sylla ab ordine equitum  
transferente iudicia. *Ascon.**

*§ 38 Annos prope quinquaginta] Tan-  
to enim fere tempore equester ordo  
judicavit lege Sempronia. Idem.*

*Nullo iudice equite Romano, &c.]  
Hotomanus invitis libris legit de con-  
jectura Joannis Lucanii, casu recto,*

*nulla, &c. sensu egregio. Gruter. Vel-  
leum explicarent hæc verba, qui ea  
retinenda censem. Explicavit qui-  
dem Paulus Manutius, nunquam, ullo  
equite Romano: sed non dura tantum  
hæc locutio est, sed cælo Latino in  
hac notione inaudita. Attentius hunc  
locum insipienti plane hæc verba  
videntur supposititia, et nescio unde  
irrepsisse: indigna enim est Cice-  
rone ταυτολογία: 'Cum equester or-  
do judicaret annos prope quinqua-  
ginta, nullo iudice equite Romano  
judicante, ne tenuissima.' Quid est  
iudice equite Romano judicante, quam  
quod præcedentibus verbis dixit, cum  
equester ordo judicaret? Nam iudice  
equite Romano judicante est, cum ju-  
dicarit equester ordo. Ista repetitio  
hic inanis est plane et inepta; ne  
dicam et hoc durum esse iudice judi-  
cante. Mihi igitur hæc verba iudice  
equite Romano judicante, videntur es-  
se interpretatio illorum, cum equester  
ordo judicaret, et ex margine insulta  
esse male a mala manu. Si illa de-  
leveris, nihil scabri supererit. Sin  
quis pertendat esse illa retinenda,  
quia in vetustis libris habentur, scri-  
bendum est sane cum Lucanio, pro-  
bante Hotomano et Grutero, nulla,  
sed pro equite Romano judicante le-  
gendum potins equite res judicante;  
nam littera R sæpe significat res, æ-  
que ut Romanus, ut docuit Valerius  
Probus de Notis Romanorum, cap.  
17. Hac locutione res judicare sæ-  
pius in ista oratione usus est Cicero.  
Sed propter causas, quas paulo ante  
attuli, nullus dubito hæc verba tan-  
quam spuria esse inducenda; Cice-  
ronis autem manum esse, cum equester  
ordo judicaret, annos prope quinquagin-  
ta continuos, nulla, ne tenuissima, &c.  
Græv.*

*Sublata populi Romani potestate] Sci-  
licet sublata provocatione ad popu-  
lum, hoc est, ad tribunos plebis. *As-  
con.**

*Q. Calidius damnatus dixerit, mino-*

*ris sestertium tricies honeste, &c.]* Q. Calidius, M. Calidii oratoris pater, ex prætura Hispaniensi accusatus a Gallio, pro quo postea Cicero dixit, atque damnatus, cum sensisset judicibus pecuniam contra se datam, in eos judices, qui parvo pretio corrupti se damnaverant, exclamavit, ‘Vel idoneam,’ inquit, ‘mercedem pro meo capite pacisci debuistis: hoc saltem honestatis esset in vobis, ut hominem prætorium non vili pretio vendoreretis:’ et ‘honeste’ ironice dictum est. *Idem.*

*Q. Hortensio prætore, de pecuniis repetundis]* Ordo est: P. Septimio damnato de pecuniis repetundis, prætore Q. Hortensio. Hæc enim Q. Hortensio prætori sors obtigit, ut de repetundis pecuniis quæreret; sicuti constat ex libro de Clar. Orat. Sed cur nominatim Q. Hortensio prætore? An criminose hoc dictum est in Hortensium, ut Asconius interpretatur? Mihi quidem minime videtur; præsertim cum damnatum dicat Sulpitium. An igitur ut rem nemini dubiam, sed manifestam, et vel ipsius adversarii oculis testamat prolatum se ostendat? opinor, hæc potius causa est. *Hotom.*

*Lis æstimata sit]* Hoc est pecunia, de qua lis fuit, et propter quam condemnatus est, in summam redacta, quæ de ejus rebus exigerebatur. Duæ res enim consequebantur damnationem; altera, redditio pecuniaæ iis ad quos pertinebat; in quo vel simplici, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebatur: altera, exilium. *Ascon.*

*§ 39 Qui ambo peculatus damnati sunt]* Quid hoc, inquiet quispiam, ad judicium corruptum pertinet? Respondebimus, litis æstimationem fieri non solum ex titulo propositi criminis, sed etiam ex aliis probationibus, quæ ex ante actis rebus apud judices constituerint. Hi, peculatus criminis proposito, etiam quas judicando pecunias ceperant, reddiderunt. Simi-

liter absolvitur etiam illud, quod supra de pecuniis repetundis positum est. *Idem.*

*Qui C. Verre prætore urbano sortiente]* Sic hoc criminose dici, quemadmodum supra, Hortensio prætore; et totum hoc magis invidiose, quam vere, dicitur; nam ipse Verres pro testimonio dixit, in Juliano judicio adulteratas fuisse tabellas suas, in quibus suppositi judices essent ad sententiam corruptam ferendam. *Id.*

*Exirent in eum reum]* Non ex urna, ut sit, ‘eorum nomina ex urna ducentur;’ sicuti nonnulli existimant: non enim ex urna nomen Falculæ exierat: sed ‘irent’ simpliciter accipio, quasi dictum sit, Adirent ad illud judicium, et prætori assiderent. *Hotom.*

*Quem incognita causa condemnarent]* Cum causam ante non audissent. Significat autem C. Fidiculanum Falculam, qui ad complendam Oppianici damnationem dicebatur esse suppositus. *Ascon.*

*Quod inventus est senator]* Stalenum dicit ab utraque parte fuisse corruptum; quod adversus eum recitatum postea, in Cluentiana oratione vix purgat, ubi dicit a solo Oppianico sestertium DCXL Caio Ælio Staleno judici data pro numero judicum, qui corrumperi essent. *Id.*

*§ 40 Ut discoloribus signis]* Jam supra dictum est. Signa antem alii ceratas diverso colore tabulas, alii ab judicibus appositæ tabulis ceras diversi coloris aiunt, ut hoc signum esset ad voluntatem rei sententiae scriptæ. *Idem.*

*Juratorum hominum]* Judicium scilicet, qui in leges, ante quam judicarent, jurare consueverant. *Idem.*

*CAP. XIV. Se habere hominem potentem]* Hortensium vult intelligi; scit enim hoc nimis valere ad minuendam ejus auctoritatem. *Idem.*

*§ 41 Apud M' Glabriōem]* Prætorem præsentis anni, quique præcesset

hunc judicio. *Idem.*

CAP. xv. § 44 *Neque enim ullam aliam ob causam populus Romanus]* Per annos continuos tres populus Romanus illo tempore tribunitiam potestatem flagitabat: hoc Cicero utitur ad invidiam judiciorum et infamiam senatu judicaute. *Idem.*

*Qui Cn. Pompeio]* In invidia tunc Pompeius fuit, quod consul redderet populo tribunitiam potestatem; sed totum Tullius ad sui temporis commodum refert, ut etiam Catuli sententiam in senatu demonstret. *Idem.*

§ 45 *Cum primum concionem ad urbem consul designatus]* ‘Ad urbem,’ in urbe: et sic dici solet de iis, qui cum potestate provinciali, aut nuper e provincia revertissent, aut nondum in provinciam profecti essent. Pompeius autem pro consule de Hispania, Sertorio victo, nuper venerat, et statim habuerat concionem de restituenda tribunitia potestate, Palicano tribuno plebis. *Idem.* ‘Ad urbem,’ in urbe inquit Ascon. quod quemadmodum intelligi debeat, conjectura assequi non possum. Nemini autem qui cum imperio provinciali esset, nisi aut triumpharet, aut imperium deponeret, urbem introire licet. Ut mihi obscurior Asconii sententia videatur, nisi forte ‘urbis’ verbum late accepit etiam pro continentibus aedificiis, ut Romæ esse dicerentur etiam qui ad urbem erant, quamvis in urbe non essent. *Hotom.*

CAP. xvi. § 46 *Homines in speculis sunt]* Scilicet equester ordo, et urbana plebs, et omnes qui favent tribunitiae potestati. *Ascon.*

*Observant]* Modo speculantur, alias venerantur. Virgilius, ‘Præterea regem non sic Ægyptus, et ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes Observant.’ *Idem.*

*Post legem tribunitiam]* Ex quo lex fertur de tribunitia potestate restituenda. *Idem.*

*Unum hominem vel tenuissimum]*

Pauperem, qui, unde judices corrumperet, non haberet: Dolabellam autem significat. *Idem.*

*Quod tametsi non reprehendunt]* Potuit enim dici, Quid ergo? noxius si pauper sit, non est damnandus? *Idem.*

§ 47 *Non gratia]* Non vult amicum videri Hortensii Verrem, sed tantummodo prædæ participatione sociatum. *Idem.*

*Non cognitione]* Hoc ad Metellum collegam Hortensii pertinet, qui illum, tanquam si sit cognatus, defendit. *Idem.*

*Mediocri vitio]* Mediocria vitia sustinebit, si quis nimia servitute patrocinium mernerit, aut assentatione aliqua defendi meruerit. *Idem.*

*Investigare]* Ratione. *Idem.*

§ 48 *Consequi]* Via. Hoc totum ad terrendos a corruptione judices dicuntur. *Idem.*

§ 49 *Post hæc constituta judicia]* Senatoria judicia dicit, per hos 10. annos Syllæ legibus constituta. *Idem.*

CAP. xvii. § 50 *Qui jam pridem inventus est]* Verrem dicit. *Idem.*

§ 51 *Quo loco sis]* In tribunal. *Id.*

*Fac tibi paternæ legis Acilie]* M' Acilius Glabrio legem Aciliam tulit, de pecuniis repetundis, severissimam, ut qua ne comperendinari quidem liceret reum. *Idem.*

*Sapientissimi avum]* Scævolam dicit, juris peritissimum, qui cum Cn. Pisone consul fuit, quo anno Tib. Gracchus occisus est. *Idem.*

*Gravissimum sacerum fuisse]* Scævolum significat. *Idem.*

*Scauri constantiam]* Iude subjecit quid sit constantia: et animadvertendum, hanc esse artificiosam laudationem judicium ad benevolentiam, quæ tamen ab assentationis suspitione semota est. *Idem.*

*Ad suspicionem criminis]* Quod multum rapuit. *Idem.*

*Ad rationem salutis]* Ut corruptis judicibus reus reservetur. *Idem.*

CAP. XVIII. § 53 *Servi designatorum consulum*] Mentionem facit illius rei, quam de Metello supra monstraverat, quod Siculos domum arcessitos jam ante conterruit. *Idem.*

§ 54 *Quadragesima diebus interpositis*] Iis, qui sunt per binos ludos, votivos atque Romanos: quos alii bini consecuti erant, Victoriae atque plebeii. *Idem.*

*Cum haec frequentia totius Italiae Roma discesserit*] Frequentiam dicit plebis rusticæ, cui voluit judicij exitu notam esse integratam suam. Convenerat autem ex municipiis cuiuscunquam modi multitudo, aut propter comitia suffragiorum causa, aut ludo-rum votivorum, Romanorum, Victoriae, plebeiorum, aut ut censeretur apud censores Gellium et Lentulum, qui tunc erant. *Idem.*

*Hujus judicij et laudis fructum, et offenditionis periculum vestrum*] Figura zeugma; ad singula enim subaudiendum est, puto esse oportere. *Idem.*

§ 55 *Faciam hoc non novum, sed ab iis, qui nunc principes nostræ civitatis sunt, ante factum*] Verum dicit: etenim L. Licinius, et item M. Licinius, ambo consulares: Marcus vero etiam triumphalis fuit. Hi cum accusarent L. Cottam, non usi sunt oratione perpetua, sed interrogatione testium causam peregerunt. *Idem.*

*Illud a me novum cognoscetis*] In eo se dicit novi aliquid allaturum, in quo diligentius crimen expositorus est, quam qui ante ipsum breviter accusaverunt. *Idem.*

*Interrogando*] Apparet ex hoc dicto, testes suos etiam ipsum accusatorem interrogare consuesse. *Idem.* Suspectus mihi locus est: nam si interrogando firmavit crimen, quid est quod continuo sequitur, ‘tum testes ad crimen accommodem?’ Quo modo enim interrogando confirmavit, nisi adhibitis accommodatisque testibus? Aperiam igitur quod nihil in mentem venit, de quo eruditiores existimare

poterunt. Quoniam in primo accusationis libro dicit se in testibus interrogandis crimina explicasse, veni in suspicionem, prætermissum in scribendo verbum *interrogando*, postea in conferendo, ad marginem adscriptum; deinde vero ab alio scriptore non suo loco restitutum esse. Itaque potius legendum sum arbitratu-s, *Quod ita testes constituam, ut interrogando crimen totum explicem: ubi id argumentis, atque oratione firmavero, &c.* ut verbum *interrogando* non ipsam testium compellationem declareret, sed (ut in libro sequenti) actum illum legitimum et judiciale, qui ‘testium interrogatio’ dictus est; præsertim cum hoc ipsum aperte iisdem verbis in eo libro explicarit; ‘ut in testibus,’ inquit, ‘interrogandi omnia crimina proponerem et explicarem:’ ex quibus ipsis verbis perspicue falsitas eorum opinionis intelligitur, qui locum bunc de reo interrogando interpretabantur, cum aperte de testium interrogatione Cicero loquatur. *Hotom.*

*Argumentandi dicendique sit*] Argumentari, est argumentis uti ad rem probandam; dicere, amplificatione uti ad rem dilatandam, et ad delectandum commovendumque auditorem oratione perpetua. *Ascon.*

*Si quis erit, qui perpetuam orationem accusacionemque*] Vides quod argumentis se usursum non negat jami modo, quanquam perpetuam orationem se neget habiturn in bac actione, quæ prima est. *Idem.*

*Si quis erit, qui perpetuam orationem accusacionemque*] Bene hæc separavit; ut ostenderet, etiam sine perpetua oratione accusacionem tamen esse: et intelligi posset ut res non una, sed ut duæ sunt. *Idem.*

*Nunc id, quod facimus, ea ratione facimus*] Inconsequens locutio, et obscura non minus est, quam illa in fine orationis pro Ligario, nisi forte facimus semel ponitur. *Idem.*

§ 56 *Cum multa libidinose, multa crudeliter in cives atque socios] A specie cœpit, et subjunxit genus, dicendo postea, 'in Deos atque homines : sed non est vitium, quod pro auxesi positum, non pro ratiocinatione est.*  
*Idem.*

*Sestertium quadringenties] Diximus de hac quæstione. Summæ variæ : in Divinatione enim sestertiū milles dixit. Quod solvimus, quod adhuc non erat insinuata criminum ratio Ciceroni : et quod ex persona Siciliæ loquebatur, augere voluit veritatem : et quoniam, spe dupli vel quadrupli repetitionis, quantumvis accusatori progredi licuit. Nam quamvis sestertium octingenties dupli nomine exigi usus est, sestertium tamen quadringenties tantummodo repetitum est : ad gratiamne Hortensii, an suam, an etiam conniventia Ciceronis ipsius, parum comperimus. *Idem.**

*Dixi] Moris veterum fuit, cum sati visum esset fluxisse verborum, hanc sibi necessitatē finiendæ orationis imponere, ut dicerent ad ultimum, *Dixi* : quod etiam, ab utraque parte oratione consumpta, ut in con-*

*silium dimitterentur, prætor soleret pronuntiare, 'Dixerunt.' Bene ergo Tullius denuntians adversaris compendium brevitatis, hoc verbo usus est, 'Dixi.' Non autem ibi finitur prima actio: inducentur enim dehinc a Tullio testes; quorum verba in oratione conscribere, nullius elegantiæ fuit. Multis autem diebus prima actio celebrata est, dum testes Verris producuntur criminum diversorum, dum recitantur publicæ privatæque litteræ: quibus rebus adeo stupefactus Hortensius dicitur, ut rationem defensionis omitteret: adeo perculsus Verres, ut abiret in exilium sua sponte. Nec quid amplius in judicio gestum est, nisi quod Tullius, metuens ne tantum negotium pene tacitum præteriret, finxit Verrem comperendinationi præsto fuisse, ut bis defensus accusaretur iterum. Et quemadmodum victoriæ consuluerat brevitate dicendi, ita laudem eloquentiæ tanqnam repetita accusatio ne est consecutus reliquorum conscriptione librorum, qui cæteros consequuntur. *Idem.**

## ACTIONIS SECUNDÆ IN C. VERREM

### LIBER I.

Varie Ciceronis Verrinas Orationes inscribunt grammatici; et varie in veteribus etiam libris inscriptæ reperiuntur. Hanc autem orationem *Primus Accusationis liber* inscribi debere, ex ipsius Ciceronis verbis intelligere possumus, quæ sunt in Oratore ad Brutum: 'Adhibenda est,' inquit, 'numerosa oratio, si aut laudandum est aliquid ornatus, ut nos in Accusationis secundo de Siciliæ laudibus

diximus; aut in senatu de consulatu meo: aut exponenda narratio, quæ plus dignitatis desiderat, quam doloris, ut in quarto Accusationis de Ennensi Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus,' &c. Prima igitur oratio, quæ 'Divinatio' dicitur, uihil ad Verris cansam pertinet, sed cum Cæcilio contendit Cicerio uter melior futurus sit Verris accusator, ipsene, an Cæcilius. Secun-

da, præparatio quædam est ad judicium et testium interrogationem. In tertia demum incipit Verrem accusare, qui ‘primus liber Accusationis’ a Cicerone quidem dicitur, a grammaticis vero ‘Prætura Urbana’ inscribitur; cum secundus ‘Siciliensis;’ tertius ‘Frumentaria;’ quartus ‘de Signis;’ quintus ‘de Suppliciis’ inscribantur. *F. Ursinus.*

CAP. I. § 1 *Neminem vestrum ignorare arbitror, judices]* Hoc totum figmentum est Ciceronis, ut sequentium librorum vera actio videatur: nam Verres jam sua sponte elegit exilium. *Ascon.*

§ 2 *Respondeat]* Recte dictum est, ‘respondeat:’ nam apud veteres et judices, et rei, et accusatores, et defensores citabantur a præcone prætoris. *Idem.*

*Patior, judices]* Cum dolere debuerit, resisti sibi, pati, et æquo animo ferre dicit, ut pugnam victoria consequatur. *Idem.*

CAP. II. § 4 *Neque enim salus ultra reipublicæ major est]* Eadem repetit, quæ in prima actione dicta sunt, e republica esse damnari Verrem. *Idem.*

*Diligenter rejectis]* Rejectos judices pro electis intelligi convenit; ibi enim rejectio judicum, ubi et retentio, continetur. In rejectione autem accusatoris, vel fides accusationis, vel prævaricationis perfidia, ut supra dixit, appareat. *Idem.*

§ 5 *Et prope depositam]* Desperatae salutis. Sic et Virgilinus, ‘Ille ut depositi proferret fata parentis.’

*Postremo ut esset hoc judicatum]* Subauditur ‘accessi,’ ἀπὸ κονοῦ, ad omnia, quibus hoc verbum in hac sententia convenit. *Idem.* *Ut esset hoc judicatum]* Si pro ut legas utut, locus integer futurus erit. Hoc enim dicit Ciceron: Si de Verre ex voluntate populi Rom. judicatum fuerit, judiciorum auctoritatem aliqua ex parte constitutum iri; quæ tum fluctuabat,

propterea quod multa judicia aperte pecunia corrumpebantur; et postremo (utut de Verre judicatum sit) fore, ut finis judiciariæ controversiæ constituatur: sive enim damnatur, penes ordinem senatorium mansura judicia; sive absolvatur, neminem honeste recusaturn, quo minus ad equites transferantur. *Muretus, Var. Lect. xix. 12.* Ut sæpe cum apud Ciceronem, tum apud alios scriptores ponit, pro quo vulgatius utut ponatur, et hujus multorumque aliorum locorum exemplis ostendit J. F. Gronovius, Obs. III. 6. *Græv.*

§ 6 *Homo (vulgo reus) est enim nocentissimus]* Terentius, ‘Et habe’, quod det; et dat nemo largius:’ et de persona, ‘Fatuus, insulsus, tardus stertit.’ *Ascon.*

*Impie nefarieque commisit]* Nefandum, est non fandum: nefarium quod sacra polluit farre pio solita celebrari: ergo nefarii sacrilegi. *Idem.*

CAP. III. § 7 *Agunt eum præcipitem]* Proprium Ciceronis et in Orationibus, et in Dialogis, et in Epistolis sæpius eandem sententiam dicere, et nti eloquentiæ diversis modis, in iisdem sententiis, tamen ab aliqua occasione repetitis: nam et hic repetitio furoris, in qua videtur insaniae Verris causam velle monstrare: est enim hic locus de suppliciis irrogatis; ubi ostendit, cives Romanos Verrem pro prædonibus occidisse. *Idem.*

*Religiones vero ceremoniæque]* De signis et furtis tacet modo, quasi minus idoneis ad furorem avaritiæ. *Idem.*

§ 8 *Suppicio communis]* Æstimatione litis, et exilio. *Idem.*

§ 9 *Cui damnari expediret]* Quia minor in damnatione poena, quam in concione populi Romani, et in eorum animadversione. *Idem.*

CAP. IV. *Non istum majus in sese seclus, &c.]* Non istum modo terret, sed subtiliter etiam judicibus com-

minatur. *Idem.* Nam si absolvitur a vobis, ad populi judicium adducetur, morte multandus propter jus libertatis et civitatis, civium Romanorum nece imminutum. Observabitis, primo, populi solins potestatem finisse civem morte dammandi; secundo, ubi multatio bonorum erat, supplicium in corpus irrogari non solere. *Hortensius.*

§ 10 *Non is reus?*] Qui est nocentissimus. *Ascon.*

*Non id tempus?*] Quod invidiosum senatu est. *Idem.*

*Non id consilium?*] Quod ex optimis viris lectum tale est, ut si quid in ipso culpæ fnerit, sperari melius ex senatu non possit. *Idem.*

*Ne actor quidem?*] Tullius scilicet, in quo omnia ad vincendum parata. *Idem.*

§ 11 *Ad aliud judicium?*] Populi scilicet et equitum Romanorum. *Idem.*

*Alieno nomine a quaestoribus urbanis?*] Quæstores urbani ærarium curabant, ejusque pecunias expensas et acceptas in tabulas publicas referre consueverant. ‘Alieno’ autem ‘nomine’ dicit, Carbonis nomine, et exercitus ejus; nam consulis et militum ejus nomine pecunias ex æario sumptas avertit, conversus ad Syllam bellis civilibus: vel ‘alieno nomine,’ ad frumenti emptionem, quod Siculis non persolvit. *Idem.*

*Aliquot nominibus?*] ‘Nomen’ pro debitore poni tritum est. Quis ignorat illud Columellæ, ‘bona nomina non appellando fieri mala?’ Dicit igitur, nonnullis decumanis, qui debabant reipublicæ de capite frumenti decumani seu de summa quam debabant populo Romano iure pactio- nis, tantum detraxit, et in privatos usus convertit, quantum ei placuit. *Græv.*

*De capite?*] Hoc in Sicilia fecit grati osns in decumanos, ut frumentum in auctione promissum ab decumanis, usibus populi Romani, (cum illi freti

Verris gratia licerentur quamplurimo) de summa detraxit, minusque eo inferre passus sit annonæ populo Romano: quod illicitum probatur multis documentis. *Ascon.*

*M. Marcelli et P. Africani monumen ta?*] Signa concessa et reportata Siculis a M. Marcello et Scipione Africano: nam Marcellus donavit, quæ victis Siculis ademerant Pœni. *Idem.*

CAP. V. § 12 *Meditetur de ducibus hostiis?*] Hic crimen de suppliciis esse cognoscitur; in hoc enim libro hæc latius explicantur. *Idem.*

*Quos in eorum locum subditos?*] Cap- tis prædonum ducibus, Verres illos quidem remisit accepto præmio: pro illis autem mercatores innocentissimos partim trucidavit; partim domi suæ privatim reservavit, quod dice- ret timuisse se, ne sibi criminis daretur, eos ipsos a se pecunia liberatos esse. *Idem.*

*Usque dum per me licuerit?*] Quantum in ipso fuerit. An hoc? Domi suæ privatus, quod est majestatis crimen, hostes publicos habere non dubitavit; sed finem fecit hujus audaciæ me cogente, qui institi ut de ejus domo in publicam custodiam ducerentur. *Idem.*

*Quo me jampridem vocat populus Ro manus?*] Se dicit, quia ædilis est fac- tus, ut defendat libertatem pop. Rom. *Idem.*

§ 13 *Qui cognitores homines?*] Hoc genus defensoris in iure ‘cognitor’ dicitur, maxime cum de alieni status agitur. Ipse alibi, ‘cognitorem juris sni.’ *Idem.* Cognitores hoc loco eosdem videtur existimare dici Asconius, qui in Divinat. enm inquit, ‘cognitorem juris sni.’ Ego cognitores simpliciter eos intelligo, quibus eorum, qui capiebantur, status et con ditio nota esset, id est, qui testificari possent eos non esse speculatores. Itaque in lib. v. Accus. ubi hæc ea dem ipsa narrantur, ‘Homines,’ in-

quit, 'tenues obscuru loco nati navingant: adeunt ad ea loca, quæ nūnquam antea viderant; ubi neque noti esse iis quo venerant, neque semper cum cognitoribus esse possunt.' Et paulo post: 'Clansum habuisse, dum Panormio Pretius veniret? cognosceret hominem: aliquid de summo supplicio remitteres: si ignoraret, tum hoc juris in omnes constitueres, ut qui neque tibi notus esset, neque cognitorem locupletem daret, quamvis civis Romanus esset, in crucem tolleretur.' Hos γνωστῆς Græci appellant. *Hotom.* Nimurum cognitores sunt, qui homini, si res exigebat, testimonium dabant de ejus statu, se illum nosse: Senecæ 'notores.' *Græv.*

§ 14 *Quinque et triginta]* Ac per has totus populus Romanus. Tribus principio tres fuerunt; Tatiensis una, a Tatio rege; Ramnensis altera, a Romulo; Lunceres altera, a Lucomone, sive Lucretino, sive a Luco, quem lucum Asylum vocaverat Romulus. Post de nominibus Sabinarum plures factæ, quibus deprecaticribus parentum bellum maritorumque finitum est. Ad postremum triginta et quinque factæ. Obtinnerunt autem nomen aut a tributo dando, aut quia primo tres fuerunt; unde etiam tribuni dicti. *Ascon.*

*Religionem]* Quia jurati testes dicebant. *Idem.*

*Latumiis]* Latumiæ, carcer Syracusis. Latoniæ autem lingua Siculorum lapidicinæ dicuntur, id est, loca cæsis lapidibus exsecta. *Idem.* Legendum *lautumiis*; quod et ab aliis observatum: hinc ille jocus apud Senecam, ex allusione nescio cuius rhetoris: 'Nam,' inquit, 'si quid credis, lautumiæ istæ minime lauta res est.' *Menardus.* Scribitur et *Latomiaæ*. Vide *Fabri Thesaurum.*

*De loco superiore]* De rostris, quippe qui ædilis sum factus. *Ascon.*

*Munus ædilitatis]* Notata est a ve-

teribus grammaticis amphibologia, in qua jocus latet salsissimus: ædiles enim munus edebant, id est, ludis exhibebant ferarum peregrinarum diversa genera, populo gratiosissimum spectaculum. Ædilis Cicero exhibebit Verrem notissimam feram. *Menard.*

CAP. VI. § 15 *Quo in numero e verbis complurcs fuerunt]* Alia enim sortitione nunc sedent; alia in Divinatione constituendi accusatoris fuit. *Ascon.*

*Inimicitias justas]* Ad aliud argumentum victoriam suam interpretatus, simpliciter fatetur quod in Divinatione expugnaverat, non idoneam fuisse causam accusandi Verris Cæcilio commentitiam simultatem. An justas inimicitias magnas dicit? E contrario Virgilins, 'Injusto sub fasce viam dum carpit.' *Idem.*

*Cum id postularet]* Bene addidit, quia in Divinatione hujuscœ rei mentio facta non erat. *Idem.*

§ 16 *Vim in inquirendo tantam habui]* Dicit plura crimina inveniri potuisse, quam inventa sunt, si vellet Tullius non ad legem repetundarum inquisitionem facere, sed ad universa quæ commiserat Verres: nam certe quantum abstulerit ex Sicilia Verres, non quantum flagitii commiserit, dicere accusatorem causa compellit. *Idem.*

§ 17 *Ne quis de mea fide]* Et Verris pecuniosi rapinis invidiosum; et apud judices plurimum valet: ut non sine causa de constantia Cicero dubitare videatur. Et valet ad suspicionem magnopere; immo opinionem, vel potius fidem redempti Hortensii, et fautorum Verris ad defensionem ejus; quo se quoque e suspicione hominum non exceptit Tullius. *Idem.*

CAP. VII. *Scibam, in rejiciendis judicibus]* Multi, inquit, ita subtilest fuenterunt prævaricatores, ut in tota actione fideles actores esse viderentur; qui tamen non effugerunt suspiciones

hominum, cum in rejiciendis judicibus versarentur. Rejiciens enim malos, et retinens bonos, verus accusator intelligitur. Qui vero contra facit, ut sit impedimento cæteris, etsi rem astu tegat, facile tamen de hoc intelligitur quod prævaricator existat. *Et est bona occasio cum causa laudandi judices oratoris.* [Legitur in MSS. *Et est bona accusatio, cum causa laudandi judices oritur.* Græv.] Ascon.

§ 18 *Post hunc statum reipublicæ quo nunc utimur]* Qui est per 10. annos, ex quo Sylla vicit, ex quo judicatur senatus. Ascon.

*Quam iste laudem]* Vitat argumentum, quod ipse Rhetoricorum primo reprehendit, et commune appellavit. Idem.

*Qui cum P. Galbam judicem rejecisset]* Bonum. Idem.

*M. Lucretium retinuit]* Malum scilicet. Sed tamen scire vos convenit, hunc Lucretium a Cicer. esse rejectum: neque enim presentem jndicem vituperare fas fuit. Idem.

*Rejici passus esset]* Ac per hoc rejicisset ipse. Idem.

§ 19 *Contra honorem meum nihil posse]* Quia non sum ædilitate dejec-tus. Idem.

§ 20 *Deinde reliquis diebus]* Apparet, multis diebus prima actione accusatum productis testibus Verrem.

CAP. VIII. § 21 *Non enim spolia C. Verris]* Ut quadruplator, qui de condemnati bonis ipse aliquid sumam. Ascon.

*Sed existimationem]* Ut bonus civis existimarer. Idem.

*Cum causa]* Cui rei contrarium est, sine causa. Idem. Etenim neque adolescentes, qui aut exercendi sui, aut ostentandæ eloquentiæ causa; neque quadruplatores, qui lucri cupiditate adducti accusant; causam habent idoneam cur boni cives ob accusacionem existimentur. Hotom.

*Reipublicæ consulere]* Subaudiens-

dum est ad omnia, ‘meum fuit.’ Ascon.

*Abstulerit]* Pro certo habuerit, persuasum sibi crediderit. Idem.

§ 22 *Quanto periculo venturi simus ad eos judices]* Vult intelligi, metendum esse senatui, ne equites Romani judicent; quos non solum pro integris, sed etiam pro inimicis nobilitatis vult populus Romanus judices esse. Idem.

§ 23 *A porta subito retraxisset]* Hoc comminiscitur Cicero, ut credamus veram fuisse secundam actionem; quæ secundum veram gestorum fidem non dicta, sed scripta est. Idem.

*Non sine causa]* Corruptis judicibus scilicet. Idem.

CAP. IX. § 24 *Nunc, ne novo querimoniae genere]* Astutia Ciceronis fuit, utendo testibus; ut nihil reliqui esset Hortensio, nisi ut eos interro-gare posset. Dicendi autem facultatem nullam ei dedit, nihil ipse dicendo: etenim metnebat, ne si locum dicendi invenisset Hortensius, brevitatem temporis longa oratione con-sumeret: ut secunda actio ad alios judices, qui corrumpi possent, aliisque prætorem post Kal. Jan. perve-niret, consulibus futuris se et Metello, fautoribus Verris. Hæc ita sunt, quemadmodum dicimus; sed Ci-cero sic proponit querelam Horten-sii, ut et injesta et ridicula esse vi-deatur. Et est ordo: Nunc ne novo querimoniae genere uti possit Horten-sius, morem illi geram. Idem.

§ 25 *Hic tu fortasse eris diligens]* Apostropha ad ipsum Hortensium; qua ostendit, non posse se cogi uti oratione perpetua, et omnibus horis suis, si nolit uti. Et mire horis dixit, cum dies sint plurimi; ut ostendat nimiam diligentiam, et eas horas dicentis dictione esse complendas. Veteres præterea horas generaliter dicebant more Græcorum. Idem.

*Quod mihi lex mea causa dedit]* De commodo proprio licet unicuique de-

trahere, præsertim cum inde adver-  
sario nihil possit esse incommodi.  
*Idem.*

*Ea re quidem]* Ut quæstionem pro-  
positam infirmaret causam propositionis  
affinxit, quæ sibi solutionem propositi,  
quam volebat, afferret. *Idem.*

§ 26 *Adimo enim comperendinatum]*  
'Comperendinatum' pro comperen-  
dinatione posuit. Et est sensus:  
Ausero vobis molestiam bis dicendi.  
Sed quid? dices utile esse bis dicere?  
et mihi ego denego hanc utilitatem:  
in qua re, cur me accuses, non habes.  
Aut enim comperendinatio propter  
me magis, quam propter te, est in-  
stituta; aut non magis propter te,  
quam propter me. Si enim num-  
erum dicendi consideres, ex æquo res  
est: si ordinem, ego sum prior et ul-  
timus. Nam simul accusator dixerit,  
respondet prima actione defensor:  
et rursum comperendinato judicio  
dicit prior defensor, et defensionem  
tanquam duplicem in medio positam  
obruit ultimus accusator. *Idem.*

*Glaucia primus tulit]* Ante legem  
Glauciam de comperendinatione, aut  
statim sententia dicebatur, si absolvendus  
esset rens; aut 'Amplius'  
pronuntiabatur, si videretur esse  
damnandus, cum dixissent judices,  
'Non liquet,' hoc est, obscura causa  
est. Itaque ea pars interposita di-  
latione fuit, in cuius peroratione  
videbatur obscuritas. Comperendi-  
natio vero utrinque partis recitatio  
est. Alii sic adnotant: Comperen-  
dinatio est secunda actio. Item com-  
perendinatio est ab utrisque litiga-  
toribus invicem sibi denuntiatio in  
perendinum diem: namque cum in  
rem aliquam agerent litigatores, et  
pœna se sacramenti peterent, posce-  
bant judicem; qui dabatur post trige-  
simum diem: quo dato, deinde inter-  
se in perendinum diem, ut ad iudici-  
um venirent, denuntiabant. Quo cum  
esset ventum, antequam causa agere-

tur, quasi per indicem rem expone-  
bant; quod ipsum dicebatur 'causæ  
conjectio,' quasi causæ suæ in breve  
coactio. Alii sic: Inter comperendi-  
nationem et ampliationem hoc inter-  
est, quod comperendinatio ex una  
tantum re dabatur, cum causam ju-  
dex non intelligeret: et omnino, si  
videbatur iudicibus bona causa, ab-  
solvabant reum; si mala, non statim  
damnabant, sed hac excusatione par-  
cebant. Nam cum condemnandi nota  
esset C littera, absolvendi A, ampli-  
andi signum N L dabant, quo signifi-  
cabant Non liquere: unde ampliatio  
nascebatur. *Idem.*

*Judicari]* Dici sententia absolutio-  
nis. Hoc significat id, quod sequitur.  
*Idem.*

*Cito absolvī]* Judicari. *Idem.*

*Tarde condemnari]* Ampliari. *Idem.*

*Aciliam legem]* Acilii Glabronis,  
patris hujusce prætoris, de quo etiam  
supra dixit: quæ lex neque compe-  
rendinationem neque ampliationem  
habet. *Idem.*

*Mittam in consilium]* Id est, pero-  
rabo: nam mittere judges in consi-  
lium, est dimittere judges ad sen-  
tentiam dicendam, ubi allegatis om-  
nibus argumentis, orator dixerit,  
Dixi. *Idem.*

CAP. X. § 27 *In hoc quidem gene-  
re causarum]* Conjecturali scilicet.  
*Idem.*

*Sestertium quadringenties]* In Divi-  
natione, 'millies' dixit: sed cur ita  
variaverit fidem summæ, jam in su-  
perioribus diximus. *Idem.*

*Calumniatores ex sinu suo apposuit]*  
Subornavit suos amicos et familiares,  
qui illum accusarent. 'Ex sinu suo'  
est ex suis familiaribus et amicis. Sic  
II. in Catil. 'de sinu et complexu  
Catilinæ,' dicit intimos ejus amicos.  
'Apponere' vero est subornare, ut  
alibi dixit, 'Apponere licitatem.'  
*Græv.*

§ 28 *Nomina sua exegisse]* Tituli  
debitorum, nomina dicuntur, præser-

tim in iis debitibus in quibus hominum nomina scripta sunt, quibus pecuniae commodatae sunt. Cui rei contrarium est, mutuas accepisse. Ergo nomina, debita, vel debitores. *Ascon.*

*Hæc eadem se audisse dicerent.] Apud antiquos et de auditione testimonium dicebatur. Idem.*

**CAP. XI.** § 29 *Ut in testibus interrogandis]* Tenere debemus, interrogationes testium et accusatoris et defensoris esse, et ejus qui producit, et ejus contra quem producuntur. *Idem.*

*Sed etiam populus Rom.] Qui circum subsellia coronam fecit. Idem.*

§ 30 *Interposuistis accusatorem]* Qui iste sit accusator, vel quem accuset, in priore libro jam notavimus. Quod autem dicit, menses mihi tres cum eripuissetis, hoc dicit: 110. dies inquirendi in Sicilia postulavi: consequens erat, ut, etiamsi quinquagesimo die rediisset, ut redii, statim accusarem: quod ne possem facere, interposuistis accusatorem quendam cuiusdam ex Achaea rei, qui sibi 108. peteret: ita factum est, ut, quamvis ego festinato rediisset, ille adhuc proficisceretur, non potuerim tamen agere, donec complerentur illo absente 108. dies. Sic enim erat a prætore legibus ordinatum, ut, si intra 108. dies ille inquisitor Achaicus advenisset, priore loco ageret: ita factum est, ut prope tres menses sine litorum impedimento ad agendum appositos, sine causa Tullius amiserit adversariorum dolo: 108. dies plus quam tres menses sunt. *Idem.*

*Ut, cum horis nostris]* Viginti diebus scilicet; hi enim dabantur ad accusandum legitimi, totidemque defensori ad respondendum. *Idem.*

§ 31 *Ne, quem nemo prima actione defendere ausus esset]* Testes tabulæ que facti dari solent; itaque ab accusatore dantur: non facti non dantur testes; ergo nihil prosunt a parte

defensoris. Quid ergo facit pro defensore? Oratio scilicet, ejus protestatem Hortensius non habuit tante accusatore: non ergo defendere Verrem non ausus est, sed, quia non poterat ut volebat, in totum prætermisit Hortensius. *Idem.*

*Si quam diem, qui istum eripendum redemerunt]* Fingit Tullius pervenisse ad se pactionem eorum qui in se suscepérant procurationem corruptorū judicū, et liberandi Verris; quos ita in cavendo scripsisse dicit, pro eo se promittere corrupturos esse judicium, si post Kal. Jan. de Verre judicarent. *Idem.*

*In eam diem]* Nam ego essem stultus, inquit, si quam diem illi in promittendo elegerant, ego in accusando non effugissem, præsertim cum possem effugere, si imprudens non essem.

§ 32 *Nunc mihi temporis ejus, quod mihi ad dicendum datur]* Alii fecerunt hoc dies 20. alii plures. *Idem.*

**CAP. XII.** Aut ex isto, quem sui simillimum produxit] Reprehendunt homines stultissimi Tullium, quod in filio Verris innoxiam lædat atatem, ignorantes illum accusatoria arte providere, ne in epilogis productus ab Hortensio conciliet misericordiam judicium patri. *Idem.*

§ 33 *Lenonum, aleatorum, perductorum]* Lenones sunt scortorum; perductores etiam invitatarum personarum, et in quibus supra exercita legibus vindicantur. *Idem.*

§ 34 *Quæstor Cn. Papirio consule fuisti]* Uno nomine Cn. Papirii Carbonis, et tempus criminis significavit, et crimen; legitur tamen et consuli. *Idem.*

**CAP. XIII.** *Obtigit sibi consularis]* Provincia, subanditur. *Idem.*

*Dissensio civium]* Leviter dixit bellum civile gravissimum Syllæ cum Marianis. *Idem.*

*Quid sentire debueris]* Cum quibus facere. *Idem.*

*Ac sorte]* Potuisti enim, et debuisti, si nolles, repudiare illam sortem, aut susceptam tueri. *Idem.*

*Pecunia attributa]* Quæ in stipendium militum de ærario a tribunis ærariis adnumerari quæstori solet: ergo Verri adnumerata intelligitur. *Id.*

§ 35 *Voluntatis assensionisque illorum]* Syllanorum scilicet. *Idem.*

*Compilarit]* Pilos pervellerit: sic fraudaverit furto, ut ne pilos quidem in corpore spoliatis reliquerit. *Idem.*

*Ad nobilitatem, hoc est ad snos]* Totum hoc per ironiam dicitur in Verrem, et Verris defensores. *Idem.*

CAP. XIV. § 36 *Accepi, inquit]* Referri ad ærarium ratio solet pecuniae publicæ a quæstoribus. Verres igitur retrulit, sed Tullius hoc reprehendit, primo falsam hanc brevem relationem esse, deinde idcirco acceptam, quia proditor Carbonis favorem sibi apud Syllam comparaverat: nam paucis verbis, quid acceperat, quid reliquerat, dixit. *Idem.*

*Dedi stipendio, frumento, legatis]* Hæc omnia nomina sunt erogationum: quibus aut stipendum militibus dedisse se, dicit Verres; aut frumentum coëmisso in annonam exercitus; aut legatis, et proquæstori in sumptum dedisse: eis enim alimenta de publico dabantur. *Idem.*

*Pro quæstore]* Id est, pro officio quæstorio; significat autem quæstoris annonas: sibi imputat pecunias publicas datas Verres. *Accepi, inquit,* vicies ducenta triginta quinque millia, quadringentos decem et septem nummos. *Idem.* *Vulgati, pro quæstoribus;* sed Asconii lectionem meliorem judico; quod ubi quæstor esset, ibi proquæstoribus opus non erat. *Hoc om.*

*Cohorti prætoriæ]* Comitibus consularibus: veteres enim omnem magistratum, cui pareret exercitus, prætorem appellaverunt: unde et prætorium tabernaculum ejus dicitur, et in castris porta prætoria, et

hodie quoque præfectus prætorio. *Ascon.*

*Reliqui Arimini sexcenta millia]* Hæc summa cum ratione consentit. *Idem.*

*Hoc modo aut tu, Hortensi, aut ego]* Ambo enim quæstores fuerant. *Idem.*

*Quæ ne falso quidem potuit]* Non enim verisimile est, tantæ pecuniae rationem duobus versiculis confici potuisse. *Idem.*

*Oppidum sibi elegit Ariminum]* Hoc oppidum Albinovanus Syllæ prodiderat, dux ipse Marianus. *Idem.*

§ 37 *Res rationum relatarum]* Sunt relatæ rationes. Nihil hac circumscriptione tritus apud Græcos æque ac Latinos; ut 'res voluptatum' apud Plautum. *Grav.*

*Non ut honos et dignitas]* Pro nobilitate pugnante Sylla contra Marianos; hac enim de causa se transfugisse aiebat Verres, ut dignitas et salus nobilitati restitueretur. *Ascon.*

*Idem fecisses, quod anno post M. Piso]* Exemplo urget Verrem, ut ostendat quid facere potuisset, nisi furum pararet. *Idem.*

CAP. XV. § 38 *Beneventi esse ius sit]* Beneventani plerique Syllani erant. *Idem.*

§ 39 *Non modo non existit]* Emergit, exoritur, exurgit. *Idem.*

§ 41 *Malleolo occiso]* Oratorie pro mortuo occisum dixit. *Idem.*

*Quæ in istum valebant crimina]* Apertius hoc postea picturus est Tullius: etenim accusator Dolabellæ volens indice Verre uti contra Dolabellam, librum criminum omnium Verris et Dolabellæ Verri ostendit, et promisit hæc se criminia non objecturum, si sibi Verres et cansam omnem Dolabellæ proderet, et testimonium adversus eum diceret: quare Verres Dolabellam, cui legatus et pro quæstore fuerat, oppugnare compulsa est. Inimicos autem accusatoresque Dolabellæ, Cæsarem dicit: nam Scaurus Dolabel-

lam alium accusavit, nec dampnare potuit. *Idem.*

*Miser cum esset]* Misérum pro innocentे Tullius ponit. Sic alibi: ‘Et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed misérum, me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint.’ *Idem.*

*CAP. XVI. § 42 Brevitate orationis]* Nam tanto major fides acquiritur nostris criminacionibus, quanto vide-mur, tragœdia prætermissa, veluti nuda propositione esse contenti. Velim tamen et in hac brevitate perspicias, non abesse Ciceronis studium τῆς αὐξήσεως. Idem egit ut quamvis proponeret, tamen acerbitatē mali facinoris extolleret. Ignem parum erat dixisse: subjecit ‘ex lignis viridibns,’ quod est intolerabilius; addidit etiam ‘humidis,’ quo spiritus magis magisque augeri solet; superposuit ‘in loco angusto,’ ubi densior fumus animas baurientes urgeret. Post hæc deinde intulit: ‘Hominem ingenuum, domi nobilem, populi Rom. socium atque amicūm, fumo excruciatum semivīvn reliquit.’ Toton si gradatim consideres, αὐξητικὸν est. Et nihilominus visus est tantum proposuisse, non et exaggerasse, cum robustius non potuerit augere. Ita si rem species, magna copia est; si verba numeres, summa brevitas. *Anonymous*, cuius primum scholia in līcem prodierunt opera Jac. Gronovii.

*§ 43 Ex communi calamitate]* Ex Syllanis temporibus scilicet. Defensionem de Sylla exclusit, ne liceret illi dicere, Sylla mihi jussit, Sylla hoc fecit. *Ascon.*

*Circumscripto]* Sublato, circumducto, ac prætermisso: alias decepto significat. *Idem.*

*§ 44 Posteaquam Cn. Dolabellæ ]* Ἀνακεφαλαιώσις de Dolabella; nam supra de ejus damnatione dicebat. *Idem.*

*CAP. XVII. § 45 Est aliis mihi locus]* De signis scilicet. An peculatus, si hinc evaserit Verres? *Idem.*

*Aestimatum]* Imposito pretio exactum, secundum legem repetundarum. *Idem.*

*CAP. XVIII. § 46 Ita magni fluctus ejiciebantur]* Extra fines litoris exhibant. *Idem.*

*§ 48 Temporibus exactis]* Mensibus exactis. *Idem.*

*Sacra putatur]* Sic Virgilius, ‘Sacra mari colitur medio.’ Elegerunt potius ‘sacra’ dicere, quam id quod in consuetudine est, ‘sacrata.’ *Idem.*

*Ut ne Persæ quidem]* Cyro, Dario, Xerxes duce. *Idem.*

*Diis hominibusque]* Quia non solum hostes erant, utpote barbari, verum etiam more gentis sua nulla Diis in terris templa condenda esse credebant, præsertim cum uni soli, quem venerarentur, vix mundus ipse sufficeret. Erant ergo et ædium sacrarum et simulacrorum eversores. *Idem.*

*CAP. XIX. § 49 Equos, muneraque]* Quærendum cur equos e cæteris muneribus separavit? an, quia Asiāni magno pretio aestimant equos? *Idem.*

*Quem quondam in comitio vidistis?* Licebat enim mutua hæc signa deportare Romanam ædilibus, ad ornatum ludorum, et rursum sociis reportare: nec hoc crimen distulit in orationem, quæ est de Signis; quia specialiter crimen et breve est, nec habet quod adjici possit. *Idem.*

*§ 50 Junonis Samiæ]* Hinc Virgil. ‘Posthabita colnisse Samo.’ *Idem.*

*Non ad prætorem, sed Romanam deferrī oportere]* Atqui legimus, de Oppio et de Procilio, non apud populum Romanum depositas esse querelas, sed apud eos sub quibus agebant aut quæsturam aut legationem. Legatis autem Verres non Neronis, sed Dolabellæ erat. *Idem.*

*Cum obsignandi gratia venisset* ]

Moris fuit, ut accusator obsignaret domum, et clausa omnia ejus, quem accusatur erat, ne qua furtorum indicia aut in vasis, aut in signis, aut in litteris constituta, ab eo removentur. *Idem.*

§ 51 *Ad omnes columnas]* Locus intercolumnum dicitur. *Idem.*

*In sylva]* In viridario. *Idem.*

*Sub dio]* Id est, sub cælo. Cælum Græci τὸν οὐρανόν dicunt: sed ita declinatur: hoc dium, hujus dñi, huic dio, hoc dium, o dium, ab hoc dio. *Idem.*

*Quamdiu alium prætorem]* Metellum scilicet, cum judicibus, quos in horum locum, quemadmodum supra dixit, subsortitum se Verres esse credebat. *Idem.*

*Nostris testibus, quam horis]* Usus est enim prima actione Cicero magis testibus suis, quam temporibus, id est, sibi ad dicendum lege datis. *Idem.*

‘Uti tuis horis’ perinde interpretor, quasi dixisset ‘tibi comodis,’ vel, tempore tuis rationibus accommodato et apposito: ut sit, Posteaquam vidisti nos tantum nolle in accusando temporis consumere, quantum tibi commodum fuisset. *Hotom.*

CAP. XX. § 52 *Quæsitorem]* Legitur et *quæstorem*. Si *quæsitorem*, illum ipsum Glabronem, cuius cura est, ut sociis omnia rapta reddantur; si *quæstorem*, eum ad quem rediguntur pecuniae ex proscripti bonis, et a quo sociis adnumerantur. Sectorem autem dicit *æstimatorem* redemptoremque bonorum damnati atque proscripti, qui spem sectans lucris, id est, secutus spem *æstimatio*nis suæ, bona omnia auctione vendit, et semel infert pecuniam ex ærario, vel sociis. Contra hos igitur jam pugnat Verres, inquit Tullius, subtrahens omnia signa, non contra me, qui illum, etiam subtractis signis, testimonii tamen possum convincere. *Ascon.*

§ 53 *Trierarchus]* Navi triremi præ-

positus. ‘Triremis’ ternos remorum ordines habet: ita et ‘biremis,’ et ‘quadriremis,’ et deinceps dicuntur. *Idem.*

[*Quem omnia intus canere dicebant]* Cum canunt citharistæ, utriusque manus funguntur officio. Dextra plectro utitur, et hoc est foris canere; sinistra digitis chordas carpit, et hoc est intus canere. Difficile autem, quod Aspendius citharista faciebat, ut non uteretur cantu utraque manu, sed omnia, id est, universam canticem, intus et sinistra tantum manu complectere. Unde omnes quotquot fures erant, a Græcis ‘Aspendii citharistæ’ in proverbio dicebantur, quod, ut ille carminis, ita isti furtorum occultatores erant. Valet hoc proverbium et in eos qui multum intestinis suis comodiis consulunt præter honestatem. *Idem.*

*Artificio superasse]* Ut interius positus esset, qui intus cantare consueverat. *Idem.*

§ 54 *Pergæ funum antiquissimum]* Apparet oppidum Pergam vocari, cuius nominativus casus Perga est: ergo adverbium loci Pergæ. Funum, religiosissimum templum, unde fata petuntur.

CAP. XXI. § 55 *Quid de L. Scipione]* De quo cum senatus ambigeret, utrum idoneus esset, qui in Assiam contra Autiochum mitteretur, P. Scipio Africanus, frater ejus, legatum se obtulit ad id bellum gerendum, et victoriam reportavit. *Idem.*

*Quid de L. Mummo]* Legatorum populi Romani violatorum causa bellum adversus Corinthum Græcam urbem gessit populus Romanus, eamque delevit duce Memmio. Cur autem Græcorum triumphorum ponit exempla? quia de signis loquitur, quorum copia apud Græcos est constituta. *Idem.*

§ 56 *Omnes erant ejusmodi]* Boni scilicet. *Idem.*

*P. Servilius]* Bona occasio promerendi judicis cum obtestatione conjuncta: hic enim bellum in Cilicia gessit, deque ea triumphavit, captis Coryco, Olympo, Phaselide, tribus magnis ejus terræ urbibus. *Idem.*

*Olympum]* Id nomen bis restituo Ciceroni, fide Strabonis Geogr. lib. xiv. pro quo Lambinus, Manutius, aliquique malnernerunt *Olynthum*. Gruter. In eo quidem numero non est Hoto manus, qui enim ipsum Strabonis, indicatum a Gruterio, locum descripsit. Abundantibus otio multa de his rebus disseret Henr. Noris. in *Cenotaphi. Pisan. Dissert. II. cap. 11. Oliv.*

*Legatus quæstorius]* Legatum ex quæstore agens. *Ascon.*

§ 57 *Per triumphum vexit]* Ferculis enim signa ante triumphantem vehi per pompam solebant. *Idem.*

*Ad ærarium perscribenda]* Hæc fuit veterum diligentia, ut, quod quisque de subjugata provincia per triumphum apportasset, perscriptum in tabulis in ærario reponendis conservaretur. *Idem.*

*Figuram, statum]* Figura est circa gestum situmque membrorum; status circa ornatum et habitum vestis, insignium, et armorum. *Idem.*

*Certe major est]* Non, video quid apportet hic sensus: nihil enim mirum, diligentiores esse Servilium, quam Verrem, si ita est. Nisi forte, quod ait ‘certe major est,’ sic accipiamus, quasi dicat, Vere major est: et quod subjunxit, argumentum sit, virtutis, quam voluntatis, majorem esse fructum. *Idem.*

CAP. XXII. § 58 *Dices, tua quoque signa]* Oratoria πλάσται hanc sibi obiecit quæstionem, quæ genus confessionis in se habet: nam ædili atque prætori Hortensio, et item Metellis, rapta ex provinciis signa ad ornandum forum et comitium commoda verat Verres. Olim enim, cum in foro ludi populo darentur, signis ac

tabulis pictis, partim ab amicis, partim e Græcia commodatis, utebantur ad scenæ speciem, quia adhuc theatra non fuerant. *Idem.*

*Comitium]* Locus propter senatum, quo coire equitibus et populo Romano licet. *Idem.*

*Qui se judiciorum dominos]* Hortensium cæterosque nobiles. *Idem.*

§ 59 *Ex Asia atque Achaia]* Unde fuerant ista signa per furtum sublata. *Idem.*

§ 60 *Non arbitror illum negaturum]* Nam solebant magistratibus commodari reddenda. *Idem.*

*Quoniam quidam cum imperio ac securibus]* Εἰπωνεῖα μετὰ συγχωρήσεως. Cum imperio ac securibus, bene: quia licet negotiari equitibus et privatis. *Idem.*

CAP. XXIII. *Habeo et ipsius, et patris ejus accepti tabulas]* Id est, acceptarum pecuniarum. Legitur et ab eo, et accepi. Moris autem fuit, unumquemque domesticam rationem sibi totius vitæ suæ per dies singulos scribere, ex quo appareret quid quisque de redditibus suis, quid de arte, fœnore, lucro se posuisset quoque die, et quid item sumptus damnive fecisset. Sed postquam obsignandis litteris reorum ex suis quisque tabulis damnari cœpit, ad nostram memoriam tota hæc vetus consuetudo cessavit. Dicit igitur Tullius, habere se et patris ejus tabulas, quoad vixit, et ipsius Verris, quoad confessisse dixit: ex quibus proditur, quam multæ tabulæ pictæ, quot signa apud eum, nulla emptionis origine, furto capta noscantur. Remoraturque in eo, quod se dicat Verres non ex aliquo tempore cœpisse litteras domesticæ rationis facere, sed ex aliquo tempore destitisse: quod factum nullo exemplo defendi potest. *Idem.*

*De M. Antonio]* Hic est M. Antonius dissolntissimus curator totius oræ maritimæ, Cretæ mortuus: de quo ipse dicet, ‘et post M. Antonii

infinity illud imperium senserant; et quem Sallustius ait perdeudæ pecuniae genitum, et vacuum a curis nisi instantibus. *Idem.* M. Autoniu[m] oratorem non existimatum esse tabulas confidere, scribit in ipsis persona Cicero de Orat. II. 23. De alio tamen Antonio locum Asconius interpretatur. *Hoc om.*

*Est aliqua etiam hujusce rei ratio]* Vel mala, vel bona. Dicit ergo, etsi non bonam, appetet tamen esse aliquam rationem. Aut ipse hoc dicit: *Bona ratio nunquam scribendi, iudicium perseverans de tabulis non conficiendis: aliquando cœpisse, correctio erroris in melius: destitisse cum cœperis, mala ratio: est enim inconstantia et mutatio quædam in deteriorius.* *Ascon.*

*Usque ad M. Terentium et C. Cassium consules]* Ab horum consulatu videtur tabulas Verres rationum suarum destitisse consignare; quamvis a præsenti tempore non longe abest. *Idem.*

*§ 61 Alio loco, cuiusmodi sit, considerabimus]* Scilicet ad tegenda furtæ pertinet ista prætermissio rationum, ne conscriptis iis quæ habuit, et iis quæ nunc habet, extraordinaria rerum possessio cerneretur. *Idem.*

*Atque utinam neges]* Cum enim confiteris, etsi improbe, videris tamen aliquid dicere, cum dicis, Emi, non rapui. Si autem negaveris, et convinceris, et hujusmodi defensione nudaberis. *Idem.*

*Impluvium]* Locus sine tecto in ædibus, quo impluere imber in domum possit. *Idem.*

*Quæ sectorem expectant]* Repetundarum causa ita se habet, ut si convictus rens sit, atque damnatus, pecuniam redditat æstimata lite; hoc est, in premium redactis omnibus furfis: quam summam pecuniae proscriptis ejus bonis sectores curabant. Sectores autem dicti sunt, qui spei lucri sui secuti, bona condemnato-

rum semel auctionabantur, proque iis pecunias pensitabant singulis; ac postea pro compendio suo singulas quasque res pecunia populo venditabant. Sola ergo hæc duo signa dicit apud Verrem reicta, asportatis ad amicos cæteris signis. *Idem.*

*CAP. XXIV. § 62 At, credo]* Transitus ad aliam criminum speciem: non enim hæc, quæ anteacta sunt, sic dicit, tanquam Siciliensis criminæ, propria hujus cognitionis, quæ per singulos libros constat esse divisa, ut de jure dicendo, de re frumentaria, de signis, de suppliciis. *Idem.*

*§ 63 Ad summum Græcorum otium]* Dixit hoc secundum illam sententiam de Græcis habitam, quos otiosos et leves esse consensum est. *Idem.*

*Cum iste a Cn. Dolabella effugitas set]* Ergo non e republica ire coactus est, sed ut mitteretur ambitione perfecit. Nicomedes autem Bithyniæ rex est, Sadala Thraciæ, ambo socii populi Romani. *Idem.*

*Janitorem quandam]* Janitorem cum dixisset, addidit ‘quendam,’ ut ostenderet non appellativum nomen esse, sed proprium. *Idem.*

*Videant]* Si in promptu res. *Idem.*

*Investigent]* Quam non videant: et ideo posterius positum. *Idem.*

*CAP. XXV. § 64 Homo factus istius ad libidines]* In nascendo sors est, in faciendo industria: bene ergo non natum, sed factum dixit: non enim naturam perductores procreare Verri, sed ipsum sibi docendo post eos fingere. *Idem.*

*Ne quid in ipso se offenderit]* Ciceronem ego scripsisse censeo, *Ne quid in ipso offenderit:* delendum omnino rō se: sic enim loqui Cicero solet. Est autem, ne quid commiserit quo Verrem offendisset. *Græv.*

*§ 65 Cum suæ partes essent]* Id est, vicissitudo tangeret. Simil enim ostendere vult, nec suscipiendum sibi esse nunc hospitem, et, cum susci-

piat, condignum solere suscipere.  
*Ascon.*

*Una cupiditate]* Una, vel præcipua; vel vere una. Extra quam non jure, non more, non honestate moveretur.

CAP. XXVI. *Jus suum*] Ne Rubrium pateretur. *Idem.*

*Laborabut]* Bene, quia invitus suscepereat hospitem se indignum. *Idem.*

§ 66 *Quid opus esset*] Ut mulieri scilicet vis afferretur. *Idem.*

*Græco more liberetur*] Grandibus, inquiunt, poculis, et meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis: et hoc putant Græco more potare. Est autem Græcus mos (ut Græci dicunt) συμπιεῦν κναθζουμένους, cum merum cyathis libant, salutantes primo Deos, deinde amicos suos nominatim: nam toties merum bibunt, quoties et Deos et caros suos nominatim vocant. *Idem.*

*Poscunt majoribus*] Sunt, qui producta scilicet o littera poscunt legunt, quasi Sæpe potant. Sed poscunt provocant intelligendum est: ut sit sensus; provocant se invicem. Majoribus autem poculis poscunt a pincerna, id est petunt; ut subaudiatur bibere. *Idem.*

CAP. XXVII. § 68 *Quærunt, quid optimum factu sit*] Adeo non Græca levitate res gestæ sunt, sed agitato consilio defensa libertas. *Idem.*

§ 69 *Levius eorum peccatum*] Magna vi oratoria, etiam parcere peccatum esse dicebant, inquit, quia Verri parcebatur, sed tamen leve, quia legato. *Idem.*

§ 70 *Sic iste multo sceleratior et nequior, quam ille Adrianus*] Cionanis temporibus cum C. Fabius Adrianus, ut alii aiunt, legatus, ut alii putant, pro prætore vel prætor, provinciam obtineret Africam, Uticæ in præforio suo vivus ustus est, quod corrupto servitio civitatis illius de principiun nece conspirasse diceretur. Sed opportune Tullius causam tacet illatæ

necis in Adriano, et inultam mortem ejus ostendit; quem dicit oratorie non in hospitio, sed domi suæ vivum crematum. Et ille, sic dixit, ut de notissimo videretur loqui. *Idem.*

CAP. XXVIII. § 71 *Accensus Neroni*] Accensns nomen est ordinis et promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius: hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt. *Idem.*

*Interpellavit*] Interpellare, est mediam alterius orationem interrumperet, vel actioni se alterius interponere. Apparet ergo Hortensium, quamvis diu multumque tacuerit, Tertium in medio testimonio perstrinxisse, quod diceret Philodamum adeo malam causam habuisse, ut a Cn. Nerone damnatus sit. *Idem.*

§ 72 *Putasse non oportere*] Reprehensio judicati ab ea parte, qua causæ derivatio facit, ne nobis judicata obsint. Non enim causam Verris relevatam esse, sed illos damnatos, quod quoqno modo occisum hominem esse constaret. *Idem.*

CAP. XXIX. *Pertinuit iste*] Mire orator, non Verrem vindicare mortem Cornelii damnatione Philodami, sed crimen suum relevare voluisse. Quorum alterum injuriam passi est, alterum male sibi consci. *Idem.*

§ 73 *Contendit ab eo*] Extorsit ei. *Idem.*

*Togati creditores Græcorum*] Noluit dicere equites Romanos, sed togatos dixit, et creditores Græcorum, ut ostenderet causas gratificationis in Verrem. *Idem.*

§ 74 *Accusator apponitur*] Non dicit accedit, sed a Verre scilicet subornatnr. *Idem.*

*Ex creditoribus Lampsacenorum*] Et hic causa gratiæ in persona ostenditur accusantis. *Idem.*

*Ut de Philodamo amplius pronuntiaretur*] Mos veterum hic fuerat, ut si absolvendus quis esset, statim

absolveretur; si damnandus, statim damnaretur; si causa non esset idonea ad damnationem, absolvi tamen non posset, 'Amplius' pronuntiatur. *Idem.*

CAP. XXX. § 75 *Quid ego nunc in altera actione?*] Hic apparet, etiam in amplificatione sic alteram actionem dici, quemadmodum in comperendinatione. *Idem.*

*Cn. Dolabellæ spiritus]* Plus significat dicendo spiritus, quam si animositatem contentionemve diceret. *Idem.*

*Perpaucis sententiis]* Per nimium paucis sententiis eum dixit damnatum, ut ostenderet vix paucos inventos, qui ad opprimendum eum numerum damnationis implerent post ampliationem. *Idem.*

§ 77 *Idecircone exercitum, atque hostem relinquebas?*] Recte dixit; bellum enim a Dolabella gerebatur in Cilicia. *Idem.*

*Sed etiam spoliatum auxiliis?*] Auxiliis pro auxilio, quæstoris scilicet: aut auxiliis ipsius pecuniae, quæ avertebatur. Sic Virgilius: 'Auxiliuumque viæ veteres tellure recludit Thesauros.' *Idem.*

*Ad inimicos tuos?*] Accusatores, scilicet Scærum.

*Nisi damnato?*] Non posset enim rationes falsas ad ærarium referre Verres, nisi damnato Dolabella, qui redargueret mentientem præsens valeret. *Idem.*

CAP. XXXI. § 78 *Testimonium publicum tuum, quod apud Neronem dixisti?*] Contra Philodamum. *Idem.*

§ 79 *Bellumne populo Romano?*] Sic enim ad Neronem scripsérat Verres. *Idem.*

*Nisi publice satisfactum sit?*] Nisi decreto publico traditi ad pœnam sint culpæ auctores. Satisfacere est enim, tantum facere, quantum satis sit irato ad vindictam. *Idem.*

*Ei civitati bellum indici?* Ut Corinthis, ut Tarentinus. *Idem.*

*Delph. et Var. Clas.*

§ 80 *Lictorem tuum?*] Cornelium scilicet. *Idem.*

CAP. XXXII. § 81 *Legitimum tempus ad ulciscendum?*] An vitio magistratus? accepto enim successore ad magistratum accusari possunt. *Idem.*

CAP. XXXIII. § 83 *Et ais, judicium esse factum?*] Locus reprehensionis contra judicatum, ne prosit Verti, Philodamum esse damnatum. *Idem.*

*In alios contulisse?*] Non in Philodamum. *Idem.*

*Neque in eos quos tu insimularis?*] Dixeris, vel accusaris. Sensus hic est: Et alios, inquit, non Philodamum, accusasti; et ii ipsi, quos accusasti, damnati non sunt. *Idem.*

*Ubi hos persequeris?*] Subauditur, nusquam, ἐν ὑποκρίσει.

§ 84 *Ab accusatore interrogatus?*] Verres scilicet, productus in causa Philodami, et interrogatus. Loqui enim nisi interrogato testi non licebat. Interrogatur autem et ab eo, contra quem productus. *Idem.*

*Cur immuniisti jus legationis?*] Qui potestatem suam in administrando non defenderit, immuniti magistratus, veluti majestatis læsæ, reus est. *Idem.*

§ 85 *Quod his Ephesi?*] Ephesus civitas, in qua Diana numen peculiariter colitur. *Idem.*

*Sed etiam inter hostium tela?*] Invidiōse orator hoc addidit, cum de magistratu dicat; non legato: nam legatorum, in fœderibus faciendis, vel legibus pacis bellique dicendis, sancta corpora jure gentium atque inviolata servantur. *Idem.*

CAP. XXXIV. § 86 *De sua classe?*] Habent enim Milesii præsidariam classem, ex fœdere præbendam populo Romano maritimis necessitatibus. Myoparo navigii nomen est. *Idem.*

§ 87 *L. Magio et L. Phannio?*] Hi transfiguræ facti a Matiano exercitu apud Mithridatem agentes, ab eodem rege ad Sertorium missi erant de pa-

*Cicero.*

9 O O

ciscenda societate belli adversus Romanos; quos in Italia jam positos, et ad Sertorium festinantes, et hostes judicaverat et inquirendos mandaverat senatus. Hi tamen ad ultimum ad Romanos, prodito ex magna parte Mithridate, redierunt. *Idem.*

*Usque a Dianio ad Synopen]* Diana-  
um, Hispania maritima civitas, Si-  
nope Ponti est, ubi rex Mithridates  
erat. *Idem.*

§ 88 *Renuntiationemque ejus]* Quia  
renuntiaverat, navem a Verre L.  
Magio venditam fuisse. *Idem.*

CAP. XXXV. *Non solum illud per-  
scribunt, quod tum prohibiti sunt, sed  
etiam causum adscribunt]* Sensus hic  
est: Non solum prohibitos se scri-  
bunt, sed cur se magistratus ipse pro-  
hibere curaverit, ne, cum oporteret,  
in litteras publicas referrent quod  
gestum esset. *Idem.*

§ 90 *Qui, tametsi Februarium men-  
sem]* Hic est mensis, quo frequens  
senatus postulatis provinciarum, et  
legationibus audiendis datur. *Idem.*

*Et consulum designatorum nomen ex-  
pectant]* Et extimescunt legitur: nam  
nō troppo verbo idem significatur.  
Hortensii autem et Metelli opibus  
dicit legatos Milesios posse terreri,  
ne de myoparone dicant, præsertim  
cum ad beneficia petenda venturi  
sint Februario mense, et in manu sit  
consulum, quando et quemadmodum  
referant ad senatum. Et bene no-  
men consulum dixit, ut potentiam de-  
monstraret eorum, quorum etiam no-  
men formidinem efficit. *Idem.*

*Religione adducti]* Quia jurati tes-  
tes produci solent, non solum ne fal-  
sa dicant, verum etiam ne quæ vera  
sunt taceant. *Idem.*

*Legum domesticarum metu]* Patriæ  
suæ legum, quibus coguntur de in-  
commodis patriæ non tacere. *Idem.*

CAP. XXXVI. *C. Malleolo questore  
Cn. Dolubellæ occiso]* Suspiciose  
verbo usus est oratione: nam non insis-  
tit, ut probet a Verre occisum esse;  
sed ita vult videri, quia Verri mors

ejus lucro fuit. *Idem.*

§ 91 *Alteram tutelæ]* Filii Malleoli  
tutor factus est Verres. *Idem.*

*Sygraphas fecerat]* Inter sygraphas  
et cætera chirographa hoc in-  
terest: quod in cæteris tantum, quæ  
gesta sunt, scribi solent; in sygraphis  
etiam contra fidem veritatis  
pactio venit, et non numerata quo-  
que pecunia, aut non integre nume-  
rata, pro temporaria voluntate homi-  
num scribi solent more institutoque  
Græcorum: et cæteræ tabulæ ab  
una parte servari solent; sygraphæ  
signatæ utriusque manu, utrique par-  
ti servandæ traduntur. *Idem.*

§ 92 *Extrema cera]* Ultima tabula,  
ultima parte tabulæ. *Idem.*

*Nomen infimum]* Ultimum titulum:  
infimum autem, ut appareat falsum  
esse. *Idem.*

*Expensa Chrysogono servo]* Quæruntur,  
cujus servo: Verris scilicet, non  
Malleoli. *Idem.*

*Quadrarin]* Solida facta sint, ut  
neque plus quidquam, neque minus  
inveniatur in summa. Ubi enim ra-  
tio sine fraude est, difficile est sex-  
centa, detractis quadringentis, qua-  
drare, et solidari, vel solidâ fieri,  
quoniam aut minus, aut plus aliquid re-  
periatur. *Idem.*

*Ut illa de Cn. Carbonis pecunia]* Et,  
ibi enim sextenta superfluisse, men-  
titus est. *Idem.*

CAP. XXXVIII. § 95 *Commune Mi-  
lyudum]* Mire, ‘commune,’ rempub-  
licani. *Idem.* Non tam urbs, quam  
regio Mylias intelligitur, quæ ab an-  
gustiis apud Termessum et transitum  
Tauri ad interiora per eas angustias  
extenditur montana regio, usque ad  
Sagulussum, et Apameensium regio-  
nem, ut Strabo ait fine lib. xiii. In-  
colæ in numero Græco apud Golzi-  
um, et a Stephano de Urbibus di-  
cuntur Mîves. *Græv.*

*Frumento imperando, æstimando]* Li-  
cebat enim magistratibus in usus  
suos frumentum accipere, si vellent,  
aut pro frumento pretium; quæ æsti-

matio dicebatur: in qua re avarissimi quique infinitam pecuniam contrahebant, iniquum pretium sociis imperando. *Ascon.*

*Dolabellæ estimatam*] Sub quo hæc quæstor Verres admisit. *Idem.*

§ 96 *Consistam in uno nomine*] Perseverabo, inquit in eodem titulo quæstoriæ criminis. *Idem.*

*Ex eodem genere*] Furtorum scilicet Verris. *Idem.*

§ 97 *In sua potestate ac ditione tenuit*] Obnoxium criminum conscientia, et societate cum reo Dolabella, cui pro quæstore fuerat, et legatus. *Idem.*

*Homo adolescens*] Quia cupidius accusavit, quam graviorem virum decebat et dolosius: sed excusatetur ætate. *Idem.*

§ 98 *Eorum omnium voluntatem repudiari*] Quia non, ut Scaurus, adolescens accuso. *Idem.*

*Non accusatorem maxime laudari volo*] Accusatorium nomen ita viro bono fugiendum est, ut aut dici omnino se accusatorem nolit, aut velit se non satis accusatorem videri. Tale est illud Terentianum, ‘Eia, ne parum lenies.’ *Idem.*

*Rationes ad ærarium*] Quia redargui potuit earum falsitas, si ante damnationem Dolabellæ more quæstorum rationes ad ærarium retulisset: sic enim fiebat simul ut de provinciis quæstores Romanum rediissent. *Idem.*

*Proinde quasi exscribendi*] Etsi occupasset accusator tabulas rei aut amicorum ejus, tamen ad necessarios usus licebat exscribere, id est, exempla transferre. *Idem.*

*Qui nunquam rationes ad ærarium referat*] Hoc ideo, quia nec superioris quæsturæ, quæ cum Carbone fuit, rationes ad ærarium retulisset. *Idem.*

CAP. XXXIX. *Tribus versiculis*] Ait enim, Accepi, dedi, reliqui. *Idem.*

§ 99 *Quæstorem se exspectare*] Bini quæstores in Sicilia quotannis erant singulis prætoribus, Lilybætanus et Syracusanus. *Idem.*

*Omen magis, quam causa*] Omen, auspicium: causa, excusatio. Omen autem ideo dixit, quia ejus exemplum attulit Verres, qui pecuniarum repetundarum damnatus est. *Idem.*

*Nomina*] Tituli et capita criminum. *Idem.*

§ 100 *Quod minus Dolabella*] In hoc capite, ut ostendat falsitatem rationum Verris, dicit, non convenisse summas Dolabellæ cum ipsius summis: in qua re vult credi, non Dolabellam, sed Verrem fuisse mentitum. *Idem.*

*Hinc illæ extraordinariae pecuniæ*] Sordida lucra et furtæ significat: nam eæ sunt, quæ neque de redditibus, neque de annonis, neque de aliqua legitima accessione, ut donationis aut hæreditatis, verbi gratia, videntur adjectæ. *Idem.*

*Hinc ratio cum Q. et Cn. Posthumii Cartis*] Hi sunt qui extraordinarias pecunias Verris tractabant; quæ in tabulis Verris nunquam scriptæ sunt, ne se ipse proderet, ac pecunias tantas suis litteris indicaret. *Idem.*

*Hinc sestertium quaterdecies P. Tadio*] Et hic extraordinariarum Verris pecuniarum susceptor esse ostenditur Græcorum testimonio. *Idem.*

§ 101 *Assiduitate*] Gronovius de Pec. Vet. iv. 9. ostendit assiduitatem esse illorum, qui quotidie comparent, et ob oculos versantur. Merito inter vias, quibus Romæ perveniantur ad honores, poni assiduitatem. Quod Cicero ipse pluribus interpretatur in orat. pro Plancio, cap. 26. et 27. et Quintus de Petitione Consul. Græv.

*Cui sit data, nihil ad me*] Oratorie, quæ probari non possunt, fingit se voluntate negligere. Terentius, ‘En, Non dico: quasi non noris, tentatum advenis.’ *Ascon.*

§ 102 *Tabulas cum conficeret*] Quo modo ergo dicit, Verrem tabulas non habere, sed aliquo tempore cœpisse non scribere? Hæc ergo tempora

rationis tabulas confectas habent.

*Idem.*

*His expensum non ferres]* Expensum ferre, est scribere, te pecuniam dedisse. *Idem.*

*Acceptum Curtii referrent]* Acceptasse a te se scriberent, expensum tulisse te sibi scriberent. *Idem.*

CAP. XL. § 103 *Ut ex utroque genere]* Summa divisio accusationis præturae urbanæ et criminum C. Verris in duobus constituta, jurisdictione et sartis tectis. *Idem.*

§ 104 *Qui auspicato a Chelidone]* Auspicari dicuntur inenntes magistratus: et quia Chelidon, id est hirundo, urbem frequentat, facete urbanam provinciam Chelidonis auspicio meretricis dicit esse susceptam. *Idem.*

CAP. XLI. *Neque census esset]* Neque centum millia sestertium possideret: nam more veterum censi dicebantur, qui centum millia professione detinissent. Hujusmodi adeo facultates censns vocabantur. Alii sic intelligunt: Neque censns esset, hoc est neque censns ejus in quinquennium illud esset factus, quorum annorum spatio instaurari census sollet apud censores, quorum administratio per lustrum, hoc est quinquennium, extenditur. *Idem.*

§ 105 *An tentatus]* Tanquam scire quis vellet, quam se prætorem fuit præbiturus. *Idem.*

*Appellat heredem]* Injuriosum verbum in persona prætoris. Appellatio enim est inferioris ad potiorum. *Idem.*

§ 106 *Cum intelligam, legem Voco-nium]* Voconius legem tulerat, ne quis census, hoc est pecuniosus, heredem relinqueret filiam. Hoc ergo caput edicti est legem Voconiam probantis prætoris. *Idem.*

CAP. XLII. *Non improbum, non in-officium, non inhumanum]* Hæc enim testamenta non solent valere: nam improbum, contra leges; inofficium, contra merita; inhumanum,

contra pietatem. *Idem.*

§ 108 *Sua sponte scelerata ac nefaria est]* Maleficia sponte et non disputatio jurisconsultorum, sed naturali interpretatione fugienda sunt, ut veneficum, parricidium, et cætera, quæ etiam nullo prohibente evitanda sunt. *Idem.*

*Cornelia testamentaria, nummaria]* Lex Cornelia nummaria, quæ de moneta, ne quis privatis pecuniam faceret. *Idem.*

*Ex certo tempore]* Ut et quod semper reprehensum est, tamen a certo tempore in judicium veniat, et a certo tempore plecti possit. *Idem.*

§ 109 *Rata esse non patietur]* Hoc totum ἐν ὑποκρίσει, ut quasi per indignationem dici videatur, et interrogative. *Idem.*

*Cedo mihi leges Atiniæ, Furias, Fusiæ]* Ista omnes de jure civili sunt, nihil continent criminum capitalium, publicique judicij. *Idem.*

CAP. XLIV. § 113 *Bona fortunasque]* Bona in ipsis possessionibus, fortunæ in fructibus earum. *Idem.*

§ 114 *Hoc populus Romanus non manu vindicassel]* Confusa locatio: abundare enim videtur ‘non.’ *Idem.*

*Posteaquam jus prætorium constitutum est]* Ex quo jus prætorium stabilitum est. Sic hoc dixit, quasi dicaret, Post conditam urbem Romam, aut post hominum memoriam, ex quo est jus prætorium. *Idem.*

*Tum, uti proximum quemque potissimum heredem esse oportet]* Ut si intestatus mortuus esset. *Idem.*

*Ita secundum eum possessio daretur]* Quasi ab intestato agnati ejus succederent, quamvis diceretur testamentum fecisse, si tamen tabulae non proferrentur. *Idem.*

*Et hoc retus edictum translatitiumque est]* Translatitia veteres dixerunt non nova, nec nuper inventa, sed aliunde translata. *Idem.*

CAP. XLV. § 115 *Si habuisset iste edictum]* Quale supra translatitium dixit esse. *Idem.*

*Aut pro præde litis vindiciorum, cum satis accepisset, sponcionem faceret: ita de hereditate certaret] Aut peteret, inquit, ut possessor esset; aut acciperet ab adversario satis pro præde litis vindiciorum, et ipse sponcionem faceret: et ita de hereditate certaret. Lis vindiciorum est, cum litigatur de ea re apud prætorem, cuius incertum est quis debeat esse possessor. Et ideo qui eam tenet, satisdat pro præde litis vindiciorum adversario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua jurgium esset. Rursus sponcione ipse provocatur ab adversario certæ pecuniae, aut estimationis; quam amittat, ni sua sit hereditas, de qua contendit. Prædes ergo dicuntur satisdatores locupletes pro re, de qua apud judicem lis est: ne interea qui tenet, diffidens causæ, possessionem deteriorem faciat, tecta dissipet, excidat arbores, et culta deserat. *Idem.**

. § 116 *Si possessor, sponcionem non faciet] Subauditur, 'est;' hoc est, si possessor est, sponcionem non faciet. *Idem.**

. *Quid id ad prætorem] Bene dixit. Cum enim incertum sit, cuius debeat esse possessio; cur prætor dicat, Si possessor est, quasi jam probaverit possessorem esse eum, qui incubavit? Ergo, a quo pretium accepit, posses- sorem illum vocat, et vetat eum facere sponcionem; et cum in posses- sionem mittere prætor ipse deberet; quem nondum misit, jam possesso- rem appellat. *Idem.**

*Ergo quia possessor est, non mores possessione; si possessor non esset, non dures] Contrarium posuit, ut ostenderet improbitatem gratificati præ- toris. Ergo nec adinere tibi licet possessionem incubanti, nec dare iure poscenti; quod eum utrumque fieri oporteat, cur hunc possessorem noninas, a quo corruptus es, quasi eum, quia possessor dicitur, movere de possessione non posses? *Idem.**

§ 117 *Si de hereditate ambigitur] Caput est edicti Verris. *Idem.**

*Hoc translatitium est] Ciceronis verba sunt. *Idem.**

*Qui se dicat heredem esse] Verba Verris injusta. Dabo, inquit, si quis tabulas testamenti bene obsignatas protulerit. Sequitur, Non dabo, inquit, si se tantum heredem factum esse dixerit, quamvis ille testamen- tum non proferat. Apparet, Verrem contra Minuciam gentem fuisse cor- ruptum ab eo, quem ante possesso- rem appellat in edicto, quam ei pos- sessionem paratus est dare. *Idem.**

*Ipse in Siciliensi edicto] Figura pro- lepsis: non enim adhuc pervenimus ad Siciliam; cuius crimina, in accu- satione futura sunt; in tempore, præterita. *Idem.**

CAP. XLVI. § 118 *Capite Anniano] Proprie juris capita dicuntur. *Idem.**

§ 119 *In quibus ita intercessit] In- tercedere, ut vides, etiam prætor prætori solet, ut Piso Verri, appella- tione causæ ad collegam facta. *Idem.**

§ 120 *Quam plena ac referta Chelidi- donis] Plebeia quædam clientula Ver- ris Chelido fuit, quæ illum etiam moriens fecit heredem: qua causa im- pune illam meretricem appellat ora- tor. *Idem.**

CAP. XLVII. § 122 *Tribunus plebis] M. Lollius Palicanus. *Idem.**

*Cujus rei] Non in eodem negotio, sed generaliter, cuius criminis, id est crudelitatis. *Idem.**

*Suo tempore] Cam agetur de sup- pliciis. *Idem.**

§ 123 *Viros bonos et honestos] Quo modo igitur fallunt mortui volunta- tem, cum ad Verrem adeunt? an ve- tuste bonos pro magnis, honestos pro divitibus posuit? an bonos et honestos, ut ipse crediderat? *Idem.**

§ 124 *Das eis possessionem] Injuste: aut enim solvi potius debuit testa- mentum, quod contra legem Corne- liam factum fuerat; aut integrum cum voluntate mortui permanere. *Idem.**

*Lex est: pœna est]* Accusetur, inquit, cum fecerit, et damnetur: hoc prætoris est; non, prohibere ne faciat. Qui enim jus dicit, factorum judex est, non futurorum, duntaxat in civilibus causis. *Idem.*

*O modestum ordinem]* Quia ordinem dixit, equitum Romanorum ordinem dici quidam putant: sed libertinos significat; quorum non conditionem, sed more suo, quasi honestorum, ordinem vocat. *Idem.*

CAP. XLVIII. § 125 *C. Sulpitius Olympus fuit]* Vetus locutio. Eminus est Vulturnus Capua tria millia passuum. *Idem.*

*Ex edicto istius, quod edictum Sacerdos non habuerat]* Edictum in causa veteri novum adhuc ostendit, ut nummarium probet: nam ex ipso negotio videtur edixisse Verres, ut omnis libertus non patrono tantum, sed etiam patroni filiæ sextam relinquat hæreditatis. *Idem.*

*L. Gellius]* Sine ornamenti nomen posuit, quia per se clarum est consularis et nobilis viri. *Idem.*

§ 126 *Adventitia]* Quia ab alieniore hereditas veniebat. *Idem.*

CAP. XLIX. § 128 *Non alienus a matris ejus genere et nomine]* Qui putant εἰρωνικῶς pronuntiandum, non vident contra testis sui dignitatem nunquam dicturum Ciceronem fuisse: ergo simpliciter accipendum est: vult enim patrem Verris divisorem fuisse, matrem honestiorem intelligi. *Idem.*

*Tabulas protulit]* Per quas probavit abisse a se pecunias certis nominibus inscriptas: non enim Verres scripserat se accepisse; sed illo tempore, unde, et quo modo, et per quos deridit, scriptum in tabulis ostendit. *Idem.*

*Quo maximarum rerum frequentissimæ quotidie advocationes fiunt]* Vel uti consulatur convenientibus advocatis, vel ut alterutri parti apud arbitros adsint, vel ut ipsi jndices in rem aliquam capiautur. *Idem.*

CAP. L. § 130 *De sartis tectis]* Harum rerum cura propria censoribus datur, id est, sartorum tectorum exigendorum. Verum hæc tueri et procurare, cum cæteris item tum publicis, tum privatis operibus, ædilium cura est annua. Prætores, nisi senatus decrevit, de hac re minus laborent. *Idem.*

§ 132 *Sine ullo intertrimento]* Detrimentum vel unius partis dici potest; intertrimentum non ad unius partis spectat, sed dantis et accipientis. *Idem.*

CAP. LI. § 133 *Nullam esse columnam, quæ ad perpendicularum esse possit]* Perpendicularum, linea laterum æqualitatem a summo ad imum latitudine probans. Hoc autem cum in columnis omnibus, tum maxime in structilibus vetustis, ubi tumoris est aliquid, evenit, in quibus aut media aut ima crassiora sunt. *Idem.*

§ 134 *Sartis tectisque dominata est]* Addidit 'que,' ut esset plenum dictum, nam 'sarta tecta' dicuntur. *Idem.*

CAP. LII. § 137 *Eques Rom. publicanus]* Aut potius parcus et attenuatus, quo magis indignum sit ad mere tricem venisse. *Idem.*

CAP. LIII. § 139 *Etenim judicium id, quod prope omnium fortunarum]* Causam Mustius pecuniariam habuit Tullio defendantem; cuius oratio non est edita. *Idem.*

CAP. LIV. § 141 *Foro ornato]* Hoc fieri ludis solebat, qui in foro etiam tum dabantur. *Idem.*

*Renuntiat Rabonius]* Renuntiat, irritam nuntiat. *Idem.*

*Ab eo mancipe, quem ipse apposuisset]* Rabonio scilicet fabro. *Idem.*

*Veterotorium]* Acutum, callidum. *Idem.*

§ 142 *Quod est igitur remedium? quod]* Repetit 'quod,' ut deliberantis cunctatio videatur inesse verbis ejus. *Idem.*

*In bonis prædibus prædiisque vendendis]* Bona prædia dicuntur bona sa-

tisditionibus obnoxia, sive sint in mancipiis, sive in pecunia numerata; prædia vero domus, agri. Hæc omnia venduntur, si rationi publicæ locator sartorum tectorum non responderit. Ad hoc antem hæc omnia sunt obnoxia, ut pro sua voluntate agat redemptor operis quidquid suo periculo facit. Tu autem Verres, cum ego populo Romano sim obnoxius et prædibus, id est fidejussoribus, et prædiis appositis, [Lege, oppositis. ‘opponere’ enim nonnunquam est pignori dari apud Catullum et alios. Græv.] tu milii non exactor sis operis, sed dominus voluntatis. Ascon.

*Ut optima conditione sit]* Ad hoc, inquit, astrictus redemptor tenetur populo Romano, ut optima conditio ne, quod vult, de redemptione sua agat. Et tu eum excludis, quem so lum admitti oportuit; ut ad ejus pecuniam ac sumptum operis, quem illi imperaturus es, alius accedat. *Idem.*

*Prædibus et prædiis]* Prædia sunt res ipsæ: prædes homines, id est, fidejussores, quorum res bona, prædia, uno nomine dicuntur. *Idem.*

*Populo cautum est]* Ærario scilicet. *Idem.*

**CAP. LV.** § 143 *Ex opere faciendo, quæ pupilli Junii]* Ant. Augustinus optime, sive ea conjectura sit, sive antiqua lectio, *Lex operi faciendo pupilli Junii, quæ? dic, dic quæso clarius.* Confirmatur hæc lectio antiqua inscriptione Neapolitana, quæ totum hunc locum mirifice illustret: **LEX PARIETI FACIENDO, &c.** unde apparet operi legendum esse, non opere. Ursinus.

*Corriguntur leges censoriae. Quod enim video]* Non εἰρωνικῶς pronuntian dum. Ascon.

*Socium ne admittito]* Eum qui tradere ædem debebat. *Idem.*

*Neve partem dato]* Aliud enim socius, aliud particeps: nam particeps qui certam habet partem, et non in-

divise agit, ut socius. *Idem.*

*Neve redimito]* Ne ipse iterum a se redimat, aut per suppositam personam, ut alter ei redimat. *Idem.*

§ 144 *Cujus prædia subierant periculum]* Satisfatorem dicit fuisse D. Biuntum. *Idem.*

**CAP. LVI.** § 146 *Si quid operis causa rescideris]* Satisdet damni infecti redemptor novus veteri, si quid pro necessitate operis in æde læserit. *Idem.*

*Qui redemerit]* Rabonium significat. *Idem.*

*Qui a vetere redemptore accepit]* Pupillum dicit. Huic jubet satisfare Rabonium, hoc est, ipsum sibi: nam cum sit tutor pupilli, utrobique res ejus agitur. *Idem.*

*Hoc opus bonum suo cuique]* Verbum est res diversas simul comprehendens, hoc est bono latere, integris mensuris, apta arena, utili calce, machinis idoneis, proba materie. *Idem.*

§ 147 *Manupretii machinæ]* Manupretium dicitur, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur. *Idem.* Corrigendum, manupretium, in recto casu, ut sit, Quantum abstulit mercedis manupretium machina. *Hotom.*

§ 148 *De populo accedere]* Huc usque a capite, quod est, ‘At enim,’ interrogative pronuntiadum est: et contra responsive, ‘Omnes rejecti sunt.’ Omnia, inquit, facta sunt, ne quis de populo redemptor fieret, qui aut pupillo parceret, aut conscientis prædæ prætoris esset. Sed queritur, qui fieri potuit, ut, cum ex Idibus Septembribus in Kalendas Decembres diem operi faciendo præstituerit, omnes angustiis temporis excluderentur, in tanta facilitate operis faciendo, quantam ipse ostendit, cum dicaret, minus esse operis illas quatuor columnas reponere, quam unam ab integro novam efficere. Respondeatur, Ciceronem impensam operis

parvam putare, non moram. Sed has, inquit, angustias temporis non timuit Rabonius propter convenientiam Verris. *Ascon.*

CAP. LVII. § 149 *Istam diem quo modo assequitur?* Quo modo accurrit ad diem? *Idem.*

*Neque Kalendis Decembribus, neque Nonis, neque Idibus] Religiose in me\* nominat vultu\* divo\* novit Idus Kalen.\* Cicero Nonas addidit, quamvis hoc pronuntiatione solvatur. Et cum irrisione hoc dici videre possumus. Idem. Subtilissime locum hunc interpretatus erat Asconius; quemadmodum quidem ex ejus verborum vestigiis suspicari possumus: sed verba prope omnia in iis quidem libris quos vidimus, interciderunt. Hanc tamen illorum fuisse sententiam suspicamur: Religiosis diebus vim cuiquam fieri non licebat. Idecirco Kalendas et Idus nominavit, cum dicaret Rabonio molestum neminem fuisse; nam Idus Jovi, Kalendæ Junoni dicatae sunt. Nonas tamen, qui dies feriatus non erat, etiam nominavit: opinor, per occasionem induetus aliorum similitudine dierum solennium. Tametsi hæc ipsa actionis ratione, ac pronuntiationis, per irrisiōnem dici satis intelligi posse arbitratur Asconius. Sed de actione judicare ipsi aut per quam difficulter, aut nullo prorsus modo possumus. Historia quidem ex Macrobii Saturnalium libro primo repeti potest. *Hotom.**

*Putabat se aliquid defensionis habiturum] Ut diceret, adeo nullum apposui redemptorem, ut post diem præstitutum operi non ab eo suscepimus opus, nec in acceptum retulerim. Ascon.*

*Ut uno minus teste haberet] Ut de tot, qui contra se sunt, testibus unum Rabonium detraheret. Cum die cæteros exclusisset, tum in ejus arbitrium ac potestatem venire volebat. Præstituendo diem angustissimam*

operi, duas res assecutus est Verres, inquit: et cæteros exclusit conditio temporis, et ipsum Rabonim in sua potestate habuit; qui videbat quidem sibi prædam eripi a Verre, sed non se commovebat metu temporis præfiniti. *Idem.*

§ 150 *Qui sibi erectam prædam arbitraretur?* Rabonius scilicet, qui a Verre sibi arbitraretur lucrum redemptionis erectum. *Idem.*

*Quod jam iste referre non poterat] Nimis enim erat invidiosum. *Idem.* In libro Asconii, referre. Quod quemadmodum convenire possit, non despicio. Horum antem verborum sensus hujusmodi; Quoniam tantam Brutii contentionem dintius ferre non poterat, &c. *Hotom.**

*Tabulae] In quibus scriptum est, ad Verrem pecuniam pervenisse, quam Rabonius tutor pupilli nomine dedit Verri, tanquam si ipse a pupillo aciperet. Ascon.*

CAP. LVIII. § 152 *Sine bulla]* Simul cum prætexta etiam bulla suspendi in collo infantibns ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi bullientis aquæ sinus communiens pectus que puerile. *Idem.*

CAP. LIX. § 154 *Dubitamus, quid iste in hostium præda molitus sit]* Scilicet, cum piratarum navem cepit, et prædam omnem ad se avertit. *Idem.*

*Ex L. Metelli manubiis]* Manubiæ sunt præda imperatoris pro portione de hostibus capta. *Idem.*

*A signo Vertumni in Circum Maximum]* Signum Vertumni in ultimo vico Thurario est, sub basilicæ angulo flectentibus se ad postremam dexteram partem. Vertumnus autem Dens invertendarum rerum est, id est mercaturæ. Circus autem Maximus est idem, in quo nunc Circenses spectantur. *Idem.*

*Quam tu viam thensarum atque pompæ ejusmodi exegisti]* Sic exegisti. Exigere viam dicuntur magis.

tratus, cum viciniam cogunt munire quam diligentissime sumptu facto. Thensæ autem sunt sacra vehicula: pompa ordinum et hostiarum. Then-sas alii a divinitate dici putant: alii, quod ante ipsas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere et tangere qui eas deducunt. Orbita autem duas res significat: nam orbita et rota ipsa intelligitur, et vestigium rotæ in molli solo. *Idem.*

**CAP. LX.** § 155 *Intercessit contra legem Corneliam]* Ut tribuni plebis aliorum quoque magistratum capes-sendorum potestatem haberent, per-suassisse dicitur hanc legem Optimus. *Idem.*

*Contra alicujus hominis nobilis ro-luntatem]* Catulum significat, qui tunc princeps fuit Syllanæ factionis. *Idem.*

*Paucos homines, ut levissime dicam, arrogantes]* Catulum, Hortensium, Curionemque significat. *Idem.*

§ 157 *Manubias detrahere conatus sit]* Spolia quæsita de vivo hoste no-bili per deditonem manubias veteres dicebant: et erat imperatorum hæc præda, ex qua, quod vellent, face-rent. *Idem.*

**CAP. LXI.** Nam de subsortitione illa Juniana, *judices, nihil dico]* Sortitus erat judices prætor Verres in judicio, quo Oppianicus accusatus est a Clu-entio. Rejectione ntrinque facta, subsortitus est in eorum locum Ver- res, ut mos est, alios. Damnato Op-pianico, cum in invidia res esset, quod pecunia reus videretur oppres-sus; et princeps illorum judiciorum damnatus esset Junius, quod dicere-tur alios supposuisse, qui reum dam-narent, non eos quos prætor fuerat subsortitus; etiam Verres ipse, ut hæc invidia adversus Junium vera videretur, sustulit quos in suis tabn-

lis habebat, et alios in litura scripsit, et obsignavit annulo non solum suo, sed etiam scribæ sui. Quem furto-rum participem suorum, et divitem fecerat, et annulo donaverat aureo. *Idem.*

§ 158 *Ejusdem modi subsortitionem homo amentissimus suorum quoque judi-cum fore putavit]* Obscurus locus, sed, ut opinor, hic sensus est. Puta-vit, inquit, Verres eodem loco sup-po-poni potuisse judices, qui se corrupti absolverent, quemadmodum suppositi erant, qui Oppianicum condemnara-ant. Nam Q. Curtius, sodalis ejus, judex quæstionis, subsortiebatur in locum rejectorum, quos iste redeme-rat, improbos jndices, quibus ad ve-nales sententias proferendas ultimo die subjectis nteretur. Facile autem pro veris judicibus improbi supponi poterant volente hoc judge quæsti-onis, et illis patientibus qui veri ju-dices erant; quia nisi citati non con-sidebant, et grave onus erat, et in-commodum judicare. *Idem.*

*Q. Curtium judicem quæstionis]* Ap-paraet hunc post hoc factum a Cice-ronne esse rejectum convicio populi, qui in corona aderat. *Idem.*

*Ex hac decuria nostra]* Decuriam modo ordinem, ac per hoc ex vobis; quia honestiorum decuriæ, inferiorum centuriæ dicebantur. *Idem.*

*Cujus mihi potestatem largissimam fieri oportebat]* Quæ scilicet non fi-eret, si pro vobis alii subjicerentur. *Idem.*

*Quos iste annuerat]* Quasi diceret, suggereret. *Idem.*

*Sine causa]* Non rejectis scilicet iis, in quorum locum alios subsortie-bantur. Hoc est, unoquoque ves-trum nobis manente, neque rejecto. *Idem.*

## LIBER II.

CAP. I. § 1 *Ea me ad hoc negotium provincia attraxit]* Hoc vero plus est, quam quod in Divinatione dixit, ‘Suscepi causam reipublicæ.’ *Ascon.*

§ 2 *Princeps Sicilia]* Tum cum Messana civitas seditione divisa, auxilium contra Hieroneum per legatos a populo Roun. pettit; quod initium fuit discordiæ. *Idem.*

*Nunquam postea deficerent]* Apparet, quia post societas et amicitiam firmatam nihil tale conimiserant. *Idem.*

*In amicitia perpetua manerent]* Quæ nunquam defecerant. *Idem.*

CAP. II. § 3 *Signis monumentisque pulcherrimis]* Præparatio ad librum de signis. *Idem.*

§ 4 *Denique ille ipse M. Marcellus]* Hic imperator cum esset, vicit, cepitque Syracusas, et victis pepercit. *Idem.*

*Quæ cum manu munitissima esset]* Ne quis diceret, Non fuit quod timeret. *Idem.*

*Cum vi consilioque cepisset]* Ne quis diceret, Non potuit hostium urbem Syracusas expugnare. *Idem.*

§ 5 *Quando illa frumentum]* Omne genus pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indicationis. *Idem.*

CAP. III. § 6 *Quæ forsitan ne sentimus quidem, judices]* Quædam commoda ita, ut non sentiantur, alia consequuntur, ut sanitatem integritas virium. Sentimus autem, si illa substrahantur. Cujusmodi est, quod nunc dicit, negotiatores Romani lucra faciunt, et locupletes sunt de opportunitate Siciliæ. *Idem.*

§ 7 *Illam veterem]* Bonam consuetudinem. *Idem.*

*Non hanc, quæ nunc increbruit]* Malam. *Idem.*

*Neque publicanus, neque negotiator]* Odiosissima hæc sunt Romanorum

homium per provincias nomina. *Idem.*

§ 8 *Aram legum]* Tribunal prætoris, ac subsellia judicum. *Idem.*

*Publico consilio]* Quia non potest negari, fuisse illos accusatores M. Lepidi: addidit, ‘publico consilio:’ quasi illud non omnes tunc fecerint. *Idem.*

*Tametsi illum annum]* M. Lepidi prætoris, qui accusari cœperat a duobus Metellis, Celere et Nepote, qui cum legibus interrogassent, victi ejus apud populum gratia destituerunt. *Idem.*

*Ut bis ex ea familia]* Semel, quod proavus conservavit victor Syracusas: iterum, hic pronepos magistratu suo Siculos recreavit. *Idem.*

*Et postea M. Antonii]* Hic est M. Antonius, qui gratia Cottæ consulis, et Cethegi factione in senatu, curationem infinitam nactus totius oræ maritimæ, Siciliam et provincias omnes depopulatus est; et ad postremum inferens Cretensibus bellum morbo interiit. *Idem.*

§ 9 *In neminem ante hunc]* Recte: quia Lepidus legibus tantum interrogatus, nec dum etiam cœperat accusari. *Idem.*

CAP. IV. § 10 *Postulata consulibus, quæ non postulata]* Ne ipse in Verrem concitasse Siculos videatur, voluntatem eorum contra Verrem cum multis aliis rebus esse monstratam dicit, tum etiam quia petitiones ad senatum per legatos Sicnli tales miserunt, ut non tam beneficia postulare, quam hujus injurias describere viderentur, ut puta cum petunt, ne rei fiant absentes, quia Sthenius apud Verrem hoc passus fuerat; et alia hujusmodi. *Idem.*

*A quo mea longissime ratio]* A quo, a qua re, a quo negotio, accusationis scilicet. *Idem.*

§ 11 *Publice privateque]* Aut legati, aut suas injurias persequentes. *Idem.*

*At quemadmodum judices venerint]*

Obscurus sensus; et per hyperbaton cum parenthesi, figura, et novo modo, in sententia magis, quam in verbis explicatur. Est enim sensus hic: *At quemadmodum judices venerint,* id est, quam animose contra Verrem, ex hoc cognoscite. Et docet, quoties deterriti, et per quos, et quibus minis, accusandi tamen Verris non deponerint voluntatem. *Idem.*

*Saluti enim potius illorum consulam, quam voluntati]* Hoc ideo, quia contra Metellum dicturus est Siciliae nunc praetorem. *Idem.*

*Quæstores utriusque provinciæ]* Duos quæstores habet Sicilia, Lilybætannum et Syraensanum: nam praetori una provincia est, quæstori duæ. *Idem.*

*Præsto fuerunt]* Ut impeditent scilicet meam inquisitionem: sequitur enim, ‘Non minus acres contra me fuernnt.’ Apparet, cum triennio Siciliam tenuerit unus Verres, quæstores tamen per annos singulos hinc esse mutatos. *Idem.*

§ 12 *Prætorem vero]* Ipsum Metellum, successorem Verris. *Idem.*

CAP. V. § 13 *Una opera]* Quod Romam venerunt, aut quod processerunt in conspectum judicium. *Ascon.* Omnia hic integra, sed Asconii interpretatio in hunc locum mihi vitiissima videtur. ‘Una opera,’ inquit, ‘quod Romam venerunt, aut quod processerunt in conspectum judicium.’ Nihil falsius. Ad hoc enim missi erant, ut laudarent Verrem, atque ad hanc unicam operam destinati: sed ea duplex facta est, dum et sua a Verre repetunt, et ipsum laudant. *Nann.*

*Qua ratione isti amica sit]* Ob remissa munera, societatemque prædarum. *Ascon.*

*Alia cirus nulla, judices, publico consilio]* Scilicet laudant aliæ, sed non publico consilio, per privatos testes;

supra enim dixit, ‘præter duas civitates,’ Mamertinam scilicet et Syracusanam. *Idem.*

§ 14 *Vis illa summi imperii]* Metelli prætoris in Sicilia, et Romæ fratri ejus Metelli, alterius prætoris urbani, alterius consulis cum Hortensio. *Idem.*

*Injussu populi ac senatus]* Magnifice, cum de miserrimis et tenuissimis opidis Siciliae loquatur, tamen dicit et populini et senatum. *Idem.*

*Testimonium publicum mandataque accepterant]* A suis civitatibus scilicet. *Idem.*

CAP. VI. § 17 *Statim Romæ, et ad urbem]* Præturae jus: omnis enim magistratus, qui intramuranus non est, nec urbanus, etiam si administrator ejus Romæ est, ad urbem dicitur. Sallustius: ‘Ii utrique ad urbem imperatores erant.’ *Idem.*

*Maximam uno anno pecuniam facere posset]* Cur uno anno? an quia dividabat, Arrio sibi non successuro, per triennium se fuisse in Sicilia futurum? *Idem.*

§ 18 *Cum rideret in foro latrocinia]* Furta in æde Castoris, ac pro rostris. *Idem.*

*In quarto actu improbitatis]* Fabula, sive tragica sive comica, quinque actus habere debet: ergo et mire transtulit; et significatur, administrationes in republica Verris infames, tanquam scenicos actus, spectaculo omnibus fuisse. *Idem.*

CAP. VII. *Non solum genera furandi, sed etiam nomina]* Species negotiorum hominumque significat. *Idem.*

§ 19 *Quas ego istum in Italia scripsisse arbitror]* Quasi in navi scribere non potuerit. Sed hoc eo dicit, quia constat Verrem negotia Siciliae extra Siciliam didicisse. *Idem.*

§ 21 *Sacerdote prætore]* Hic et temporis admonitio est, et argumentum calumniæ Verris, de qua Sacerdos nihil contra heredem statuerit. *Idem.*

*Quadruplatores*] Accusatores, sive delatores criminum publicorum sub pœna quadrupli; sive, quod ipsi ex damnatorum bonis, quod accusaverant, quartam partem consequebantur. *Idem.*

CAP. VIII. *Ad urbem*] Jam supra diximus, cap. 6. quid intersit ‘ad urbem,’ et ‘in urbe.’ *Idem.*

§ 22 *Is, qui Erycinum montem obtinebat*] Lilybætanus scilicet quæstor, non Syracusanus: nam hos binos quæstores annos habuit Sicilia. *Idem.*

*Excisor et emissarius*] Sic vocantur conciliatores furtorum, quæ a magistratibus committuntur, atque internuncii. *Idem.*

*Paulo tamen consideratiorem*] Si consideratiorem, inquit, aliquatenus calumniatorem quæreret, reperire non posset. *Idem.*

*Veneri absolvit, sibi condemnat*] Sensus hic est: ita Verrem in causa bona tamen prædatum, quasi minus dænni esset, si Dionem Erycinæ Veneri ad dicere voluisset. *Idem.*

*Quod non debebatur*] Mire perseveravit in causa, ut ostenderet calumniam fuisse prætoris. *Idem.*

§ 23 *Quid ipsius Q. Cæciliū Dionis*] ‘Ipsius’ honorifice positum est, quasi alienjus magni hominis. *Idem.*

§ 24 *Qui tum in Macedonia fuit*] Pro consule scilicet; nam, ut opinor, Curiioni successerat. *Idem.*

*Sed legis exceptio*] Quia non licet ut testimonium defensori denuntiet accusator. *Idem.*

CAP. IX. *E Chelidonis sinu*] Alludit ad nomen, quod hirundo, quam Chelidona Græci vocant, veri, id est temporis veris, sit amica. *Idem.*

§ 25 *Si commissum quid esset*] Commissa dicuntur, quæ contra testatoris voluntatem facta, aut non facta ab herede, multa aliqua pœnaque plecantur. *Idem.*

*Ipsa vigesimo anno*] Præscriptio temporis. *Idem.*

*Cognoscit*] Jam primum hoc peccatum. *Idem.*

*Ab duobus fratribus*] Pares voluntate videri vult, in pari danino: et non unam partem hereditatis ablata, sed duas partes. *Oliv.*

CAP. X. § 26 *At enim ad Verrem pecunia ista non pervenit*] Conjecturæ status. *Idem.*

*Tentatur*] Mire contra Hortensium, qui improbos sæpe defendit. *Idem.*

*Verres calumniatores apponebat*] A summo ad imum, hoc est a primis ad postrema. *Idem.*

*Volcatio sese dicunt dedisse*] Tollit conjecturam, causam quærit. *Idem.*

*Ecquis Volcatio*] A persona. *Idem.*

*Veniat nunc*] A consequentibus. *Idem.*

*Sed cum ob tua decreta*] Collectio. *Idem.*

§ 27 *Sed in tua manu numeratum*] Diffinitive. *Idem.* Vulgo, *sed tua manu.*

*Nam si hanc defensionem probabitis*] Admittitis, accipietis. *Idem.*

*Non accepit ipse*] Sed non accepit ipse. *Idem.*

*Licet tollatis*] Pro eo quod est, jam tollite. *Idem.*

*Ad Q. Mucii innocentiam referatur*] Q. Mucius Asiam singulariter rexit, adeo ut dies festus a Græcis in honorem ejus constitueretur, qui diceretur Mucia. *Idem.*

CAP. XI. § 28 *Missos faciamus*] Dimentiamus a nobis de provincia, eorumque opera non ntamur. *Idem.*

*Rationem reddendam nobis arbitremur*] Accusari nos posse credamus. *Idem.*

§ 29 *Et eos in concione*] Quædam præmia et honori et lucro sunt, ut hastæ, vexilla, falerae, coronæ civicæ; at annuli aurei ingenuitatis signa et liberationis. *Idem.*

CAP. XIII. § 30 *Si, cum hac a quopiam, &c.*] In provincia scilicet; nam Romæ appellari tribuni possunt con-

tra omnem potestatem. *Idem.*

§ 31 *Ut prator in ea verba judicium det]* In verba litis jure composito. *Idem.*

*L. Octavius Balbus judex, homo, &c.]*

Hæc sunt exempla verborum, quæ in verba judicium dare singit prætorum improbum. *Idem.*

*Juris et officii]* Jus ad doctrinam pertinet, officium ad virtutem. *Idem.*

*L. Octavius Balbus judex esto]* Judicio suo fungatur Balbus in Servilium. *Idem.*

*Si constat (vulgo si paret) fundum Capenatem P. Servilii esse, neque is fundus restituetur Catulo]* Cujus non est. Memento autem, judices præsentes esse, quorum nominibus utitur ad exemplum. *Idem.*

*Neque is fundus restituetur]* Hoc significat, Coge, ut restituat. *Idem.*

*Aut condemnare eum quem non oporteat]* Quia de fundo exemplum dererat, subjecit clausulam etiam de condemnatione. *Idem.*

*Si non accipit, quod te debere dicis, accuses: si petitur, ducas]* Sensus hic est: Si non acceperit creditor, quod se debere debtor dicit, accusetur; si petitur, condemnetur; idem scilicet. *Ascon.* Ex verbis Asconii videor mihi colligere, enim non petitur, sed petitor legisse, cum inquit, 'et accusari enim qui petitor esset.' Quamobrem nescio an ad istum modum legi oporteat, *Si non accipit, quod te debere dicis, accuses: si petitor, ducas.* Hoc sensu: Si non accipit creditor pro plena solutione, in quod te obligatum agnoscis, nec tua professione contentus est, accuses creditorem, qui sibi solvi non patitur: sin petitor est ejus summae, quæ sibi debetur, (sive ut omnia exemplaria habent, *si petitur, nimirum ea summa a creditore, quam tu non agnoscis te debere)* 'ducas enim,' hoc est, abducas in vincula, ita ut anceps periculum circumstet creditorem; quippe

si non tantuudem accipiat, quantum a debitore in solutum offertur, sit accusandus; sin petat quantum sibi debetur, in vinculis habendus sit. *Nannius.*

*Duci jussit]* Vel reum fieri, et accusari enim qui petitor esset, vel etiam damnari. Melius autem 'duci jussit,' in vincula vel in carcerem, intelligimus, quam 'duci jussit,' damnavit. *Ascon.*

*Tum si eorum legibus dari oportet]* Subauditur, judicia. *Idem.*

*Si cives Romani essent]* Subauditur, 'rei.' Sic Terent. 'Hic in noxa est, hic ad defendendam causam adest. Cum ille est, hic praesto est: tradunt operas mutuas.' *Idem.*

§ 32 *Verum, ut totum genus complectamini judiciorum, prius jura Siculorum]* Explanationem subjecit obscuræ rei. *Idem.*

CAP. XIII. *Domi certel]* Apud cives suos. *Idem.*

*Suis legibus]* Siculis. Etenim apud veteres non Romano tantum jure, sed et suæ cuiusque civitatis legibus agebatur. *Idem.*

*Ex P. Rupili decreto]* Hic est P. Rupilins, qui quondam ex publicano factus consul, postea de decem legatorum sententia leges Siculis conscripsit. *Idem.*

*Cum alternæ civitates rejectæ sunt]* Apparet ex hoc dicto, primum petitoris ac rei civitatem ad iudicandum proponi: postremo iri ad aliam quamlibet, utriusque facta rejectione. *Idem.*

*Quod civis Romanus]* Deest, in eo; ut sit, in eo quod civis Romanus. *Idem.*

*Ex civium Romanorum conventu]* Ex iis civitatibus, ad quas cives Romani convenire solent agendæ suæ, aut publicæ rei causa. *Idem.*

*§ 33 Aut eum judicem, quem commodum erat]* Vetuste posuit pro eo, quem volebat: sic Terent. 'Amat? Dabitur a me argentum, dum erit commodum.'

Nam meretrici dare quando est commodum? sed est positum pro eo, quia diu libuerit. *Idem.*

§ 34 *Si quid perperam judicarit senatus?* Multi subdistinguunt, et separatim addunt, ‘senatus,’ ut quasi per interrogationem ostendat, ne senatus quidem eujusquam civitatis in potestate fuisse judicare quod senserat. *Idem.*

*Nisi cum nihil interererat istius?* Nisi, cum, quid jussu ederet, non habebat. *Idem.*

CAP. XIV. § 35 *Stragula vestis?* Stragula vestis est picta. *Idem.*

§ 36 *Insanias?* Nove, sed proprie. *Idem.*

*In palæstra?* Palæstra, locus in urbibus Græciæ quamplurimis, ubi cursu et luctatione, aliisque variis ludis adolescentes exercebantur. *Hottomanus.*

§ 37 *Heractio dica?* ‘Dicam’ Latine dixit, Syracusanorum linguam exprimens. Est autem δίκη actio, sive lis, ut apud Terentium in Phormione, ‘En unquam injuriarum audivisti mihi scriptam dicam?’ et alibi, ‘Et tibi scribam dicam.’ Sed postea δικὰς καταχρηστικῶς pro δικαστᾶς usurpat. *Idem.*

CAP. XV. *Adjectum esse oculum hereditati?* Galli eleganter, *Qu'il avoit assiégee de l'exil*, quam obsederat oculo, hoc est, notarat et designarat oculis ad prædam. *Idem.*

*Dicas sortitum?* Id est, judices qui de controversiis institutis cognoscerent: et similiter δικὰς dixit pro δικαστᾶς, ut apud Latinos ‘judicium’ pro judices. ‘Sortiri dicam,’ est, sortiri judices qui de dica, id est, actione instituta, disceptarent. *Idem.*

CAP. XVII. § 41 *Instituto suo?* Consuetudine Syracusanorum. *Hotom.*

§ 43 *Turpissima persona columniæ?* Translatum ex fabulis, pro turpisimæ partes, id est, turpissima pro-

curatio, vel negotium mandatur. *Idem.*

CAP. XVIII. § 44 *Cæteras dicas omnes?* Id est, judices qui de litibus institutis cognoscerent. Quæstores autem mandato prætorum jure dico conventus circuibant. *Suetonius. Idem.*

§ 45 *Ad communem litium æstimationem?* Id est, Paucos Syracusanos venisse Romam, non tam ut laudent Verrem, quam ut communem causam defendant. Si enim damnabitur Verres repetundarum, ipsi quoque recuperatorio judicio convenientur ad restituenda bona Heraclii, et quanti ea res in judicio æstimata fuerit, tantum cogentur refundere. *Nannius.*

CAP. XX. § 48 *Pene alterum filium?* Generum suum. *Hotom.*

*Per pseudothyrum revertantur?* Cum palam exire a Verre viderentur, latenter postea, quasi per posticum revertebantur. *Hotom.* Est autem pseudothyron latens janua, et fallax, et quæ speciem ostii non præbet, qualem Virgilius descriptis Æneid. II. 453. *Nannius.*

CAP. XXI. § 50 *Buleuterium vocant?* Βουλευτήριον, ubi consultationes fiunt; ubi βουλευταὶ, hoc est, senatores, de republika sententias dicunt. *Hotom.*

§ 51 *Mucia?* Quæ Asiani, in Q. Mucii Scævolæ, qui abstinerat provinciam rexerat, honorem instituerant. *Hotom.*

§ 52 *O Verrea præclara, quoquam si accessisti, quo non attuleris?* Aliquis elicitur sensus; sed si quoniam enim accessisti legeremus, multo concinior sententia videretur. *Hotom.* Legendum et interpungendum, ex vestigiis codicium, *O Verrea præclara!* Quoquam, quæso, accessisti, quo. *Græv.*

CAP. XXIII. § 56 *Refert illam suam?* Legendum arbitror, *Refert se ad rationem illam suam*, hoc sensu, Syracusis culpam suam in generum con-

tulerat; nunc idem facere instituit, cum in Volcatium derivare hoc crimen voluit. *Hoton.* Subaudiatur ‘cantilenam,’ aut quid simile. *Grut.*

CAP. XXV. § 60 *Judicia*] Fabri-  
cius, Lamb. *Grut. consilia.* Gulielm.  
utramque illam vocem arbitrabatur  
supervacuum.

§ 61 *Ad illa H-S*] Id est: Non illa solum 20 millia H-S, quæ Epicerati venerant hereditate, sed illa etiam bona quæ possidebat Epicerates ante hanc hereditatem, et quæ erant sestertium quindecies centenum millium, Verres Bidinis adjudicavit. *Hort.*

CAP. XXVI. § 63 *Eductus*] Ad Metellum prætorem protractus ab Heraclio, quasi direptæ pecuniae suæ particeps, hunc Metellus statim duci jubebat in carcerem. *Hort.* Si tamen libri veteres essent subsidio, mallem cum Lamhino *editus*, hoc est nominatus tanquam particeps crimini. *Muret.*

*Ab Heraclio, duci jubebat*] Sic hoc modo distinguis, quisquis erat editus senator Syracusanus ab Heraclio, duci jubebat; quo modo nunc edidi: sententia est aperta. Sin hoc modo, *Quisque erat editus senator Syracusanus, ab Heraclio duci jubebat*; haec erit sententia: jussisse Verrem, quisquis senator ei esset vel ab Heraclio, vel ab alio editus, hoc est, nominatim prolatus, eum ab Heraclio duci, ita scilicet, ut judicati ducentur ab iis, qui judicio superiores fuerunt. *Lamb.*

§ 64 *Glabrionis litteris*] Qui Romæ quæstor repetundarum judicium exercebat, nihique in Siciliam inquirendi causa proficiscenti litteras, protestatimque et quærendi et exscribendi omnia permiserat. *Hoton.*

CAP. XXVII. § 65 *Edidi Metello*] Ut eos nibi de provincia decedere, et mecum Romam venire sineret. *Idem.*

§ 66 *Compromissis*] ‘Compromis-

sum’ dicitur certa pecunia, ab utroque litigatore mutuo promissa, nisi arbitri sententiae pareant. *Idem.*

*Quod civis .... inter duos cives judicasset*] Non quod non id jus esset, verum, quod ipse iudices de sua cohorte arbitrari suo dare volebat. *Idem.*

CAP. XXXI. § 76 *Februario*] Qui mensis audiendis exterarum gentium et provinciarum legationibus destinatus erat. Quare hoc puto significari, sententias senatorum legatos emere solitos; Verrem eo mense venalem suam sententiam habiturum, et pretio ut in curiam veniat facile ad ductum iri. *Hoton.*

*Decernat bellum Cretensibus*] Hoc tempore Cretenses belli societatem cum piratis adversus populum Romanum coierant; ut ex Plutarcho intelligitur in Pompeii vita, et Livio lib. xcviij. et xcix. Ergo ‘decernat bellum Cretensibus,’ scilicet, ut ejus belli administratio Q. Hortensio mandetur. Sed Q. Metello tamen collegæ mandata. Nam cum consules sortirentur, Hortensio, ut bellum gereret cum Cretensibus, obvenit; sed is urbe delectatus et foro, in quo primum locum post Ciceronem obtinebat, collegæ ultiro exercitum cessit, ipse in urbe remansit. Metellus autem in Cretam missus eam insulam cepit. Hæc Dio. *Idem.*

*Liberet Byzantios*] Liberari dicuntur provinciæ, cum statuitur ne amplius sint provinciæ, (ut appareat ex secunda Philippica) id est, ut Romanis magistris jugis in iis dicere non licet; ut ex Orat. de Prov. Consul. intelligitur. *Idem.*

*Regem appellat Ptolemaum*] Regem Ægypti, qui Rex a senatu populoque Romano appellari cupiebat. Significat autem emptam a rege Verris sententiam. *Idem.*

*Sit in ejus exercitu*] Hortensiu significat, quem duabus primis orationibus saepe ‘dominum et regem judiciorum’ appellavit. *Idem.*

*Rejiciendi . . . trium iudicium]* Ellipsis Latinis perquam usitata. Subauditur negotium. Potestas nimisrum rejiciendi trium iudicium negotium. Vide Sancti Minervam, sive de causa Latinae linguae, Comment. lib. III. cap. 8. *Græv.*

CAP. XXXII. § 79 *Bulum . . . Stalenum]* Vide pro Cluentio, cap. 28.

CAP. XXXVI. § 89 *Atque adeo exit]* Subtili differentiam hic observat orator inter verba 'migrare,' et 'exire;' quæ promiscue fere semper et ab aliis, et ab ipso etiam alias accipiuntur. Igitur juxta loci hujus sententiam, 'migrare' est, relictis tamen vasis, alio se conferre ad habitandum; 'exire' vero est, universa sua discedendo secum exportare. Vasa sua colligit, et alio transfert Verres, qui jam ante migrarat, id est, ad alios se contulerat. *Hort.*

CAP. XLI. § 101 *Vertit stylum]* Delevit quæ antea scripserat. Styli pars altera, qua veteres ad scribendum in tabulis ceratis utebantur, in acumen desinebat; altera autem erat plana, et apta ad id delendum quod scriptum fuerat, ut aliud aliquid scriberetur. Hinc nata est familiaris illa veteribus locutio, 'stylum vertere,' pro delere. Horat. Sat. 1. 10. 72. 'Sæpe stylum vertas.' *Hort.*

CAP. XLVI. § 112 *Reportata]* In curiam, id est, refixa, restituta. *Hotom.* Vetus, *Inde a me deportata est.* Et rectius. Non enim tabulam in locum sumum Thermis restituit, sed Romam eam secum ad judicium extulit. *Nan.*

§ 113 *Apud Cn. Pompeium]* Cum in Sicilia fuit, Carbonem persecutus, Marianarum partim ducem. *Hort.*

CAP. XLVII. § 116 *Quæ illum totam accusationem]* Nam ob amorem hospitæ, cuius et vir et pater inimici erant Sthenio, recepta erat absensis a Verre et delatio et accusatio. *Hotom.*

CAP. L. § 124 *Cui ne commercium]*

Cui, propter suam indignitatem, ne licere quidem oporteret de loco illo emendo agere. Eodem modo dixit Ulpianus, 'commercium rei habere,' pro, rem aliquam jure suo vendere, aut emere. *Hort.*

CAP. LII. § 129 *'Εξαιρεσίμος]* *'Εξαιρεσίμοι* sunt, quæ eximuntur de mense duplice ex causa, ant ut rationes solis cum lunaribus congruant, ut in anno veteri Græcorum, et in ennea decatæride paschali, saltus lunæ Latinis dictus, Græcis ὥποτομὴ σελήνης; aut ut solemnia festa cum feria septimanæ, ut in anno Judaico. Jos. Scalig. I. *De Emend. Temp.* In eodem libro ait, in anno Græco unum diem abundare, non quidem lunæ supra annum, sed anni supra lunam. Huic rei remedium excogitatum esse τὴν ἔξαρσιν, cum diem eximerent in aliquo mense, unde dies, quæ eximebatur, dicta fuerit ἔξαιρεσίμος. Sed nihil certi de his diebus exemptilibus dici potest et definiri, cum videantur non nunquam extra ordinem id fecisse Siculos. Tradit Geminus post annos 16, ut solis motni responderet annus lunaris Græcorum, tridnum exemptum esse de octæteride Græca. Similis videtur fuisse, quæ et Petavii est sententia, hæc detractio, cum Siculi propter eandem causam extra ordinem diem unum, aut sunimum duos, mensi alieni detraherent; idque faciebant, ut omnes menses sui cum sole et luna convenienter. Diebus his exemptilibus opponuntur intercalares. *Græv.*

CAP. LVII. § 140 *Si tibi magistratum abrogasset]* Abrogare magistratum, est legem ferre, ut aliqui suis magistratus a populo tollantur, privatusque reddantur. *Hotom.*

§ 141 *Qua rix tuto]* Lepide! quasi Verris statuæ spoliandi vim et ipsæ habeant. *Hort.*

CAP. LXI. § 149 *Ita]* Cum dixisti, Zeno, sapientem nunquam irasci.

CAP. LXIII. § 154 *Ut Latino uno*

*verbo exprimi non possit]* In inscriptione tamen antiqua legitur, ‘Jovi Quirino Salvatori pro salute Cæsaris Nervæ,’ ut et in glossario Stephani: Σωτὴρ, *salvator*, ut dudum viri docti monuerunt. Sed tempore Ciceronis usus hujus vocis nondum inoleverat. *Græv.*

CAP. LXX. § 169 *In scriptura Siciliæ*] Scriptura dicebatur eorum ratio, qui pasena publica conducebant; ut exigenda a sociis suo periculo exigerent, quæ tamen reipublicæ repræsentabant. *Hotom.*

*Pro magistro est]* Magister societatis unus aliquis e sociis dicebatur, qui Romæ societati alicui, id est, aut scriptoræ, aut portorii, aut vectigallum ita præerat, ut et decumanos, quasi senatum, cogendi, et ad eos de societatis negotiis referendi potestaten haberet; curamque omnem gereret tabularum, et rationum, quæ undique ab iis qui operas dabant, Rōnam mitterentur. Hic promagistrum in provincia habebat, sui quasi mnneris vicarium, et societati præfectum, qui etiam Magister dicebatur. Promagistro autem conjunctim

dicitur, ut proconsule, proprætore. *Idem.*

CAP. LXXVIII. § 192 *Neque committebant*] Non committebant id, quod commisit Hortensius; qui, si defendit Verrem, impudens est; si deserit, cum ab eo beneficia multa acceperit, ingratus existimabitur. *Manut.* Sphingem Hortensio a Verre datam, notum est omnibus mediocriter quidem eruditis. Plinius, libro xxxiv. Ciceronis dictum in Hortensium commemorat. ‘Cum,’ inquit, ‘orta in Verris iudicio altercatione, Hortensius diceret, Ciceronis se ænigmata non intelligere; respondit debere, quoniam Sphingem domi haberet.’ Quintilianus lib. vi. his verbis: ‘Ex historia etiam ducere urbanitatem, eruditum: ut Cicero fecit, cum ei testem in iudicio Verris roganti dixisset Hortensius, Non intelligo hæc ænigmata; Atqui dehes, inquit, cum Sphingem domi habeas. Acceperat autem ille a Verre Sphingem æneam magnæ pecuniae.’ Et idem tradit Plutarchus in vita Ciceronis, et Apophthegm. *Hotom.*

## LIBER III.

CAP. I. § 3 *C. Carbonem*] C. Papirius Carbo summus fuit orator. Seditiosissimum gessit tribunatum. Itaque L. Crassus, annos natus 21. eum statim ab ipsius consulatu, initio anni 634. accusavit majestatis. Celebratum fuit hoc publicum iudicium magno populi concursu; et meminit Cicero variis in locis accusationis Crassianæ, in qua primum L. Crassus eloquentiæ summæ dedit experimentum. C. Carbo voluntaria morte se a severitate iudicium vindicavit. Cic. in Bruto, cap. 27. Cantharidas sumpsisse dicitur, Fam. ix. 21. *Hor.*

CAP. III. § 6 *Ex thensarum orbitis*] Vide supra, lib. i. cap. 59.

*Delph. et Var. Clas.*

CAP. IV. § 8 *Hiare*] Proprie dicuntur pulli avium ad escam: metaphorice, est avide expetere. Hinc ‘hiantes cupiditates,’ apud Tacit. Hist. lib. i. cap. 12. Domus ‘hiat,’ continens pro contento; id est, dominus domus aperto ore, id est, avidissime, prædam concupiscit. *Hort.*

§ 9 *Suis manubiis*] Verbum invidiosum; quasi Verres Siculos, quos expilavit, hostium in loco habuerit; nam manubia prædam de hostibus captam significant. *Idem.*

CAP. VI. § 12 *Vectigal certum*] Non frumento, sed pecunia pendebatur. Eam certam et definitam populo Romano quotannis, in frugum

*Cicero.*

9 P P

sive copia sive inopia, quædam provinciæ persolvebant. Hæc ob eam rem 'stipendiariæ' appellantur. 'Decumanae' dicebantur, quæ decimam frugum partem solvebant; quod vectigal, quia ex annorum ratione, et frugum copia aut inopia pendet, et modo minus, modo amplius est, ideo 'incertum' appellatum est. De censoria locatione hæc habe. Agri devictarum nationum Romæ a censoribus locari solebant; ea lege, ut certum finimenti numerum quotannis locatores populo Romano penderent; quod etiam in quibusdam Siciliæ civitatum agris factum est, ut modo dicetur. Per legem Semproniam, eam intellige, quam tulit Tib. Sempronius Græchus anno 620, ut agri regis Attali, qui populum Romanum heredem fecerat, a censoribus locarentur; unde vectigal populo Romano penderetur. *Idem.*

*Fœderatae civitates*] Fœderatarum triplex erat genus: unum, cum, bello victis leges a victore dabantur; suæque leges, sui magistratus adimebantur: alterum, cum pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniebant: tertium, cum quæ hostes nonquam fuerant, ad amicitiam sociali fœdere jungendam coibant. Harum optima erat conditio; nam etsi aliquid ex fœdere populo Romano debebant, tamen in cæteris rebus liberæ erant; suamque rem publicam, suas leges, et suos magistratus habebant. *Idem.*

§ 13 *Venire*] Id est, locari a censoribus. *Idem.*

*Decumanus est*] Decumas dat. Sunt igitur ex quatuor generibus Siciliæ civitates: aliæ, quarum ager a censoribus locatur, ut pro decunmis pecuniam capiant: aliæ, quarum ager non locatur, nec veneunt decumæ, sed exiguuntur: aliæ, quæ nihil omnino pendant: aliæ, quæ decumas dent. *Manut.*

CAP. VII. § 16 *Roma*] Quæ mox enumerabuntur, habes libro I.

CAP. IX. § 22 *Non res, non ratio*] Non quod negotia inter se communia habeant. *Holom.* Conjunguntur hæc, quia res, hoc est, negotiatio, sine ratione non potest esse. *Plant.* Prolog. *Amphit.* 'Ut res rationesque vestiorum omnium Bene expedit vultis.' *Græv.*

CAP. X. § 25 *Edidisset*] Significasset, declarasset. *Hortensius.*

*Quomodo*] Dialogismus. *Arator,* 'Quomodo?' *Verres*, 'Quantum poscerit,' &c. *Arator*, 'Quid est hoc?' &c. *Verres*, 'Quid omne? immo,' &c. *Arator*, 'Quid censes?' &c. *Verres*, 'Ant dabis,' &c. Verba iudicium, 'Per Deos immort.' Verba Ciceronis, 'Sic mihi,' &c. *Idem.*

§ 26 *De professione*] Ne arator minus profiteatur, quam exaraverit; ne decumans plus, quam sibi debeatur, deberi profiteatur. *Infra. Manut.*

CAP. XI. § 27 *Quæ vectigalia sunt*] Quæ vectigal pendunt. Convertit enim ad neutrum genus hæc simul omnia, Asiam, Macedoniam, &c. *Idem.* Legendum putarem, *Quæ vectigalia sunt*; ut sit, ex qua parte, vel quibus in locis vectigalia sunt in Italia. *Holom.* Hæc verba aut nihil hoc loco significant, aut sententiam corruptiunt. Jam non omnis Italia erat vectigalis. Idecirco, legi debet, *in vectigalibus Italæ, quæ vectigalis sit.* Lamb.

*Petitor*] In his vectigalibus solet publicanus petere ab aratore; qui si non solvit, idem publicanus, prætoris auctoritate, pignus ab eo, ut res extra sit aleam, accipit; Gall. *fait une saisie.* Sed rem ipsam non eripit aratori, neque in illius possessionem irruit. *Hort.*

*Digito*] Sublato digito licebantur. Lib. I. 'Digitum tollit Junius.' *Man.*

*In singulis jugis*] Non in amplio fundo, sed in uno tantum jugo, quod ipsis arant, et unde recedere non licet. *Jugum* erat, quod uno die juncti boves exarare possent. *Idem.*

§ 28 *Recuperatores*] Gall. *des com-*

missaires. Erant homines ab ordinario judice seu prætore delegati, qui de privatis controversiis judicarent. Hinc ‘recuperatorium judicium’ appellatur, quod exercetur per recuperatores, sic dictos a ‘recuperando,’ quod per eos suum quisque recuperaret. Deligebantur in singulis provinciis ex conventu civium Romanorum, qui inibi negotiabantur. Itaque Verrem reprehendit orator, et quod in hac aratorum causa ab illa consuetudine more suo recessurus sit; et quod recuperatores de cohorte sua, homines nequam, datus sit. Quid faciet bonus prætor, inquit Cicero, cum arator ad eum in jus venerit? Jubebit aratorem recuperatores rejicere; id est, sorte ducere, et, pro suo iure eos rejicere, qui sibi non placeant. Arator, qui rem via per vulgata tractatum iri putabit, dicet statim, ‘Decurias scribamus;’ id est, recuperatores sortiamur ex decuriis, sen ex conventu civium Romanorum, qui in decurias in provinciis, uti Romæ senatores, descriebantur; et nomina eorum, quos sorte duxerimus, in albo describamus. Respondebit Verres, Qnas tu mihi narras decurias? dabo tibi recuperatores ex mea cohorte: rejicies, id est, eliges ex ea, quos tu voles. Quid ais? dicet arator: qui sunt isti ex tua cohorte homines? Sunt, inquiet prætor, Volnsins, harruspex, Cornelius, medicus meus, et cæteri mei asseclæ, qui omnia, more canum, ad prædam meam odorantur; quique tribunal meum, quasi nutriculam, exsugunt. Hactenus dialogimus. *Hort.*

CAP. XII. § 29 *Non solum sine avaritia*] Scripsérat Cicero, indicante Metelli codice, *Non solum araritum, sed etiam imprudentia accidere poterat.* Grñt. Optime. Potuit fieri, inquit Cicero, ut non modo avaritia impulsus plus acciperet decumanus, sed etiam imprudenter, cum putaret sibi vere tautum deberi. *Græv.*

§ 30 *Non a patre*] Quis hic pati locus? Franc. *Non a populo Romano ei traditi.* Quod verum esse videtur. Nam quamvis ipsi prætores legerent comites sibi et contubernales;videtur tamen a senatu et populo nonnulli eis fuisse commendati. *Id.*

§ 31 *Conferrent . . . capita*] Sic Liv. lib. II. cap. 45. pro quo Plantus dixit ‘conferre sermones inter se;’ Terent. ‘conferre consilia.’ Gall. *déliberer ensemble.* *Hort.*

*Res agi rideretur*] Simularent se colloqui et conferre de aratoris controversia. *Hotom.*

*Nova dignitas publicani*] Dignitas est in publicanis, quia sunt equestris ordinis. Apronius eques Romanus non erat; ideo, ‘nova dignitas publicani’ cum quadam irrisione dixit. Fungebatur autem Apronius, cum decumanus esset, munere publicani. *Manut.*

*Apronio*] In Apronii gratiam condemnare. Contendit Grævius scripsisse Ciceronem, *Apronio condonare;* hoc est, non modo damnare petitorem, sen aratorem, ita ut perdat quod petebat sibi restitui; sed et Apronio ipsum tradere vexandum pro arbitrio, quasi calumniatorem; qui innocentii Apronio negotium facessere conatus sit. *Hort.*

CAP. XIII. § 32 *De manibus emisisse*] Quæro quid sit hoc loco, ‘de manibus amittere?’ Sane displicet. Puto legendum *de manibus emisisse*; quia melius convenit cum membro præcedenti, ‘cum tuos omnes fructus publicano tradidisses;’ et quia Ciceronem sic locutum fuisse video pro Cælio, cap. 28. ‘Quæro cur Licinium . . . mulieraria manus ista de manibus emiserit.’ *Idem.*

§ 34 *Quis hunc audet*] Objectionis occupatio per ironiam. *Idem.*

*Edixit, ut*] Solutio objectionis. Verres lenis in aratores non fuit, sed durus. Probatur. Arator tautum dare decumanum debet ex edicto,

quantum deenmanns petit. Si dare negat, per magistratum Siculum cogitur. Ergo si plus dederit arator, quam debeat, idque repetere velit, jam ad magistratum Siculum confugere non poterit, a quo nimirum solvere coactus est. *Idem.*

*Quid dereliquit?* Id est, Quos igitur iudices Verres aratori reliquit, ad quos confugeret? Nullos, nisi suos asseclas, a quibus iterum damnabitur. Non igitur Verres in aratorem lenis, sed durus fuit. Hac Ciceronis responsione conturbatus Verres alio se detorquet. ‘Non malum est,’ inquit, &c. Hanc ejus prolepsim Cicero, ex aratoris persona, dilemmate convellit. ‘Si judicio a me aratore vis,’ inquit, ‘exigere,’ &c. *Idem.*

CAP. XIV. § 36 *Ad aquam*] Ad litus freti Siculi, unde Romam aehantur.

CAP. XV. § 38 *Ut hic quoque*] Sensus est: ut hic, id est, hac in re, quoque quæstus ex miseric aratoribus calumniandis (sic enim lego cum Hortoni.) contractus accederet Apronio, enni, verbi gratia, ex Leontino agro, usque Lilybæum, id est, ex ultima parte Siciliæ, ad partem huic oppositam, aliquem vadaretnr, id est, coheret sistere se in judicio: nam aratores, ne tantum itineris emetiri coherentur, malebant quavis, etiam iniqüissima, conditione, cum Apronio pacisci. *Hort.*

*Jugera sationum*] Declararent quot sevisserent jugera. *Idem.*

§ 39 *Periculi*] Nihil. Non enim ex jnglerum numero, sed ex frugibus perceptis decumæ pendeabantur. *Id.*

CAP. XVI. § 40 *An tu decumas*] Quod vendidisti, id est, locavisti, decumarum nomine non potest appellari; nam decumæ sunt decimæ partes frumenti, quæ publicanis vendi solent: at tu non partes decumas, sed Siculum frumentum eisdem totum vendidisti: ergo, &c. *Idem.*

§ 41 *Aedem Castoris*] De cuius sar-

tis tectis vide lib. I. cap. 49.

*Sthenii*] Vide supra, II. 34.

§ 42 *Alteræ decumæ*] Et hoc emp-tuni frumentum infra dicitur. *Ferrat.*

CAP. XVIII. § 45 *Hornotini*] Id est, hujus anni. Nam ‘hornotinum’ dicebant veteres, quod erat ejusdem anni; pro quo ‘hornum’ dixit Horat. Od. III. 33. v. 3. et alibi bis. *Hort.*

§ 46 *Modum*] Modus in agro significat longitudinem et latitudinem descriptam ac dimensam. Sic Horat. lib. II. Sat. 7. 1. ‘Hoc erat in votis; modus agri non ita magnus.’ *Idem.*

CAP. XIX. § 49 *Cerviculam jactaturum*] In Hortensio frequenter actionem et gestum (enjus, ut scribit Valer. Maximus, ille perstudiosns fuit) reprehensum fuisse, Gellius et Quintilianus testantur. *Hotom.*

*Populo ad coronam*] Scribendum est, nt Nannii codex ostendit, *populo, ac coronæ se daturum*, id est, se committere, et quodam modo jactare multitudini. ‘Coronam’ vocabant circumstantem populi multitudinem, quæ ad judicium, spectandi et audiendi causa, convenerat. *J. Lipsius.*

CAP. XX. § 51 *Columnarum*] Quæ erant in æde Castoris. Vide I. 55.

*Reprehendisti*] Revocasti: omis-sum antea per imprudentiam, admonente quæstu, fecisti. *Manut.*

CAP. XXI. § 54 *Plane constitit*] Planum factum omnino fuit, an professus revera numerum jugerum non esset. *Hort.*

*Celatum*] Quod Nympho removisset, atque celasset, decumani fraudandi gratia. ‘Non redemptionis,’ non aliquo jure, quod haberet ut publicanus; sed edicti poena. *Idem.*

CAP. XXII. § 55 *Judicium*] Dabat Verres in Xenonem judicium, id est, judices, seu recuperatores, qui eum sestertium octoginta millium (Gall. 8000. liv.) condemnarent, ‘si pareret jugera,’ &c. *Idem.*

CAP. XXIII. § 56 *Decumæ*] Sub-

*auditur, ' nomine.'* *Idem.*

*Domi suæ] Suæ hic æque delendum censeo, ut Gronovius lib. ii. cap. 46. ubi vide causas.* *Græv.*

**§ 57 Consortes]** Colheredes, quamdiu hereditas divisa non erat. Contra dissortes, postquam divisorerant. *Salmas.*

**CAP. XXV. § 62 Tempestivo]** Convivia dicebantur 'tempestiva,' quæ de die inibantur, hoc est ante legitimam cœnæ horam, quæ erat nona. *Græv.*

**Præter oculos]** Ante oculos. Et sic locutus est Livius lib. belli Maced. viii. 'An non præter omnium oculos tantum auri argenteique in triumpho L. Scipionis,' &c. Sic Varro Ennenidibus, apud Nonium Marcellum, qui etiam hunc locum citat, 'Præter Matris Deum ædem exaudio cymbalorum sonitum.' *Hotom.*

**§ 63 Fugitiivi sustinent]** E Græcis fontibus derivata locutio. Nam ἀττίανος οὐ πέχειν Græce dicimus. Similiter Epist. ad Att. lib. xiii. 'Nunc vero cum de magno constet, nonne furor ejus omnem causam sustinet?' Fugitiivos autem dicit, qui in Sicilia, Athenione duce, grassabantur. *Hotom.*

**CAP. XXVI. § 66 Destitui alios in convirio]** 'Destitui' pro 'constitui:' ut lib. Accusat. v. 'Qui qua Cleomenem in defendendo filio læserat, nudus pene est destitutus.' Q. antem Lollium intelligit. Sic in oratione C. Gracchi apud A. Gellium, 'Idcirco palus destitutus est in foro, vestimenta detracta sunt.' Item apud Livium lib. vii. ubi de Galli et Manili Torquati duello loquitur, 'Duo,' inquit, 'in medio armati destituntur.' *Idem.*

**CAP. XXVII. § 69 Repente Cornelii]** A Verris nomine, cuius beneficio cives Romani erant facti. Sic Manutius, approbante Grævio. Sed rectius Hotomannus a Sylla, qui victor decem circiter annis aucta pro-

scriptorum servos, amplius decem millia, cives Romanos esse, et *Corneliorum* nomine appellari, voluit. Aliam quoque interpretationem amicorum unus mihi suggerit. Putat vir eruditus istos hic a Cicerone dici *Cornelios*; non quod revera sit istud illorum prænomen, sed quia adjuncti socii Cornelio Artemidoro, bipedum omnium nequissimo, ipsi ex ea societate facti sunt repente Cornelii Artemidori, id est, ex improbis (nam jampridem erant improbi) mortalium omnium, ut ille, nequissimi. Si veram hanc esse interpretationem aliquis negaverit; at sane subtilem et ingeniosam esse nemo non fatebitur. *Hort.*

**Quæ in verba]** Quam judicandi formulam præscriberet recuperatoribus. Verres respondebat se datum hanc formulam: 'Si pareret oratores fecisse contra edictum prætoris, ea, quæ Apronius se in judicio dictorum esse dicebat, uti eosdem oratores recuperatores condeinarent.' *Idem.*

**CAP. XXIX. § 70 Recuperatores rejice]** Mihi suspectus est hic locus, quamvis libri omnes consentianti. Quomodo enim Apronius oratoribus, quos in judicium vocabat, poterat dicere, 'rejice recuperatores?' Scriptissime puto Tullium, *recuperatores recipere.* Veni in jus ad recuperatores, qui cognoscant, &c. *Græv.*

**CAP. XXX. § 71 Ut decumas]** Quas redemerat Apronius. 'Accipiant,' subauditur, 'solvendas,' Gall. *qu'ils se chargent,* &c. 'Publice,' id est, data de publico pecunia. 'Lucrundant,' addant summæ principali aliiquid pecuniae, lucri nomine. *Hort.*

**§ 73 Ut probaret]** Probare, hic est inspicere, et examinare num bonum sit. Sic censores dicuntur opus locare, et postea probare. *Hort.* Recepit ex Nauni libro optimo, haec verba, quæ in aliis desiderantur, *Quod ei dabatur.* Sic enim in illo

scribi testatur Nannius, *Ut probaret Antonius hoc triticum quod ei dabatur, imperat.* Recepérat id jam ante Carolus Stephanus, quod miror a sequentibus editoribus fuisse neglectum, cum maxime faciat augendo criminis. *Græv.*

CAP. XXXI. *Siculum*] Emphasis est in hoc verbo: probum enim significatur, cum 'Siculum' dicitur. 'Quod isti,' Apronio: 'area,' locus est apud nos tectus propter pluvias, at olim erat subdialis. Aream esse oportebat, ex præceptis Varro, lib. I. de Re Rustica, cap. 51. in agro, sublimiori loco, quam perflare posset ventus. Nam trita grana mos erat e terra subjactari, cum ventus spirabat lenis, quo paleæ inanæ, et quod levissimum est, extra aream nitteretur; et frumentum purum veniret ad corbem. Tritum et purgatum frumentum arator domum deportabat. Licebat Apronio, inquit Cicero, admetiri ex area, ubi tritum fuerat frumentum; antequam dominum aratoris deportaretur, et ab eo vitiari posset. *Hort.*

CAP. XXXII. § 75 *Mediumnum XVIII*] Subandi, 'millibus.' Vel ducatur linneola, millenarii nota, super numerum.

*Lucri*] Subanditetur, 'cansa'; id est, pro lucro. *Mediumnum XXXVII millia.* Nempe decem et octo millia pro decumis, reliqua ad xxxvii pro lucro, et incremento, seu additamento. Non enim verisimile est ab iis exactum fuisse lucri nomine, duplo amplius, quam pro decumis. *Hort.*

§ 76 *H-S CIO CIO*] Sestertium duorum millium. Sed quia tenuior pro istorum cupiditate hæc summa est, suspicatur Manntins de mendo; et pro *CICIO*, reponendum pntat *CCCIQ*: id est, centum millium, Gall. 10,000. *liv.* Idem.

*De accessione*] Sensns est: De pecunia illa, quæ, ut frumentum probaretur, (cap. 31.) et decumis, et

lucro addita est, quasi merces operæ, quam Verri navabat Aproniis, et quasi pretinm hujus impudentiæ, dubito an Apronio ipsi data sit: suspicor eam statim prætoris in manus venisse, quemadmodum et decumarum pretium, et lucrum venit. *Idem.*

CAP. XXXIII. *Solere aiunt*] Hujus consuetudinis Plato in Alcibiade priore mentionem facit his verbis, 'Ἐπει τοτὲ ἐγώ, &c. 'Audivi enim ex uno eorum qui ad regem ierant fide digno, cum se regionem plane amplam et fructuosam præterisse diceret, unius prope diei iter longum, quam incolæ Reginæ Zonam vocarent: esse aliam præterea, quam rursus Calyptram nominarent, itemque alia loca esse quamplurima, eaque amena ac fructuosa, quæ mundo reginæ attributa essent, et quorum singula ex singulis ornamenti nomen adepta essent.' Idem scribit Athenæus libro I. *Hotom.*

§ 77 *Addicitur*] Æschroni.

*Demit*] Non Herbitensibus, qui summam integrum solvere coacti sunt; sed reipublicæ, cui totum id pretinm debebatur, quo decumæ vendite fuerant. *Hort.*

CAP. XXXIV. § 78 *Prætoris æmuli*] Intelligit Æschronem, propter Pippam uxorem; et Docimum, propter Tertiam. *Idem.*

§ 79 *Quid de hordeo*] Quid dabitis Docimo, lucri nomine, pro decumis hordei? *Idem.*

*H-S XIV*] Subaudi, 'millia.'

§ 80 *Alio loco*] Infra cap. 51.

CAP. XXXV. *De capite*] De summa frumenti, quæ ex decumarum venditione solvenda populo Romano erat. *Dempsit.* Ut eo minus Æschrio, Pippæ vir, solveret; pluris amorem faciens mulierculæ, quam pop. Rom. emolumentum. *Hort.*

§ 81 *Metum*] Ne, si ejns acta rescinderemus, duris aliquid accideret. *Manut.*

*De capite dempsisset*] Summas im-

minuisset pretii, quo decumas coēmissent. Nos lingua nostra demptio-nem capit is nominamus *le rabuis*. Hotom.

*A populo factarum]* Quid si, *Ab ipso factarum?* Ut paulo post, ‘Quod ex ea pecunia remiserit, quam ipse quæsierat;’ nam etiam ad amplificatio-nem hoc pertinet: ut cum ipse Sylla eas res quæsierit, de capite tamen in iis diminuere non poterit. *Idem.* Pro-bant emendationem Hotomani Ma-nutius et Lamb. Verum merito tue-tur Galielmius *a populo factarum*: nam a populo constitutæ erant summae, quas nulli licebat immnnire. Hinc dicit Tullius ‘veterum religione le-gum,’ quas populus scilicet tulerat, de pecunia publica reprehensum esse Syllam. Nam quamvis Tullius non longe post contendat, ex ea pecunia, quam ipse scilicet Sylla quæsierit, remisisse, nimirum de pretio rerum sub hasta venditarum, quia tamen illa pecunia, quæ ex venditis damna-torum bonis conficiebatur, refereba-tur in ærarium, recte dicitur illa ‘a populo facta et quæsita,’ quia populi erat, quæ debebatur æario. Si li-brarii peccarunt, in hoc peccarunt, quod ignorantia veteris sermonis ad-diderint præpositionem *a*. Scripsisse Tullius videtur, *Statuit senatus, hoc ne illi quidem esse licitum, cui conces-serat omnia, populo factarum quæsitarumque rerum summas immnire.* Quæ nimirum bono et commodo populi factæ quæsitæque res erant, ut æra-rii reditus illis angetur. *Græv.*

*CAP. XXXVI. § 83 Hoc est]* Lam-binus, *hoc est, Tertia.* Quod recepit Grævius. Putavit autem Manutius *hoc est otiosum esse, ac delendum. Oliv.*

*Retulerit]* Subauditur, ‘in tabulas publicas Verres.’ Porro decumas vendiderat iste tritici modium, seu potius medimum, quinque millibus; at in tabulis publicis scripserat duo-bus tantum millibus medimum eas

a se venditas fuisse. *Hort.*

*Tabulas publicas]* Quas in provincia Verres conficiebat, ‘commutavit,’ referendo in eas numerum mediunum minorem eo, quo venditæ decu-mæ fuerant. *Hort.*

*Horum]* Judicium.

*CAP. XXXVII. § 84 Interpretæ]* Lu-dit orator in ambiguo. Nam ‘inter-preps,’ is est, cuius opera ad linguam exteram intelligendam utimur; et cuius ministerio pactiones cum tertio aliquo conficimus. Quo sensu hic acribitur. *Hort.*

*CAP. XXXVIII. § 86 Norum genus]* Vide supra, cap. 12.

*Non Romæ quoque servi publici]* Ve-tus, *Non Romæ quoque servi ad publica rectigalia accedant.* Nannius. Probo lectionem optimi illius libri, quem Nannius evolvit, a quo non longe abit Francii. Facit enim magis ad rem angendam apnd jndices, si dicas, ‘*Non Romæ servi ad publica vectigalia accedant,*’ quam si diras, ‘*Non Romæ servi publici ad vectigalia ac-cedant.*’ ‘*Accedere*’ autem ad vec-tigalia, pro conducere vectigalia, est locutio elegans. *Græv.*

*Vicarium]* Postremus igitur est ser-vorum omnium: nam servi paulo majoris notæ servos ipsi suos habe-bant, qui appellabantur vicarii; et peculium, permissu domini, hoc est, rem propriam suo labore partam. *Hort.*

*CAP. XXXIX. § 89 Nomina publi-canorum]* Non verorum, qui cives, at-que adeo equites esse debebant; sed eorum quos Verres arbitrio suo con-tra leges fecerat, servos, peregrinos, &c. *Hort.*

*CAP. XL. § 93 Nam commercium in eo agro nemini]* Ita Grævius ex Nannio; quod nescio quo sensu di-eatur. Malum cum Victorio, *Nam commercium in eo Panormitanis est.* Oliv.

*CAP. XLII. § 99 Ne accedat]* Id est, ne Thermas veniat decumarum

cansa. *Hor.*

§ 100 *Tributum facere*] Est, viri-  
tim impositam pecuniam colligere.  
*Idem.*

CAP. XLIII. § 103 *Ex parte decu-  
ma*] Decimam fructuum suorum par-  
tem populo Romano solvisse; reli-  
quas novem partes, hoc est, totam  
reliquam arationem, vectigalis nomi-  
ne, Verrem abstulisse. *Hort.*

CAP. XLVI. § 109 *Pensum*] Est  
manipulus lanæ, aut lini colo alliga-  
tus. Fit a verbo ‘pendo.’ Nam he-  
ræ lanam ancillis olim appendebant  
nendam per diurnum opus, redden-  
damque in filo. Hinc ‘pensum’ pro  
parte muneris, aut pro officio usur-  
patur ab ipsis etiam oratoribus.  
*Hort.*

*Possidet nemo*] Sed incolæ soli pos-  
sident. Sic Halicyenses, supr. cap.  
40. *Idem.*

§ 111 *Damnum facturos*] Quia vo-  
cati ab aratoribus in judicium con-  
demnati essent, nisi Verres ex co-  
horte sua, qui judicarent, recuperato-  
res dedisset. *Manut.*

CAP. XLVII. § 112 *Ager efficit*]  
Agri sui ubertate contentus arator  
est, cum pro uno medimno quod sa-  
tum est, octo medimna colligit. At  
ager feracissimus est, cum, Diis ip-  
sis juvantibus, decem pro uno reddit  
medimna. *Hort.*

*Cum decumo*] Cum decem medim-  
na reddidisset. *Idem.*

CAP. XLIX. § 117 *Etenim*] Redit  
ad decumas, dimidiis omissis, et alia  
ratione Verris propugnaclum ag-  
greditur. Quid gloriaris, inquit, mag-  
no a te venditas esse decumas? tan-  
tidem alii quoque sœpe vendiderunt,  
nec tamen, ut tu, contra legem Hie-  
ronicam. Qui fit autem ut alii decu-  
mas magno vendiderint, salva lege  
Hironica; Verri autem eadem lege  
tantidem vendere non licnerit? Sol-  
vit hunc nodum Manutius hoc modo:  
Verres, etsi non dena medimna in  
jugero nascerentur, quod sœpe fit,

ad eam tamen rationem decumas tri-  
ennio vendidit, nt medimnum nu-  
merus jugerum numerum æquaret:  
lex autem Hieronica medimum ex  
jugero, decumæ nomine, concedebat  
duntaxat, cum dena medimna arator  
ex jngero caperet; ubi vero minus  
perciperet, decuma minuebatur; id  
est, medimno minor erat. Norbanus  
autem et alii, qui tanti decumas jure  
vendiderunt, quanti Verres injuste,  
per legem Hieronicam id facere po-  
tuerunt, in maxima agrorum uber-  
tate, denis medimnis ex jugero per-  
ceptis. *Hort.*

CAP. L. § 118 *De vivo*] Id est, de  
cibariis; de iis subsidiis, quibus uni-  
cis se, snamque familiam aratores sus-  
tentabant. Translatum de medicis,  
qui non modo putrescentia, sed etiam  
de vivo resecant. *Idem.*

*Neque multum*] Ironice.

CAP. LVII. § 130 *Privatus*] Id est,  
ex quo jam est privatus, finito nempe  
magistratus sui tempore; et ex quo  
est rens. *Hort.*

*Ad persequendum*] Vindicandum is-  
tud opprobrium. *Idem.*

§ 131 *Salus*] Hic nomen est pro-  
prium, et Deam significat. Sic Ter-  
rent. Adelph. act. iv. sc. 7. vers. ult-  
im. ‘Ipsa si enpiat Salus, servare  
prorsus nou potest hanc familiam.’  
De Salute Dea vide Livium, ix. 45.  
x. 1. *Idem.*

§ 132 *Sponsione*] Promissa certæ  
pecuniae solutione, si causa caderet.  
*Manut.*

CAP. LIX. § 135 *Cancelli*] Sunt  
septa ex ferro, in modum retis facta.  
‘Circumdati cancelli’ metaphorice  
dicuntur ii, qui undique tenentur,  
neque elabi possunt. *Hort.*

*Tantis cervicibus*] Tam forti, tam  
libero animo. Translatum a bobus,  
quorum robur in cervicibus præci-  
puum est. *Idem.*

CAP. LX. § 137 *Cum cognitore tuo  
Apronio*] Non intellexerunt interpre-  
tes quid hoc loco ‘cognitor’ sit. Sic

quidem proprio dicebatur voluntarius susceptor alienæ litis, sed interdum latius patet, ut superius lib. II.  
 ‘datum Sthenio absenti cognitorem.’  
 Quin et honestiore vocabulo sic dicebantur delatores, tanquam qui causas fisci, atque ita populi et principis susciperent sponte ac tuerentur, cuius operæ pretium partes de proscriptorum bonis accipiebant, ut ait Gronovius lib. IV. de Pec. Vet. cap. 3. quem vide. Hinc et Manilio ‘cognitor urbis,’ est defensor urbis, ἔκδικος, σύνδικος. Sic Apronius hic dicitur cognitor Verris, qui est delator aratorum, et simul quasi causam Verris suscepit in agenda præda et furtis, ac extorquendo frumento et pecunia. *Grav.*

*Cassianum judicem*] Vide pro Roscio Amerino, cap. 30.

*Papirium Potanoneum*] Scribam, et familiarem Cæcilii, qui Verris quaestor fuit. Nominatur in Divin. *Manut.*

*Iniquum ejurare*] Ut iniqnum recusare. *Idem.*

§ 138 *Apud tres negotiatores*] Quos de conventu iudices esse noluit. Tres autem recuperatores erant. *Idem.*

*Rejicias*] Subaud. ‘sponsionis factæ disceptationem.’ *Hort.*

§ 139 *Sponsionem acceptam facere*] Pro persequi. *Manut.*

*Impudenter tollis*] Hoc sensu: Judicium fieri non vis in ea re, in qua homines, quid de tua existimatione decerneretur, exspectabant. *Idem.*

§ 140 *Quinque illa millia*] Quibus Scandilius sponsionem fecerat. *Hortensius.*

CAP. LXII. § 146 *Litteras manifestas*] Mire placet, quod hic alii excoxitarunt, *Auctoritates, testimonia, litteras: res manifestas queris. Manut.*

*Existimari vult*] Ita turpiter vivit, ut, si secura existimetur, honori sibi dñeat. At enim securæ suo dignum nomine non putant, gladiatorem vo-

cant; quod multo est ignominiosius.

*Idem.*

CAP. LXIV. § 148 *Addere*] Numero modiorum, quibus eas Apronius redemit. *Hort.*

CAP. LXV. § 152 *Panchresto medicamento*] Ad verbum, medicamento ad omnia utili et accommodato; qualis est herba, quam Panaceum, sive Panacea, indidem sumpto nomine, Graeci vocant, ut Plinius scribit. Peccuniam autem significat, qua una suos sibi omnes amicos deviuxerat. *Hotom.*

*Eductus*] In ius vocatus.

*Octavianum*] Quam L. Octavius, cum prætor esset, instituerat; et quam Romæ Metellus, &c. Porro hanc parenthesim consulto addit orator ad landem L. Octavii, qui iudex in causa Verris sedebat. ‘Habuerat,’ id est, in prætura sua servaverat. Jus istud æquissimum, et perpetuo ab ipso Metello in aliis observatum erat; sed illud ab eodem Gallius in Verrem non impetrat: hinc maxime ostenditur Metelli studium in Verrem. Causam autem cur denegaret, hanc Metellus afferebat, ‘præjudicium se,’ &c. Porro præjudicium illud est, quod, prius judicatum, sequentibus iudiciis exemplum aliquod allaturum est. ‘De capite C. Verris,’ in quem ista Apronii damnatio, propter cansarum utrinque conjunctionem, redundaret. *Hort.*

*Non ingratorum*] Salse! Hoc dicit propter panchrestum istud medicamentum, quo iste sibi eos amicos reddiderat. *Idem.*

CAP. LXVI. § 154 *Soli sumant*] Cur hoc soli sibi arrogent, ut officii sui titulum epistolis suis adscribant? uti L. Papirius ille Potamo (cap. 60.) solet epistolis suis adscribere, hoc modo, ‘L. Papirius scriba illi, aut illi S. D.’ Jocus in Papirium. *Hortensius.*

§ 155 *Apparatores*] Hoc nomine accessi, interpretes, lictores, viatores,

et alii denique omnes imperatoris ministri intelliguntur. ‘Recentes,’ qui recens in provinciam eum L. Metello venerunt. *Idem.*

CAP. LXX. § 163 *Prope centies]* Nam ex duabus summis superioribus tantum efficitur centies vices et bis: Gall. millio unus, ducenta viginti millia librarum. Sed maluit orator numerum rotundare. Verres ergo toto triennio acceperat tres miliones nostratis pecuniae; præterea sexcenta sexaginta librarum millia, frumenti decunmani, et imperati solvendi nomine. *Hort.*

§ 164 *Ex ærario] Quomodo, ‘ex ærario?’ Deposita adhuc erat ea pecunia apud eas societas, unde erat attributa; ut mox dicet. Sed quod debetnr ærario, proinde ac si in ærario esset, intelligitur. *Idem.**

§ 165 *Binis centesimis]* Subauditur, ‘menstruis.’ Quæ sunt, pro centenis, viginti quatnor in anno. Singulis Calendis pars capitinis, seu sortis, centesima, more, et legibus, creditori pendebatnr, usurae nomine. Quæ usura ideo ‘centesima’ dicebatur, quod centesimo mense sortem æquaret. At ista Verres non contentus, utpote leviori, eam duplicavit, et exegit binas centesimas menstruas ab ea publicanorum societate, apud quam posita erat illa pecunia, et pro qua, quasi pro deposito, usura nulla debebatur. *Idem.*

CAP. LXXI. *Tu] Verbum nullum est, cui hoc pronomen respondeat; sed syllepsis est non inusitata veteribus, qui sententiam magis, quam verba respicientes, post interpositam parenthesis, sic formant orationem, ac si novam quandam periodum ordiantur, ac nullam habeant superiорum verborum rationem. *Idem.**

*Gratias] Lib. II. cap. 70.*

CAP. LXXII. § 168 *Usura juvisset]* Id est, utendam pecuniam eis sine fœnore reliquisset. Juvari enim recte dicitur aliquis ea re, quæ, cum exigi

possit, non exigitur; sed ei utenda relinquitur. Planus sensus, qui tamen Gronovio non placet: immo pro usura juvisset, scribendum putat versura juvisset, id est, mutuo, et quidem gratuito: nam ‘versura,’ inquit, idem est ac mutuum, sive gratnatum, sive fœnebre. Vide De Pec. Vet. lib. IV. cap. 3. *Hort.*

CAP. LXXXIV. § 172 *Quid]* Assentior Lambino legendum censem Qui. Nam ut ille observat, non reperias ‘aliquid accedit, nt.’ *Idem.*

CAP. LXXVI. § 177 *Hereditariam quæsturam]* Malleolo quæstore mortuo. Hereditariam vocat, quod eam ut hereditatem quandam accepit, in qua lucri plurimum faceret. Lib. I. ‘C. Malleolo, quæstore Cn. Dolabellæ, occiso, duas sibi hereditates venisse arbitratus est, unam quæstoriæ procurementis, alteram tutelæ.’ *Manut.*

CAP. LXXXVIII. § 181 *Pro spectatione]* Id est, exploratione, et probatione pecuniæ. Spectatores pecuniæ alio nomine ‘nummularii’ appellabantur. Eorum diligentia erat inspicere nummos, qui ad se deferebantur, et explorare an probi essent; cuius auri; an non subærati; an æqui ponderis; an bonæ fusionis, &c. Hinc sumpta metaphora, Cherea lepide dicit se elegantem esse ‘formarum spectatorem,’ apnd Terentium in Eunuch. act. III. sc. 5. v. 18. *Hort.*

*Collybo]* Id est, permutatione. Collybus proprie significat nummulum æreum, cui bos esset impressus. Sed quia minutis hisce nummis permutteret aurum argentumque; hinc factum, ut generatiōnē pro pecuniæ permutatione dici cœperit; et latius etiam, ut hoc loco, accipitur, pro intertrimento nummorum ex permutatione pecuniæ, quæ fieri solet apud nummularium. Nam pecunia, quam quis habet, cum aut abrogata est, aut non recepta in ea provincia, in qua debet expendi, tum illa permutterat; et num-

mulario permuntanti, pro permutatione dantur nummi aliquot, lucri nomine. Quod lucrum etiam 'collybus' appellatur. *Idem.*

*Cerarium*] Erat pecunia, quam Verres exigebat pro cera, seu, pro cerasis tabulis, in quas erogatam aratoribus pecuniam scribæ referebant. Sic hodie publicanorum servi pro schedula accepti-lationis, Gall. *pour la quittance*, denarios aliquot exigunt. *Idem.*

*Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detrahebantur*] Hoc per se aperatum, fiet apertius, si dixeris de quinquaginta, verbi gratia, nummis duos nummos in lucrum scribæ fuisse detractos, ita ut, pro quinquaginta qui deberentur, arator octo et quadraginta tantum acciperet. Sic supra cap. 49. summæ decumarum Leontini tres quinquagesimas addere coacti; pro centum, v. g. millibns modium, centum et sex millia dederrunt. Nam sex millia sunt tres quinquagesimæ centum millium. *Idem.*

**CAP. LXXXIX. § 182 Dicerem]** Gloriarer illos a me coercitos fuisse.

*Hort.*

*§ 183 Adrexit*] Pecuniam. 'Certiores facti' aratores venerunt ad praetorem. Petiverunt. Censet Grævius vocem hanc, ut irreptitiam, delendam esse. 'Qui adire,' qui eos, cum ad praetorem venerint, nominati vocavit. 'Qui fiscum sustulit,' qui saccos plenos pecuniae, quæ numeranda erat aratoribus, sustinuit, et attulit. *Idem.*

*Periculaque magistratum*] 'Pericula' hoc loco sunt libelli, seu tabulæ, quibus aliquid consignatur. Magistratum administrationis tabulas scribæ diligenter conficiebant, ex quibus postea ratio istius administrationis senatui reddi posset; ideo iis, quibus illæ tabulæ committuntur, 'magistratum pericula' committi aptissime dienuntur; id est, tabulæ ex quibus senatus periculum seu documentum

capiet, recte-ne an secus provincia administrata fuerit. *Idem.*

§ 184 *Noli hos colligere*] Similes Verris scribæ, quem orator scenicum fuisse significat, ineptum quidem, et ex iis maxime qui exploderentur; sed qui tamen ab iis qui suas opes in ludos profundeant, scenicisque corollaria præbebant, locupletatus, locum in aliqua scribârum decuria coëmerat. 'Nepotes' ii dienuntur, qui temere et inconsulte largiendo; qui epulis, ludis, compotationibus, patrimonia sua effundunt. Hi solebant, in theatro sæpe, ad ostendendam suam liberalitatem, pecunia, aut aliis munieribus histriones donare. 'Corollarium' dicitur id, quod additur præter debitum. Fit a corollis, quæ actoribus, cum placuerant, in scena olim dari solebant. *Idem.*

*Cum decuriam*] Id est, locum in aliqua scribârum decuria. Porro 'decuriae' erant collegia, in quibus librarii, scribæ, lietores, viatores, nomenclatores, accensi magistratum Romanorum censebantur. *H. Valesius ad Amm. Marc. lib. xx.*

*Explosorum*] Histriones, cum eorum actio, aut pronuntiatio non probatur, exsibilantur, et exploduntur. In iis fuisse videtur scriba Verris, antequam decuriam emeret. Primus ordo explosorum deterrios significat histriones; in quo festive Cicero, cum videtur landare, dicens, 'primus ordo,' vituperat, subjungens 'explosorum.' *Manut.*

*In secundum ordinem*] Is est eques-ter ordo. Primus erat senatorius. 'Se venisse dicunt,' non quod revera- venerint; sed quod venisse se sibi videantur; quia decuriam emerint, unde in equestrem ordinem ascendi solet. *Idem.*

*In eo ordine*] Senatorio. *Manut.* Interpretabatur Grævius de scribis, quorum ordinem honestum esse modo dixit Tullius. Sed cum refellunt ipsa Ciceronis verba. Quis enim dicat pa-

tere dignitati ordinem, quo cnivis licet pretio pervenire? *Hort.*

CAP. LXXX. *Catoni]* Judicatus est Cato de provincia prædatus fuisse ad sestertium decem et octo millia, (Gall. 1800. *liv.*) atque nulla dignitatis hominis, aut tenuitatis pecuniae habitatione, ut eam restitueret, condemnatus est. Consul fuit C. Cato anno 639. Ex consulatu Macedoniam administravit, ex qua repetundarum est damnatus. *Idem.*

§ 185 *Donasti]* Atque equitem fecisti; nam annulus erat equitum Rom. insigne. *Idem.*

§ 187 *Ut esset unde scriba tuus]* Ut census equestris tuo scribæ conficeretur, unde jus haberet annuli illius gestandi, qui muneric ac beneficii tui est. Census equestris sestertium erat quadrungentorum millium, Gall. 40000. *liv.* *Idem.*

CAP. LXXXI. § 188 *De æstimato]* De quo hæc habe. Dabat prætori provincia frumenti, in cellam, seu ad usus domesticos, certum modiorum numerum; quorum singuli quaternis sestertiis solvebantur aratoribus, ex senatus-consulto. Licebat prætori pro frumento pecuniam, si vellet, accipere; non illam solum ex senatus decreto constitutam, sed tantam quantam in singulos modios ipse pro jure suo constituerat. Itaque in ea re, ut ait Asconius, avarissimi quique prætores infinitam pecuniam contrahebant, iniquum pretium sociis imperando. *Idem.*

*Denariis ternis]* Quaternis sestertiis, Gall. 8. *ass.* in modios singulos erat senatus æstimatio; pro ea denarios ternos, Gall. 24. *ass.* Verres exegit ab aratoribus. *Idem.*

§ 189 *Non ex æstimatione]* Non ex eo Verrem reprehendo, quod frumentum æstimarit; quia id jam ante ab aliis factum scio; neque ex eo maxime, quod ternos denarios pro singulis modiis acceperit; potuit enim in caritate annonæ modius tanto

æstimari. Sed ex eo illum reprehendo, quod modiorum, qui dari debent, numerum auxerit; et quod, in vilitate annonæ, modiorum singulorum æstimationem ad ternos denarios produxerit. Hoc crimen est. Atque adeo non avaritiam prætoris, sed ejus impudentiam, quod illa coauctio consuetudinem, leges, et instituta violarit, accuso. Porro, ‘annonæ,’ pro frumento prætoris annuo sumitur hoc loco. Nam alias rerum omnium ad victimi pertinentium, sed maxime rei frumentariæ proventum annum significat. Annoram veteres pro Dea coluerunt. Declarat inscriptio vetus, ‘Divæ Annouæ,’ apud Voss. in etymol. et ‘Aunouæ Sanctæ,’ apud Gruter. p. 81. *Hort.*

CAP. LXXXIII. § 191 *Philomelione Ephesum]* An a Philomelio, verbi gratia, urbe Phrygiæ, ultra montes posita, Ephesum usque portandum erat frumentum? quod iter passum ducentorum triginta millium difficile vecturis faciunt anfractus diversi, variisque flexus Mæandri. *Idem.*

*Video]* Scio frumenti pretium non idem esse omnibus in locis: potest enim pluris esse Ephesi, quam Philomelii. *Idem.*

CAP. LXXXV. § 196 *Frumentum]* Dialogismus prætorem inter et aratorem. ‘Optime,’ inquit arator. ‘Modium,’ ait prætor, emanū denario, seu quatuor sestertiis. ‘Benigne,’ &c. ait arator. ‘Vendere,’ subanditur, hic in provincia. ‘Mihi,’ &c. verba prætoris. ‘Nani,’ pro sed. ‘Me ad denarios,’ &c. me pecuniam pro frumento accepturum. ‘Necesse est,’ ut ego dem pecuniam. ‘Video esse,’ inquit Verres. ‘Quid ergo,’ verba aratoris. ‘Dederit,’ quos possis retinere; et cum frumentum sit vilius. *Hort.*

*Quid poscat]* Verba Ciceronis. ‘Quaternos II-s,’ verba Verris. ‘Quid postea?’ verba aratoris. ‘Quid,’ ait prætor. *Idem.*

§ 197 *Qua ratione*] Verba aratoris. ‘Quid quæris?’ verba Ciceronis, inserta dialogismo. ‘Inquit ille,’ id est arator. *Idem.*

§ 198 *Ultero*] Id est, nulla causa, nullo nomine, sed pro Verris ipsius libidine, ablatum est. *Idem.*

CAP. LXXXVI. § 199 *Habet idem*] Facultates in nummis sive in fœnore positis, sive in area reconditis. Idem habet villas et prædia. Porro ‘urbana prædia’ jurisconsulti appellant, inquit Hotomanus, omnia ædificia, quamvis in villa sint. *Idem.*

CAP. LXXXVIII. § 206 *Ob jus dicendum ... ob judicandam rem*] Hæc

duo differunt: illo, tota Verris prætura urbana significatur; hoc vero, Sopatri et Sthenii damnatio intelligitur, de qua fuse actum est libro superiore. *Idem.*

CAP. XCII. § 215 *Quos tu*] Subauditur, ‘cum essem quæstor.’ *Hort.* Describere autem, significat distribuere, dispartiri. *Hotom.*

CAP. XCVIII. § 227 *Lege et conditio-*  
nē] Ea lege et pactione, qua in amicitiam pop. Romani recepti sunt. Conditio pactionem significat. *Hotom.* Vetus, *lege et consuetudine tra-*  
hantur. Nannius.

## LIBER IV.

CAP. I. § 1 *Neque textili*] Sic ediderunt Grævius et Verburgins. Itaque aut ex priore membro subintelligenda est præpositio, *in*; aut, quemadmodum in libris est, teste Grætero, iteranda, hoc pacto, *neque in tabula, neque in textili*. Picturæ in tabula, sunt Gall. des tableaux: picturæ in textili, Gall. des meubles en broderie de petit point. Sunt ornamenta quæ acu pinguntur in textili, hoc est, in panno e lana, &c. contexto. Nam, ‘textile’ hic est substantivum, ut apud Liv. XLV. 35. ubi habes ‘regia textilia.’ Legebant Victorius, Nego ullam picturam, *neque in tabulis, neque textilem fuisse*; quod non mihi sane displicet. Cur enim Cicero minns recte dixerit ‘picturam textilem,’ quam Virgil. Æn. III. 483. ‘picturatas vestes?’ id est, pictura decoratas, inquit Servius; ea nimis, quæ lana diversi coloris, et acu efficiuntur. *Hort.*

§ 2 *Quod ad oculos, animumque acciderit*] Vict. et Man. *Quod oculos animumque accenderit*, id est, cupiditate permovevit. *Camer.*

§ 3 *Cum apud tuos Mamertinos inve-*  
*nire*] Sic habent omnes editi libri.

Puto tamen legendum *inveniere*, ut respondeat τῷ ‘perspicietur,’ quod præcedit. *Hort.*

CAP. II. § 4 *Sacrarium*] Domesticum, seu Lararium, in quo Lares, et Dii domestici colebantur. Solebant ibi veteres nou Deorum tantum, sed magnorum quoque virorum, aut eorum quos præcipue admirarentur, imagines habere. Sueton. in Vitel. cap. 2. Lampr. in Sever. cap. 29. *Idem.*

*Idiotas*] Græca vox, privatos significans. At quia privati homines usu magnarum rerum carentes, eorum judicium nullum adipiscuntur, ‘idiota’ sæpe usurpatur, uti hic, pro imperito. *Idem.*

*Praxitelis*] Insignis fuit statuaris, natione Græcus; dnabns præcipue Veneribus, quas e marmore fecerat; et quarum unam Coi, alteram Cnidii ab ipso artifice emerunt, nobilitatus. Plinius, XXXIV. 19. et XXXVI. 4. ed. Hard. Floruit Praxiteles circa annum 360. ante Christum. *Idem.*

*Ejusdem modi*] Il est, marmoreum etiam. Cupidinem illum, e marmore Pentelico, Praxitelis operum præstantissimum, Phryne meretrix ab

ipso Praxitele dono acceptum, Thespiis, patriæ suæ, donavit. Aihen. lib. XIII. Quo astu mulier ab ipso artifice expresserit hoc signum, operum illius absolutissimum, docet Pausan. in Att. cap. 20. Phrynen, inquit, amabat Praxiteles. Illa cum ab hoc sibi depoposcisset statuam, quæ esset ejus operum pulcherrima, non sane renuit Praxiteles; verum quia ipse de suis operibus iudicium facere pertinaciter recusabat, hoc astu id ab eo mulier expressit. Subornavit servum, qui accurrens nuntiaret, Praxitelis officinam igne correptam conflagrare, bonamque ejus operum partem jam flammis haustum esse; non omnia tamen adhuc periisse. Ibi tum exanimatus Praxiteles foras exsilit, et, 'Actum est,' inquit, 'de laboribus meis, si Satyro et Cupidini flammæ non pepercerunt.' Tum Phryne eum bene sperare jubet; nihil triste ait accidisse; sed illum dolo cogere voluisse, ut, quod pulcherrimum operum suorum esse judicaret, confiteretur. Atque ita sibi illa Cupidinem delegit. *Idem.*

*L. Muminius]* Qui, excisa Corinthio, de Achæis triumphavit anno 608. et Achæicus est appellatus. *Idem.*

*Thespiis ea]* Turneb. emendabat, *Thespiadas*, hoc est Musas, a Thespiis, Bœotiae oppido.

*CAP. III. § 5 Myronis]* Natus Eleutheris, Bœotiae in oppido, Atheniensi drinde civitate donatus est; quare Atheniensis a Pausania semper appellatur. Statuarius fuit insignis, quem nobilitavit maxime buculla ex ære, in quam epigrammata Græca diversorum poëtarum, plenissima elegantiæ ac leporis, ferme quadraginta reperies in Anthologia IV. 7. Varia Myronis opera recenset cum laude Plin. XXXIV. p. 650. edit. Hard. *Hort.*

*Canephoræ]* Cereris ministræ. Alii et hic, et infia cap. 8. *Canephorus*

legunt, Græcorum more, apud quos illæ virgines Κανηφόραι dicebantur.

*Polycletum]* Statuarius fuit celebris: floruit iisdem, quibus Myron, temporibus. Ejus opera recenset Plin. XXXIV. p. 650. *Hort.*

§ 6 *Commodis hospitum]* Rebus, quas hospites comodabant. *Idem.*

*CAP. IV. § 7 Ad hereditatem sacrorum non quærebat meretricis heredem]* Romæ unaquæque familia sua sacra, gentis suæ propria, habebat, quæ gentilitia vocabantur, et perpetua esse jubebantur lege XII. Tabul. Itaque bonorum heredem, sacrorum quoque heredem esse oportebat. Cicero de Legib. lib. II. *Hot.* Vetus editio et Pall. an hereditatem sacror. Grut. in hereditatem. Cujacii liber, in hereditate, quod videbatur probatum Gulielmo. Grut. In hereditate est in Regio quoque, ut omnino legendum, et post sacrorum interpungendum cum Regio et Francii libro, se relictum sciebat in hereditate sacrorum. In hereditate, in qua cernenda sacra quoque illa gentilitia fuerunt ei obeunda. Inter quæ fuit etiam cultus hujus Cupidinis. Græv. Tibi, ut Grævium separaris, auctor sum. Religio tamen mihi fuit, a lectiope, quam tueruntur principes nostri editores quatuor, discedere. *Olivetus.*

*CAP. V. § 9 Si qui]* Nota syllepsim. Nam, 'qui' non refertur ad τὸ 'mancipium,' ut videtur; sed ad vocem, 'servus,' quam animo concepit orator, cum hæc scriberet. Vide Sanctii Min. lib. IV. cap. 10. An licebat, inquires, si quis servus Romæ, antequam prætor proficiseretur, esset demortuus, alterum in ejus locum emere in provincia? nimime: verum id licebat tantummodo, cum servus erat in provincia mortuus. *Hort.*

*CAP. VI. § 12 Cupidinem Praxitelis]* Juvat me audire Cupidinem Praxitelis non pluvis aestimatum et emptum a Verre fuisse, quam mille

sexecentis sestertiis. (Gall. 160. liv.) Sed totus hic locus per ironiam tractatur. Notum ex Plinio quanti articulum illorum opera olim aestimarentur. Narrat lib. xxxvi. pag. 726. regem Nicomedem voluisse a Cnidiis mercari Venerem ejusdem Praxitelis, de qua infra, cap. 60. totum aës civitatis alienum, quod erat ingens, dissolvendo. Idem narrat lib. xxxiv. pag. 650. de Polycleto, ‘Diadumenum eum fecisse juvenem, centum talentis (Gall. 24453. liv.) nobilitatum.’ *Idem.*

CAP. VII. § 15 *Sola laudat*] Oratione: nam et Syracusana etiam civitas, inquit Manutius, Verrem laudavit. Infra, cap. 63. et Divinat. cap. 4. Sed decreta tantummodo hæc laudatio fuit; soli enim Romanam ierunt laudandi causa Mamertini legati. Itaque Tullius vere dicit, ‘sola laudat.’ *Idem.*

*Neforte*] Joci genus; quasi civitas id spectaverit, cum legatum misit; quod ei certe propositum non fuit. Ipse tamen utrumque fecit, et faciet. *Manut.*

CAP. VIII. § 17 *De cybea*] Erat navis oneraria rotunda, Siclo nomine sic appellata, quasi ‘cypea,’ a cupæ similitudine: sed et ‘cupa,’ unde cybea nomen est sortita, genus navis est, teste Hesychio. Vide Turneb. Advers. xxv. cap. 5. Quadratam eam navem fuisse volunt, qui cybeam deducunt a Græco κύβος, cubus, qui corpus est ex sex lateribus æquali latitudine planicierum quadratum. Vitruv. Præf. lib. 5. At naves quadratas veteribus cognitas non fuisse contendit Grævius ad hunc locum; et dubitat an non scribi debet *cymbia*, pro τύφα *cybea*. *Hort.* Cur non a ‘cymba’ formetur a Græcis Siculis ‘cymbia,’ genus navis paulo majoris? *Græv.*

§ 18 *Quia dixit*] Subanditur, Hejns in prima actione. ‘Tempore dato,’ nactus occasionem querendi. ‘Prox-

imus fuit religioni suæ,’ id est a sua religione non discessit. Notanda locutio. Sic Phædrus, lib. 1. fab. 10. ‘Negabat illa se esse culpæ proximam,’ id est, ream. *Hort.*

*Ignominia*] Decreto nimisrum, quod senatus Mamertinus daret, quo pœna constitueretur in eum, quasi contra voluntatem fecisset ejusdem senatus, cum de Verre apud senatum Romanum questus est. *Idem.*

CAP. IX. § 19 *Ingratis*] Invite: pro quo comici dicunt *ingratiis*. *Græv.*

§ 20 *Procedat*] Succedat ex animi tui sententia. Metaphora sumpta de histrionibus, numerum in motu servantibus. Parad. 3. circa finem, ‘Histrio si paulum se movit extra numerum, exsibilatur, et exploditur.’ *Manut.* Vel, hæc laudatio unius civitatis sit tibi pro numero decem civitatum, qui numerus in istiusmodi laudationibus usitatus, et quasi legitimus est. *Hotom.*

*At publice commodasti*] Si minus singulis civibus, tamen universis profuisti: rempub. enim eorum adjuvisti, cum ei quod populo debebat, remisiisti. *Grut.*

CAP. X. § 21 *Phaselis illa*] Urbs est Pamphyliæ nobilis, olim piratarum receptrix, qnam Strabo, Geograph. lib. xiv. Zeniceti piratae fuisse scribit: qui, cum Olympum montem Servilius Isauricus cepisset, sese cum universa domo cremavit. *Hotom.*

§ 22 *Huic Mamertini irati fuerunt*] Applicantur ab aliis isthac Verii; nos Catoni accommodanda duximus. Sane Lambinianus codex, item Cujacianus, neccnon Gruterianus, (adde Reginm) haud agnoscunt illud negativum hactenus vulgatarum, *irati non fuerunt*; itaque expunxi. *Grut.*

§ 24 *Verrea*] Dies festus, in honorem Verris institutus. *Manut.*

*Cruix*] De qua libro v.

CAP. XI. § 25 *Pompeii sunt*] Id est, vocantur; quia cives Romani et

ipsi per Cn. Pompeium facti, ejus nomen etiam de more sumpserunt. *Hort.*

**Frater]** Patruelis, qui cum Cicero in Siciliam ad inquirendum in Verrem profectus est. *Manut.*

**In minucendo]** Frane. *imminuendo honore*, ut et nonnulli editi. Solet Tullius in his loquendi generibus, quæ frequenter apud eum occurrunt, omittere præpositiones. *Græv.*

§ 26 *Quorum civitati]* Id est, Quibus invidetis, quia jam cives Romani sunt. ‘Incolis vestris,’ civibus Romanis qui apud vos in urbe vestra habitant. Incola dicitur qui urbem habitat sine civitatis iure. *Hort.*

**CAP. XII.** § 27 *Quid]* Ordo est, Quid? oblitus es ab eodem Hejo emere, hoc est, in tabulas referri jubere, te emissæ illa peripetasmata (*Gall. des tapisseries*) Attalica, id est, auro intertexta, qualia rex Asiae Attalus primus invenit. Plin. VIII. p. 476. ‘Emere oblitus es!’ facete. Licut emere, seu emptionem simulare, ‘eodem modo,’ Hejuni cogendo nimurum ut scriberet in suis tabulis, tibi a se illa vendita fuisse, quemadmodum iussus a te scripserat, signa; id est, Cupidinem et Herculem se tibi vendidisse. *Idem.*

§ 29 *Phaleras]* Ornamenta equorum et equitum. Vid. Hard. ad Plin. VII. p. 390.

**CAP. XIII.** § 30 *Cybira]* Cybira, unde Cybiratae, urbs fuit Ciliciæ, in qua Verres fuerat, Dolabellæ prætoris legatus. *Hort.*

**Inanibus syngraphis]** Interpretor, eas, ex quibus exigi nihil jam potest, quia solutione liberatae sunt. Auctorem sequor Ulpianum, Digest x. tit. 4. l. 18. ubi ait ‘solutione chirographo inani facto;’ ad quem locum Gothof. Inane fit chirographum, solutione debiti facta creditor. *Idem.*

**CAP. XIV.** § 32 *Hydriam]* Magnum erat vas aquariorum; vel etiam vino servando idoneum, plerumque

lapidenum. ‘Est certum genus Ophitis, ex quo vasa etiam, et cados faciunt. In Siphno lapis est, qui cavitur, tornaturque in vasa coquendis cibis utilia, vel ad esculentorum usus.’ Plin. lib. xxxvi. p. 752. Urnarum lapidearum ineminit Homerus Odyss. lib. XIII. vers. 105. Illam Pamphili et argenteam, et cælatam fuisse, verba Ciceronis faciunt ut credam; quia ejus et opus, et pondus memorat. *Idem.*

**Boëthi]** Sculptoris, de quo Plinius xxxiii. 12. et xxxiv. 8.

**Sigillatos]** In quibus sigilla quædam insculpta sunt, ut Deorum, et animalium. *Hotom.* Non fuerunt insculpta, sed sigillis, hoc est, incunulis ex ære aut argento factis ornata. Sigilla enim sunt parva signa, seu parvae statuae. *Græv.*

**CAP. XVI.** § 35 *In donatione histrionum]* Significat, opinor, largitiones, quæ histrionibus fieri solebant, si qui præter cæteros populo placuerint. *Hotom.*

§ 36 *Compone]* Ede mihi scripta simul haec tria; quid argenti pararis in Sicilia, unde quidque emeris, quanti emeris. *Manut.*

**CAP. XVII.** § 37 *Promptissimi hominis]* In agendis rebus. *Idem.*

**Meusam citream]** Ejusmodi mensæ maximo erant in pretio. Memoratur illa Ciceronis empta H-s decies. (*Gall. 100,000. liv.*) Plinius, XIII. 29. ubi disserit de mensarum illarum dotibus, et insania. *Hort.*

**Scaphia cum emblematis]** Scaphia, sunt scyphi instar seaphæ facti. *Hot.* Emblemata sunt signa, seu sigilla Deorum, hominum, animalium, quæ pateris, scyphis, aliisque vasis poterant inseri, et ab iis revelli, et aliis rursus illigari. Vid. Salmas. Exerc. Plinian. p. 736. ed. nov. *Græv.*

**CAP. XVIII.** § 38 *Toreumata]* Non est idem sculpare et cælare. *Tōpeυμα* Græcis proprie argentum cælatum. Cælatura autem extantes figuræ os-

tendebat, et extra corpus materiæ prominentes. Sculpebantur vero, quæ cavabantur. Hodie fere tantum scalpitur et cavatur argentum, ex quo pocula fiunt: apud veteres tamen frequentius cælabatur argenteum figuris extantibus. Salmas. in Exerc. Plin. ubi vide plura. *Idem.*

*Heraclea]* Lambinus, aliisque hand ignobiles critici malunt *Thericlea*, sive *Thericlia*, ab inventore seu artifice Thericle, de quo Plinius et Pausanias. Vulgatae adhæret Turneb. Advers. VIII. 10. Vide item Salmasii Exerc. Plin. p. 734.

*Mentoris]* De quo Plin. XII.

§ 39 *Salutem viri]* Amphiarai vatis: quem latentem, ne ad bellum Thebanum iret, quod ibi se peritum ex anguriis noverat, aureo monili corrupta uxor Polynici prodidit. *Manut.*

CAP. XIX. § 40 *Vasa collegerat]* Vasa, id est, impedimenta, milites colligunt castra moturi: jocus est, quia sua vasa, id est scyphos, Diodorus abstulerat. *Idem.*

§ 41 *In Sthenio]* De quo in Verr. Act. I. cap. 34.

*De reis eximit]* Diodori absentis nomen, quod reorum in album referri jusserset, delet. *Hort.*

CAP. XX. § 42 *Equuleos argenteos nobiles]* Equulei sunt pulli equini: sunt etiam tormenta quædam: hic videntur esse vasa cælata, cum aliqua fortasse equi forma, unde nomen acciperint. Subjungit enim infra de his ipsis equuleis, ‘Vende mibi vasa cælata.’ *Manut.*

*Qui Q. Maximi fuerant]* Vide, ne rectius legatur *qui que maximi fuerant*, hoc est, pretiosissimi, qui que venire potuerant plurimo. Adjuvat conjecturam Priscianus, qui hæc laudat in fine libri III. *qui que maximi fuerant*. Gulielmus. Accedit his Regius, in quo, *qui que maxime fuerunt*. Græv.

§ 43 *Credo, etiam tabulæ proferentur]* Ita ediderunt omnino omnes, et

ipse Hortensius; cui tamen, hæc eadem retractanti, venit in mentem apponere notam quietis post verbum *Credo*, loco modo. Dicit Verres, ‘Emi: pecuniam solvi:’ respondebit Cicero, ‘*Credo.*’ Addet Verres, ‘Etiam tabulæ proferentur,’ id est, proferam tabulas, quibus confirmabo ea me emisse. Refert Cicero, ‘Est tanti,’ &c. Quovis modo legatur, vide hic subesse ironiam. Qui enim Verres annorum illorum tabulas proferat, quas jam se confessus est nullas habere? *Oliv.*

CAP. XXI. § 46 *Patella, &c.]* Vide de Turneb. Advers. lib. VIII. cap. 10. *Idem.*

CAP. XXII. § 49 *Parum]* Hoc est, sine emblematis. *Manut.*

*Purus]* Nudus, inanis.

*Quasi festivum acroama]* Acroama Græce auditionem significat; Latini pro festiva narratione, et pro eo item qui festiva narratione auditorum animos exhilarat, usurpant. Tales plerumque adhiberi solebant locupletum conviviis, qui convivarum animos exhilararent; iisque dari corollaria solebant. *Hotoman.* Vide Plutarch. *Sympos. Problem.* lib. VIII. 8.

*De loco]* De tribunali. Hoc additur, non ad veritatem, sed ad amplificationem. *Hort.*

CAP. XXIII. § 50 *Proagorum]* Proagorus est Dorica ratione, quam Latini æmulantur, et Siculorum lingua erat; qui ab aliis προήγος dicitur, qui princeps est, et ante alios verba facit. *Turn. Ad.* VIII. 10.

CAP. XXIV. § 53 *Ut ipse]* De industria mea detrahant; quæ nulla est in hac accusatione, in qua omnia sunt summæ facilitatis. Illos ego accusatorum nomine vere dignos fuisse puto, qui occulta hujusmodi hominum furta perquirere cogerentur. *Hort.*

*Dicis causa]* Usurpatur a veteribus pro, ad speciem; ut vere, ac serio factum videretur id, quod simu-

latione quadam factum erat. *Manut.* De hoc ipso admonere item debuerat *Orat.* pro *Murena*, cap. 12. ubi hæc verba, ‘sed anne tu dicis causa vindicaveris,’ quæ dicit intelligi non posse, poterant similiter explicari. *Oliv.*

§ 54 *Cælatores*] *Vascularii* sunt, qui vascula ex puro, hoc est, sine sigillis, argento faciebant; *cælatores*, qui sigilla vasculis aureis et argenteis includenda, cælabant. *Salmas.*

CAP. XXV. § 56 *Ad sellam*] In qua sedebat ipse prætor. *Manut.*

§ 57 *Aliquot abacorum*] Cum singuli abaci vasa multa capiant. *Idem.*

*Faceret rasa*] Est colligeret, conquireret, ut ‘facere rem,’ ‘exercitum.’ *Græv.*

*Ut hic*] Verres totam verrendo Siciliam probavit Verris nomen recte inditum sibi fuisse; sic Pisonis diligentia probavit non injuria illum Frugi cognominatum fuisse. *Hort.*

CAP. XXVI. § 58 *In cretula*] Et cera, et creta in obsignandis litteris veteres utebantur. Asiaticam cretam, qua publicani uterentur, Cicero nominat in *Oratione pro Flacco*. *Manut.*

§ 60 *Lectos æratos*] Cubiculares, et tricliniares erant lecti; illi, nocturnæ quietis causa; hi, unde cibum accubantes caperent; qui primum lignei, ut rnde, expersque deliciarum priscum seculum fuit; deinde, corruptis peregrino luxu moribus, ærati, postremo etiam eburnei, argentei, aurei fuere. Et cum ait Plin. xxxiv. 111. Cn. Manlium, devicta Asia, triclinia ærata, abacos, et monopodia primum invexisse triumpho suo, quem anno U. C. 567. duxit; lectos æratos, qui ponebantur in tricliniis, significat, non ipsa triclinia, quæ partes ædium erant, et conclavia dicebantur, a cubiculis diversa, in quibus non cœnabatur. *Idem.*

CAP. XXVII. § 61 *Reges Syriæ*] Antiochum, et Seleucum intellige; quorum ille Asiaticus, quod in Asia

fuerat educatus; hic Cybiosactes, dictus est, quem Berenice, Ptolemæi Auletis filia, ad Ægypti regnum vocatum, non multo post interfecit. Antiochum, cognomento Asiaticum, et Callinicum, et Comagenum, Syriæ regem xxvii, et ultimum, Lucullus, pulso Tigrane, qui Syriæ regnum tenuerat annos octodecim, in avitum regnum restitui passus est, quod ei postea Pompeius ademit, et Syriam in provinciæ formam rededit, postquam in ea regnum fuit, teste Eusebio, annis 250. Antiocho autem Comagenen provinciam in regnum reliquit. Sed ista aliquot annos post Verris præturam Siciliensem evenerunt. *Vaillant*, Hist. Reg. Syr.

*Antiochi*] Cognomento Eusebis, seu Pi. Fuit Antiochi Cyziceni filius; matrem Cleopatram, quam Tryphœna interfecit; Selenen habuit uxorem. Circa annum Romæ 678. obiisse videtur. *Idem*, Can. Chron. Historiæ Regum Syriæ.

*Nuper*] Anno Urbis 680.

*Obtinebant*] Id est, obtinere debabant, utpote paternum, et avitum. Nam revera Syriam obtinebat adhuc, cum ii Romam venerunt, Tigranes: et obtinuit, donec quadriennio post, pugna infeliciter commissa cum Lucullo ad Tygranocertam, pridie nonas Octobr. auno Urbis 684. cæsoque ejus exercitu peditum 250,000, equitum 50,000, Syriam reliquit, quam statim Antiochus, non invito Lucullo, recuperare conatus est. *Hort.*

*Regnum Ægypti*] Quod tenebat Ptolemæus Auletes, Ptolemæi Soteris II, seu Lathyri, filius nothus; heres regni non legitimus. Is, ut Selenes filios Romæ esse, et a senatu Ægypti regnum postulare cognovit, per primores civitatis, quos muneribus suis corruperat, effecit, ut ne de possessione sua dejiceretur. Itaque Syri fratres re infecta discesserunt. *Vaillant*, Hist. Ptol.

*Ad Selenen*] Selene filia erat natu

minima Ptolemæi VII, qui dictus est Evergetes II, vulgo Physcon, et Cleopatrae. Physcon præterea duos ex eadem Cleopatra uxore suscepserat filios, Ptolemaeum Lathyrum, et Ptolemaeum Alexandrum. Regnavit in Ægypto, post Physconis mortem, Lathyrus, cui frater successit Alexander; quo mortuo, Alexandrum secundum, hujus filium, Ægypti regem Sylla instituit. Is autem anno sexto regni sui pulsus, Tyrum secessit, ubi mortuus est sine liberis, saltem legitimis. Regia stirps igitur cum in eo deficeret, regnum ad Selenen, Physconis filiam, et ad ejus filios pertinere existimabatur. *Idem*, Hist. Ptolem.

*Temporibus reipublicæ*] Ratione negotiorum, quibus tum res publica distinebatur. Intelligit orator dno bella difficillima, quæ tunc in Asia contra Mithridatem, et in Hispania contra Sertorium, gerebantur; quo prætextu per senatum, quem sibi jam Auletes largitionibus suis conciliaverat, exclusi fratres, re infecta, discesserunt. *Idem*, ibid.

§ 62 *Trulla*] Quid fuerit trulla præcise apud veteres, non satis liquet: aliter ab aliis definitur. Certe diminutivum est a 'trna,' quod est ingens cochlear, quo cibus in ollis inter coquendum agitatur. Puto trullam hic sumi, aut pro vase potorio, *une coupe*; uti et apud Horat. II. sat. 3. 144. (Vide Alex. ab Alex. III. 10. et ibi Tiraq.) aut etiam pro pelvi (Gall. *un bassin à laver*). Narrat enim Plinius, tom. II. pag. 767. T. Petronium, cum jam esset moriturus, trullam murrinam, trecentis talentis (Gall. 733,000 *liv.*) emptam, fregisse. Ad quem locum Harduinus trullam interpretatur ex glossis *un bassin à laver*: et pag. 769. ait idem Plinius trullam unam crystallinam sestert. CL millibus (Gall. 15,000 *liv.*) emptam fuisse; vertit idem doctissimus interpres, *un bassin de cristal*. Quod

autem trullam istam ex una gemma fuisse ait Cicero, non est quod a vero credas abhorrire, quasi nulla gemmarum magnitudo ad hanc amplitudinem accedat; siquidem Pompeius tertio suo triumpho, quem de piratis egit, transtulit alveum lusorium (Gall. *un damier*) e gemmis dñabus, latum pedes tres, longum pedes quatuor. Plin. lib. XXXVII. cap. 6. *Hort.*

CAP. XXXI. § 69 *Q. Catule*] Ædes Jovis Capitolini conflagravit anno Urbis 670. Ejus restituendæ curam Sylla, tum dictator, suscepit; eoque fatis prærepto, dedicavit Q. Catulus, qui sedebat in causa Verris judex. *Fer.*

CAP. XXXVII. § 81 *Næ ista præclara nobilitas desinat queri*] Ironice dictum, et acerbe. In locum veniam hominis nobilis, sed ignari et inertis; neque tantum reipublicæ, verum etiam familiæ generisque sui dignitatem negligentis. Ut præclara ista nobilitas causam habeat semper conquerendi, quod populus Romanus hominibus novis atque industriis honores mandet, nobiles inertes prætereat. *Hotom.*

CAP. XLIII. § 93 *Etenim iste*] Placeat Hotomani conjectura totam hanc periodum loco motam fuisse; et aliquanto superius reponendam, inter illa scilicet verba 'clam fecisset: cum ad suum scelus,' &c. et parenthesi includendam, hoc modo, *Quod iste, judices, cum clam fecisset: (etenim iste Agrigentii, credo, propter, &c. usque ad illa verba, aut tollere que placebant) cum ad suum scelus illud, &c.* *Hort.*

§ 94 *Osculari*] Hunc in precando osculandi morem expressit Homerus, Iliad. A. 501. ubi Junonem Jovem precantem inducit. De mento Plinius lib. XI. cap. 45. 'antiquis Græciæ in supplicandis mentum attin gere mos erat.' *Hotom.*

*Intempesta*] Ita dicitur nox media,

qua nihil agi tempestivum est; seu  
qua omnia quiescunt. Vide Serv. ad  
Æneid. III. 587. ubi noctem in tem-  
pora septem distribuit. *Hort.*

CAP. XLIV. § 96 *Chrysas*] Ex  
auctoritate veteris quod est apud me  
numismatis, scribendum est *Crysas*  
sine aspiratione. In ejus autem nu-  
mismatis una parte imberbis juvenis  
caput redimitum, prolixa cæsarie,  
quale Apollinis, impressum est cum  
titulo ‘Assoru,’ pro Assori, ut ‘Me-  
nandru,’ pro Menandri, herois (ut  
opinor) ejus, a quo Assorina civitas,  
quod ab eo condita fuerit, nomen  
acepit: in altera parte hoc ipsum,  
quod describit Cicero, *Crysæ* fluvii  
simulacrum incisum est, dextra ma-  
nu urceolum retinens, sinistra copiæ  
cornu, descripto nomine ‘*Crysas*,’  
sine aspiratione. *F. Ursinus.*

*Æditui, custodes*] *Æditimi* legen-  
dum, et ita est in libris manuscriptis.  
Idem autem valet *æditimi* quod *ædi-  
tui*. De qua voce lege Gell. lib. XII.  
cap. 2. *Lamb.*

§ 97 *Matris Magnæ*] Cybeles.

CAP. XLV. § 100 *Quid esse*] *Lamb.*  
et plaus quidem, *quid esset factum*;  
*quemadmodum arbitrarentur signum es-  
se ablatum.*

§ 102 *Virorum*] Non dubito quin  
virginum reponendum sit: nam, (ut  
supra dixit) ‘sacrum hoc per virgines  
ac mulieres confici solebat.’ *Hotom.*

CAP. XLVII. § 104 *Per tabellam*] Ju-  
dices olim sententias voce dice-  
bant; at Lucius Cassius, tribunus  
plebis, anno 616. tulit legem de suf-  
fragiis, seu tabellariam, qua sanctum  
est ut sententiæ deinceps per tabel-  
las ferrentur. *Hort.*

*Earum autem rerum inficiandi*] No-  
tanda locutio: ‘ facultatem earum  
rerum inficiandi,’ pro ‘eas res;’ cu-  
jus locutionis similes aliis quibusdam  
locis observavimus. *Hotom.* Vide  
Sanetii Minervam lib. III. cap. 8.  
et Gerard. Vossii in Aristarch. de  
Constructione librum, cap. 53. *Græv.*

CAP. LIII. § 119 *Prylaneum*] Pry-  
tanea Græcorum erant Vestæ sacra,  
in cuius honorem perpetuus ibi ignis  
fovebatur. Nulla autem urbs fuit  
tota Græcia, quæ suum prytaneum  
non haberet. Vid. Casanb. ad Athen.  
xv. 19. et Ezech. Spanhemii dis-  
sertationem de Vesta et Prytaneis.  
*Græv.*

*Tycha*] A Græco τύχη, fortuna;  
*Dorice τύχα*. *Hort.*

*Neapolis*] Id est, Nova Urbs.

*Temenites*] Ita dictus a loco, qui  
τέμενος dicebatur. Vide Stephan.  
*Lamb.*

CAP. LV. § 123 *Syracusanus*] Sic  
habent libri editi: verumtamen ne-  
scio an non legendum sit *Syracusani*,  
in dandi casu: quo modo Virg.  
Æneid. I. 462. dixit, ‘et sævum am-  
bobns Achillem.’ *Hort.*

CAP. LVI. § 124 *Argumenta erant  
in valvis*] Argumenta eodem modo  
dicuntur ut signa; quibus res aliqua  
significatur, et de re quapam fit ex-  
istimatio. Virgil. lib. VII. vers. 789.  
Tunni arma describens: ‘At levem  
clypeum sublatis cornibus Io Auro  
insignibat, jam setis obsita, jam bos,  
(Argumentum ingens!) et custos vir-  
ginis Argus.’ Quem in locum Ser-  
vius interpres, ‘Argumentum,’ ait  
‘fabulas, nt Cicero, Argumenta erant  
in valvis,’ &c. *Hort.* Sane argumen-  
tum fabulam esse non solum ostendit  
Phædrus lib. IV. fab. 7. ‘Mordacio-  
rem qui improbo dente adpetit, Hoc  
argumento se describi sentiat.’ Sic  
et fab. 10. ibidem, necnon ejusdem  
libri fab. 15. sed et Cic. de Invent.  
Rhet. I. 19. ‘argumentum est facta  
res, quæ tamen fieri potuit.’ Sed hic  
argumenta sunt historiæ sive veræ,  
sive fictæ, in ebore sculptæ. Ut  
apud Suet. Tib. 44. ‘Parrhasii quo-  
que tabulam, in qua Meleagro Ata-  
lanta ore morigeratur, legatam sibi  
sub conditione,’ &c. *Græv.*

§ 125 *Etiamne gramineas hastas*] Graminæ, ut reor, dicebantur quod

iis in gramine et campo se exercere solerent. Nam ut Maro gramineam palæstram vocavit, que in gramine exercetur, ‘Pars in gramineis exercent membra palæstris,’ eodem quoque modo appellari reor hastas gramineas, quibus in gramine velitarentur. Turneb. Quæ hic aliorum somnia!

CAP. LVII. § 126 *Silanionis*] De quo vide Plin. Hist. Nat. xxxiv. 8. et quæ ibi notat Cl. Hard.

§ 128 *Jovis imperatoris, quem Græci Urion nominant*] Vir exquisitæ ac reconditæ doctrinæ, Joannes Brodæus, in suis Miscellaneis, putat mendoza sum esse *Imperatoris*, quod Jovem Oὐρπον, vel Ὀπετον, Græci finium præsidem appellant; idque Demosthenis, Dionysii, Arriani testimonio probat. Sane verbum Græcum Imperatorem non significat; sed aliud fortasse Græcis, aliud Latinis nomen fuit; quod, qui terminis præcesset, imperare, et arcere finitos ab injuria videretur. Non enim præcesset, nisi imperandi jus haberet. *Manut.*

*Parrum*] Conjicit Grævius, *Parium*, id est, Parii marmoris.

CAP. LIX. § 131 *Delphicas*] Erant abaci marmorei, tripodes; sic dicti, quod similes essent mensæ illi, eni Delphis insidebat Pythia oracula faciens. Primo Delphicæ Delphis factæ sunt; postea quivis abaci ubicumque facti, ejusdem formæ, hoc nomine appellati sunt. Harduin. ad Plin. xxxiv. pag. 641. *Hort.*

§ 132 *Mystagogos*] Græca vox. Fit ex duobus verbis; nempe μύστης, id est, initiatns sacris alicujus numinis; sacer numini cuiquam; et ἄγων, id est, dux viæ, dux itineris. *Idem.*

§ 133 *Nisi forte*] Argumentatur a repugnantibus, hoc sensu: Credibile non est Græcos homines signa et tabulas pictas tum vendere voluisse, cum judicia severa Romæ fieri desiderunt; quas res tam magno studio

coëmebant, cum judicia fiebant. Ratio est, inquit Lambinus, quia tum res emimus cum parvo constant; tum vendimus cum bene vendere licet. At cum Romæ judicia severa fiebant, signa, et tabulæ pictæ caro venibant, quia non metuebant earum rerum possessores ne his a magistris Romanis spoliarentur. Contra vero, post judiciorum dissolutiones, ista parvo pretio venire coeperunt, quia metus erat ne magistratus ea per vim extorquerent. Non ergo verisimile est Græcos homines istarum rerum tam cupidos, ut eas magno pretio emerent; easdem vendere voluisse, cum parvo vendere necesse haberent. *Idem.*

CAP. LX. § 135 *Merere*] Lucrati. Notanda elegans locutio; ‘Ut hoc faciam, nolim mereri Deum divitias mihi.’ Plaut. Men. I. 3. et sæpe alias. Cicer. II. de Finib. ‘Quid merearis igitur, ut te dicas in eo magistratu omnia,’ &c. id est, quid pretii tibi postules dari, &c. Sic hoc loco: quid putatis pretii Reginos velle sibi dari, ut, &c. quasi dicat, An putatis Reginos pretio quantumvis magno posse adduci, ut, &c. *Hort.*

*Pictam*] Marmoream Praxitelis Venerem Coi, ut et Cnidii, habnent, teste Plinio. Sed hoc loquuntur orator de Venere illa, quam Cois etiam Apelles inchoatam reliquerat, invidente morte, ne totum opus absolveret. De Offic. III. 2. et Famil. IX. I. Plin. xxxv. 697. *Idem.*

*Alexandrum*] Magnum pinxit Apelles, fulmen tenentem, in templo Ephesiæ Dianæ, viginti talentis, Gall. 48,890 liv. Plin. ibid. *Idem.*

*Ialysum*] ‘Palmam habet tabularum Protogenis Ialysus, qui est Romæ dicatus in templo Pacis,’ Plin. I. xxxv. pag. 699. In eam tabulam annos septem insumpsit Protogenes; Ialysum Solis nepotem Cicero vocat de Nat. Deor. III. cap. 21. *Idem.*

*Paralum*] Heros, qui triremem

struxit primus. Plin. VII. 56.

CAP. LXI. § 136 *Propter Heraclii hereditatem*] De qua lib. II. cap. 14.

*Nimia in istum non modo lenitudo*] Nihil a lectione vulgata muto, nisi quod addo, *modo*, post negationem, *non*. Sed tamen non celabo lectorem amici cuiusdam mei conjecturam; qui putat legendum, *lentitudine*; quam ego valde probarem, nisi Nonnus reclamaret. Lamb. Lambinus invexerat *non modo lenitudo*, quod et in Ms. Turnebi. Sed cum absit nostris Pall. et Grut. item edd. aliis omnibus, gratiosius subauditur. Grut. Subandiri non potest, sed ex Cujaciano et Reg. ista vox *modo* est reponenda cum Lambino, quam jam dudum hic excidisse sine libris conjecterat Manutius. Nec dubito quin Gruterus eam repositurus fuisset, si alias quam Lamb. id præcepisset. Hunc enim quantum potest semper obloquitur. Præterea Tullium existimo scripsisse, *nimia in istum lenitudo*. ‘*Lentitudo*’ enim proprie dicitur de iis, qui ferunt, quæ ferenda non sunt; in primis, qui uxorum licentiam non castigant; sed ægniore, quam decet, animo tolerant. Cicer. *Tusc.* II. ‘virum denique videri negant, qui irasci nesciat, eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.’ Ovid. *Am.* II. et ult. ‘*Lentus es, et pateris nulli patienda marito.*’ Et epistola Helenes, ‘Tu fore tam lendum justa Menelaon in ira?’ Vocabulum ‘*lentitudo*’ non intellexerunt scioi; ideo perverterunt in sibi notins *lenitudo*. Græv.

§ 137 *Carpinatil*] Vid. lib. II. c. 70.

*Verrutios*] Ibid. c. 76.

CAP. LXII. § 139 *Quantum dicendo*] Quantum Latine poterat dicere: nam Græca lingua Siculi, prave licet, vulgo tamen utebantur. Hort.

*Inventorem olei Deum*] Aristeum, de quo paulo antea. Et est argumentum ex repugnantibus. Non et

ille palæstram diligit, in qua oleum et unctiones necessariæ sunt; et olei inventorem Deum sustulit. Sed respondere poterat, non olei se odlo Aristeum, sed quod ipse unctior es- set, in ædes suas sustulisse. *Hortom.*

CAP. LXIII. § 141 *Eum qui sum- mam potestatem haberet*] L. Metellum, quem satis acriter hoc loco pungit. *Idem.*

CAP. LXIV. § 142 *Mos est Syra- cusis*] Hoc eo dicit, quia Romæ dis- similis erat ratio sententiarum in se- natu dicendarum. Nam post comitia consularia consules designati primi rogabantur, et eorum is prior, qui priore loco declaratus esset. Ante comitia is, qui a censoribus princeps senatus electus erat: ii deinde quos consulibus videbatur, ita tamen ut ne prætorium consulari, ædilitium præ- torio, tribunitium ædilitio antefer- rent, auctores Sallustius et Gellius. At in augurum collegio Romæ, fere eadem quæ in senatu Syracusis. Sic enim Cicero in Catone: ‘In collegio nostro ut quisque ætate antecellit, ita sententiae principatum tenet; ne- que solum honore antecedentibus, sed iis etiam qui cum imperio sunt, majores natu augures anteponuntur.’ *Idem.*

*Moræ*] Ut decreto moram afferant, eos qui sententiam dicebant, multi interpellant, dicentes sese velle antea de Sex. Peducæo sententiam dice- re. Is autem fuerat prætor in Sici- lia anno 678. ex qua reus deinde fac- tus est, ut colligere est ex hoc lo- co; quo eventu, non mihi liquet. Verba tamen quæ sequuntur, faciunt ut eum absolutum credam fuisse. *Hort.*

§ 143 *Dicit*] Subanditur, senatus- consultum, id est, ex ipsa senatus- consulti lectione audistis eorum no- mina, qui primi sententiam dixerint. Sed quinque hæc verba, *dicit qui primi suaserint: decernitur, absunt ab aliquot manuscriptis; et recte ab-*

sunt. *Hortens.* Videntur hæc verba, 'dicit qui primi suaserint,' in margine a nescio quo fuisse scripta, qui vellet interpretari superius illud, 'principum.' *Oliv.*

§ 144 *Fecisse laudationem]* Est locens ἔπουλος. 'Facere laudationem' non fert Latine loquentium consuetudo. Puto Ciceronem scripsisse, *Ejusmodi senatus-consulti fuisse laudationem. Græv.*

CAP. LXV. § 145 *Hospitium]* Quid sit hospitium facere cum aliquo, docet Tomasinus de Tesseris Hospitalitatis, cap. 2.

§ 146 *Discessio]* Igitur, item ut Romæ, sic in Sicilia, senatus-consulta per discessionem fiebant, hoc pacto. Dictis sententiis, consul, aut is qui cum imperii insignibus et lictoriis erat, eam, quam ipse magis e republica ducebat, primam pronuntiabat: tnm his verbis utebatur: 'Qui mecum sentitis, huc transite; qui alia omnia, id est, contrarium sentitis, (sed hoc verbo, ut mali omnini, abstinebat) in aliam partem abierte.' Tum senatores, prout quisque sentiebat, in hanc, vel illam partem discedebat. Hinc natæ locutiones illæ, 'discedere in sententiam alicujus,' 'ire in alia omnia,' &c. id est, sententiam alicujus vel comprobare, vel reprobare. 'Discessionem facere,' id est, sententiam suam declarare, enndo nimirum in partem illius, cuius placet sententia. *Hort.*

*Prætor]* L. Metellus qui aderat, 'appellatur,' ut nimirum senatus decreto intercedat, et ut illud de Verris laudatione tolli non sinat. Porro uti Roinæ tribunos plebis, sic in provinciis, populi Romani magistratus appellari, ad eosque provocari, jus erat.

*Idem.*

*Cæcilius]* Is est, cum quo Ciceroni, de accusando Verre, contentio fuerat; de qua Divinatio extat oratio. Sed quia libri variant in hoc nomine, et quia ne vestigium quidem occurrit

in ea oratione facti hujus, quod, si verum esset, Cæcilio sane objecisset Cicero; pro Cæcilio *Cæselium*, de quo infra, lib. v. cap. 25. reponi vult Græterus. *Idem.*

CAP. LXVI. § 147 *Quod ego in senatu Græco verba fecissem]* Valer. Maxim. lib. ii. cap. de institutis antiquis, 'Magistratus,' inquit, 'prisci, quantopere suam populique Romani majestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest; quod inter cætera obtainenda gravitatis indicia, illud quoque magna cum perseverantia custodiebant, ne Græcis unquam nisi Latine responsa darent; quin etiam ipsa linguae volubilitate, qua plurimum valent, excussa, per interpretem loqui cogebant, non in urbe tantum nostra, sed etiam in Græcia et Asia: quo scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Nec illis deerant studia doctrinæ, sed nulla in re pallium togæ subjici debere arbitrabantur; indignum esse existimantes, illecebri, et suavitate litterarum imperii pondus et auctoritatem domari.' Hæc ille. Ab eadem etiam, opinor, ratione falsam credit Plutarchus, et adulterinam orationem quandam Græcis litteris conscriptam, quam Athenis pronuntiasse Catonem nonnulli affirmabant. 'Nam per interpretem,' inquit, 'omnia locutus est; quantum ita Græce sciret, ut interpretis opera minime indigeret.' Sribit tamen Fabius Quintilianus, libro xi. M. Crassum, Dives qui dictus est, cum Asiæ præasset, quinque Græci sermonis differentias sic tennisse, ut qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem sibi jus redditum ferret. *Hotom.*

*Numidicum]* Loquitur de Q. Cæcilio Metello, qui duobus præliis Jugurtham fudit, et universam Numidiā vastavit; unde Numidicus appellatus est. Consul fuit anno 644. quo anno triumphavit. *Hort.*

*Lucullum*] Patrem illius L. Luculli, qui de Mithridate et Tigrane triumphavit, anno 690. Ille autem, accusante Servilio angure, repetundarum damnatus est. *Plut. in Lucullo.* *Idem.*

§ 148 *Commendatitias*] Solebant provincialibus magistratibus mitti ab amicis commendatitiæ litteræ, eorum causa, quibus negotia erant in provincia. Extant Ciceronis ejus argumenti epistolæ complures. Solebant etiam a senatu mitti, si quando provincialibus aliquod tributum esset imperandum; quæ ‘tabulæ tributarioræ’ appellabantur. *Hotom.* At hic ludit orator in verbo ‘tributarias,’ quo significat, non litteras missas a senatu ob tributum, sed a Verre, quæ Metello munera tribuerent. *Gall. des lettres de change. Hort.*

*Theoractum vocant*] Per contumeliam; nam Theomnastus, qui Dei memor est; Theoractus, quem Deus ferriit, ac furore perculit. *Hotoman.* De illo jam facta est mentio lib. II. cap. 21.

§ 149 *Omnium mihi litterarum fieri*

*potestatem*] Lege Cornelia repetundarum, quæ jubebat accusatori potestatem fieri, omnia quæ ad ipsius accusationem instituendam pertinere possent, præter publicanorum litteras, Romam deportare, vel exscribere. *Hotom.*

*Non deberet*] Propter appellacionem prætoris. *Hort.*

CAP. LXVII. § 150 *Adsit*] Et, rogatus, mihi respondeat, sacrarium suum a te expilatum fuisse. Vide cap. 2. *Hort.*

§ 151 *Minime conveniebat*] Subest vis argumenti ex repugnantibus. Non et Dii nulli sunt, et honores divini enīquam tribuendi sunt. Primum autem ex eo confirmat; quod, simulacra Deorum Verres tollens, Deos ipsos, hoc est, numen ac mentem divinam, tollere videtur. *Hotom.*

*Festum*] Marcellæ. ‘Sustulissent,’ non sponte tamen, sed Verris jussu. *Hort.*

*Omnium*] Nam cui Deo jani sacra fierent, cum Verres omnium Deorum simulacra sustulisset? *Idem.*

## LIBER V.

ARGUM.—Hic liber quintus Accusationis in C. Verrem, et ultimus, est omnium, mea quidem sententia, longe pulcherrimus. Quoties animo mecum retracto tot elegantes libri quarti narrationes de signis ablatis, de pollutis religionibus, violatisq[ue] Siciliæ monumentis; quoties venit in mentem quanto animi dolore, quanto impetu orationis explicitur libris superioribus, vel Sthenii calamitas et fuga, vel Philodamorum casus et supplicium, nihil addi jam posse videtur ad illam dicendi elegantiam, et ubertatem, aut ad hanc eloquentiæ vim et gravitatem. At ubi rejici oculos ad hunc librum, vere dicam, tunc videtur mihi Tullius consulto et cogitato cætera Verres fla-

gitia tantum attigisse, ut ad hanc ejus in cives Romanos crudelitatem fortior accederet; et eam viribus quam integrerim agitaret. Andacius dicam. Pene crediderim Tullium in illis exponendis et deplorandis sumpsisse de rivulo, ut in hanc partem de navarchorum et Gavii suppliciis eloquentiæ suæ flumen totum profunderet, atque in rem tam atrocem quidquid in seipso esset oratoriaæ facultatis, consumeret; si non cogitarem novas semper orationis ‘virtutes ex seipso efferre immortalis ingenii beatissima ubertate virum, dono quodam providentiæ genitum, in quo totas vires suas eloquentia experiretnr.’

Nemini dubium erat, quin Verres

apertissime versatus esset in omni genere furandi atque prædandi; et quin homo flagitosissimus et libidinosissimus in manifestis criminibus ita teneretur, ut jam illi nullus defensioni, nullus etiam deprecationi loens relictus esse videretur. At quia provinciale munus magistratum erat duplex; nempe jurisdictio, et belli administrandi ratio; huc poterat Hortensius defensionem suam convertere, et avaritiæ crimina virtutis imperatoriæ laudibus deprecari. Ergo hauc Tullius arcem adversarii, disjectis cæteris et eversis, hoc libro jam aggreditur: et ut libris superioribus affinxit Verri defensiones, ‘quod nempe reipublicæ utilitatis gratia tam magnō decumas vendidisset,’ ‘quod signa, tabulas, et cætera Siciliæ monumenta emisset, non eripuisset,’ quas statim convellit; istum eodem artificio hic impugnat. Fingit causam ita constitui, ut ab Hortensio virtus istius bellica jactetur; et contendatur ab eodem, istum, hoc uno nomine, ‘quod bonus sit imperator,’ judicū sententiis eripi oportere. Affictam banc adversario defensionem Tullius refellit non argumentando, sed ornando et amplificando; ac nihil æque opponit, quam lætissimam illam, et æquabiliter in omni narratione fusam, facete dicendi venustatem, qua Verris illa defensio tota risu dissolvitur.

Hæc est prima pars contentionis. At ubi navarchis orator, quæ pars est altera, et civibus Romanis, in quos cruciatus serviles admoti sunt, snas lacrymas dat; in ea narratione omnes mouet indignationis affectus, odii, invidiæ, misericordiæ, non solum conditione ipsorum; loco injuriæ; genere suppliciorum; sed animi quoque commendatione.

Ergo genus hujusce orationis illud est, quod maxime teneat eos qui legunt; et quod maxime sensus nostros impellat et acerrime commoveat: quod non solum delectet, sed eti-

am horrore perfundat. Hoc et illud efficiunt tum narrationis suppliciorum gravitas et dolor; tum facetæ, et salium copia conspersæ irrisioñis mira juvunditas, qnam aljuvant descriptions et hypotyposes, quæ hoc in libro crebræ sunt; et quarnm ea vis est, ut ‘sensus intimos acutissime percellant, rem ante oculos ponendo; ita ut geri coram, spectarique potins, quau audiri, videatur.’ Sed cum voluptatibus maximis fastidium finitimum sit, et cum ornata sine intermissione oratio, qnamvis claris sit coloribus picta, non possit in delectatione esse diuturna; summæ artis fuit, ut haberet illa in dicendo admiratio, ac summa laus, unibrā interdum, et intervalla recessus, quibus, variata oratione, fieret, ut ornatus perpetni fastidio occurreretur; et id, quod est illuminatum, extare magis, et emovere videretur. *Hort.*

CAP. I. § 3 M' Aquilij] Meminit Tullius pro Flacco, cap. 39. his verbis: ‘M' Aquilinum patres nostri multis avaritiæ criminibus testimoniisqne convictum, quia enī fugitivis fortiter bellum gesserat, judicio liberaverunt.’ M' Aquilius consul fuit anno 652. Siciliam proconsul rexit anno 653. et, confecto bello fugitivorum, ovans in Urbem ingressus est. Repetundarum ex Sicilia deinde postulatus (de Offic. II. 14.) M. Antonii oratoris patrocinio est liberatus. Lib. II. de Orat. cap. 46. Postea missus in Asiam legatus, ut Nicomedem, et Ariobarzanem, in suum quenque regnum restitueret; per Mitylenæos vinetus traditus est Mithridati, cui bellum ut inferretur auctor præcipiens fnerat; et auro liquefacto in os ejus infuso, Pergami necatus est. Velleins Pat. I. 2. c. 18. Appian. in Mithr. *Hort.*

*Fortis]* Crassus, de Orat. I. II. c. 28. ubi de Antonio agit, apte ad hujus vocis vim demonstrandam, ait, ‘Quod ornamentum, quæ vis, qui

animus, quæ dignitas illi oratori defuit, qui in causa peroranda non dubitavit excitare reum consularem, et ejus diloricare tunicam, et judicibus cicatrices adversas senis imperatoris ostendere? *Idem.*

*Ab hostium duce]* Athenione pastore, quem Aquilius ipse sua manu interfecit. *De Athenione*, lib. II. cap. 54. Is, imperfecto domino, familiam ergastulo liberavit; sub signis ordinavit; ingentem exercitum confecit; Romanos exercitus cecidit; Servilii, deinde Luculli, castra vi cepit. Denique missus in Siciliam Aquilius fugitivorum exercitum delevit; Athenionem interfecit; bellum confecit, quod annos propemodum quatuor flaverat. *Adi Flor.* III. 19. *Diodor.* in fragm. *Idem.*

*CAP. II. § 5 At in Italia fuit?* Duce Spartaco gladiatore nobili, qui, cum aliis septuaginta, qui Capuae in ludo Lentuli exercebantur, fugitivorum magna coacta manu, comparatisque copiis, bellum adversus Romanos magnum et pericolosum prope quadriennium gessit; sed a Crasso postea et Pompeio confectum hoc bellum fuit. *Appian.* *Plutarch.* *Athenaeus*, lib. VI.

*Cum M. Crasso]* Crassum et Pompeium conjunctum nominat orator, quasi pertineat ad utrumque belli Spartaci confecti gloria, quæ Crassi tota est; nisi quod homines, ad quinque millia, elapsos Crassi de cæde Pompeius, ex Hispania post devictum Sertorium revertens, oppressit. Sed hic, uti in illa pro lege Manilia, et amicitiae Pompeii indulget orator, et levitati hominis, gloriæ etiam alienæ plus nimio appetentis; qui ex levi illo successu occupaverat prior ad senatum scribere, ‘Crassum quidem gladiatores acie fudisse, se vero bellum radicitus plane extirpasse.’ *Plutarch.* in *Pomp.* *Hort.*

*Non arbitror hoc etiam deesse tuæ impudentiæ]* Quod deest potest acce-

dere. Est itaque sensus, Non arbitrор, id posse accedere impudentiæ tuæ; posse te adeo esse impudentem. Vel, ut vult M. Ant. Ferratus, Adeo scilicet est hoc absurdum, ut quamvis id non audeat Verres dicere, nihil tamen illius summæ impudentiæ deesse videatur. *Anonymous.*

*CAP. III. § 6 Ad Oceanum]* Terrestri nimirum itinere per Galliam et Hispaniam. Peloris, sive Pelorus, (nam utrumque dicitur) unum e tribus est Siciliæ promontoriis. *Hort.*

*§ 7 In crucem]* Quia cum telo fuisse, contra edictum prætoris. *Id.*

*CAP. IV. § 10 In Tricalino]* Certum est urbem mediterraneam in monte sitam dictam fuisse Τρίκαλα, a tribus pulchris, sed pro hoc dixerunt vulgo Τρίκαλα, ut patet non solum ex Stephano, sed et ex nummis antiquis; et incolæ Τρικαλῖνοι. *Græv.* ‘In Tricalino,’ subaud. agro.

*CAP. V. Prætermissa]* Minime. Sic enim intelligendum. *Manut.*

*A Leonida]* Servorum domino, qui conscient forte coniurationis fuisse.

*CAP. VI. § 14 Tantumne ridisse?* Subandi, potuit: vel, nonne mirandum est?

*Causam dicere dominos]* Pro servis suis nimirum, non pro se. Nam servi, enim jure civili sint ignoti, et non sint cives; neque pro se, neque pro altero causam dicere queunt. *Lamb.*

*Fecisse rideri]* Condemnationis verba; ut modeste suam sententiam iudices ostenderent. *Manut.* Vide *Lucull.* c. 47.

*CAP. VII. § 16 Excogitavit]* Contra Apollonium Verres. Inducit Ciceron Panormitanum aliquem ita loquenter. *Manut.*

*§ 17 In nominibus]* Nomina pro debitoribus ponuntur. *Manut.*

*CAP. VIII. § 19 Rescindere]* Ut in Apollonio rescidiisti, quem post annum et sex menses carcere liberasti

et, accepta pecunia absolutum dimisisti. 'Mihi succensere desinito,' si nempe te, et tuam auctoritatem non defendo. *Hort.*

CAP. IX. § 23 *Inclusum supplicium*] Puto hæc verba delenda esse, quod ex sequentibus patet, 'a libero spiritu seclusum.' Hoc esse 'inclusum supplicinm' aliquis in margine notavit, inepte; quod postea tamen irrepdit in ipsum contextum Tullii. *Græv.*

§ 24 *Injectum*] In codice Regio clare scribitur *electum*. Qnod cum ex hoc optimo libro tot loca sint emendata, cur non amplectere, cum vulgata sit vitiosissima, causæ nihil video. *Idem.*

CAP. X. § 25 *Retinendum*] Hunc etiam conclamatum locum ope vetustissimi Regii restitui. Omnia nunc sunt liquida. Ne dintius tales imperatorem ullus ignorare possit, qui quidem non potest comparari cum Q. Maximo, quoad sapientiam ejus, nec cum Scipione majore, quoad celeritatem, &c. Sed aliud plane genns imperatoris cognoscite, quod modis omnibus est conservandum, ne pereat. Hæc εἰπωνικῶς. *Imperatoris* est etiam in Franc. 'Ad,' inservire comparisonibus nemo, nisi hospes in litteris, ignorat. Pro Deiotaro VIII. 'Veteres, credo, Cæsar (sc. equites) nihil ad tuum equitatum.' De Orat. II. c. 12. 'Quem cognovimus virum bonum, et non illitteratum, sed nihil ad Persium.' Plaut. 'Ad sapientiam hujus ille nimius nugator fuit.' *Idem.*

CAP. XI. § 28 *Ad tempus*] Ad quodam tempus. Cæteræ vero, quæ minus castæ erant, palam adhibebantur; a convivio, quamdiu duraret, non discessuræ. *Hort.*

*Ponebantur*] Ab eo, qui sorte ducens convivii magister esset, et legem atque ordinem edendi, bibendi, ciborum ponendorum, et loci in mensis, imperaret. Hinc sunt magisteria illa,

de quibus in Catone Maj. cap. 14. Sic Græci suos in conviviis 'œnoppas' habebant. Athen. x. 7. Plut. Symp. I. 4. Quod autem istis bibendi legibus diligenter obtemperabatur, erat istorum Verris conviviorum 'exitus ejusmodi, ut,' &c. Notabis lepidam allegoriam ductam de re militari, ideo, quia de imperatore narratur. *Idem.*

*Ut Cannensem*] Id est, Videre arbitraretur stragem editam a nequitia (*par la débauche*) illi stragi similem, quam ad Cannas ferrum Punicum edidit. Pariter enim fusa humi et prostrata, hic ferro, illic vino jacebant corpora. De pugna Cannensi, in qua cæsa sunt ab Annibale Romanorum 45,000, adi Livium, XXII. 49. *Idem.*

CAP. XII. § 29 *Labor operis*] Id est, Quia tunc maxime cognoscitur quantus sit frugum illius anni proventus. Nam 'labor' sumitur hic synecdochice pro fructu, quem paravit labor. Et 'labor operis,' idem est, ac labor operosus. Veruntamen hunc locum docti suspectum habent de mendo. *Idem.*

§ 31 *Virtute*] Alludit ad hoc dictum Annibalis, 'Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis, quisquis erit,' quod refertur in Orat. pro Balb. c. 22. *Idem.*

CAP. XIII. *Talari*] Hinc notatur etiam Verris mollities: nam ejusmodi tunica mulierum erat. Qui ea ntebantur homines, ii, tanquam molles, male andiebant. Tunicae virilis mensura vulgo erat, nt paulo infra genna cederet: nam infra, mulierum est; supra, centurionum. Fabius I. XI. c. 3. A. Gell. I. VII. c. 12. *Hort.*

§ 32 *Antoniana*] Supra, cap. 1.

§ 33 *Æra*] Sunt stipendia quæ militibus semestria, aut annua dabantur: et sumuntur synecdochice pro annis militiae. Hæc igitur est sententia: Cognoscetur vetus illa omnis istius militia: quando et cujus im-

peratoris in castris æra, seu stipendia meruerit. Sed Verris libidines allegorice significat orator. *Hort.*

*Abduci, non perduci]* 'Perduci' veteribus dicebantur, qui libidinis causa ad aliquem ducabantur: 'abduci' autem, qui vi aut a conjugibus, aut parentibus abstrahebantur libidinis causa. Sed hoc loco tamen 'perduci' simpliciter accipitur, pro in forum duci, ut solebant nobiles pueri, cum primum praetextam deparent, togamque virilem indnerent. Dicebantur proprie 'in forum duci, perduci, forum attingere,' ut apud Ciceronem in epistolis, 'a quo forum attigi,' hoc est, in forum viris adscriptus veni. Dicit igitur Tullius Verrem ea ætate non in forum perductum ad causas aut orandas, aut ad operam amicis dandam, sed a foro abductum ad libidines: quamvis non negem in voce 'perducere' latere quoque figuram aculeatam, qua libidines ejus notantur, quod corpus prostituerit, æque ut in altera 'abduci.' *Græv.*

*Ære dirutus est]* Ex ambiguo jocu elegans est; nam cum videatur dicere 'tamen ei stipendum est ademptum,' significat, alea Verrem omnia sua bona perdidisse. Nam ære dirui, dicitur tam de milite, cui stipendum ignominiae causa est ademptum; quam de eo, quem alea nudaverit. *Hort.*

*Ætatis fructu]* Eo quæstu, quem corpore faciebat. *Manut.*

§ 34 *Paludatus]* Indutus paludamento, quod pallii species, idem, ut putatur, atque chlamys, vestis miliaris fuit: ex Etruria ad Romanos transierat, teste Floro 1. 5. Color ejus eximius e coco, seu purpureus. Hac induit imperatores ad bellum inter vota, et frequentiam amicorum eos deducentium, proficiebantur. *Hort.*

*Nuncupasset]* 'Vota nuncupare,' est nominativum et conceptis verbis ali-

quid vovere. Mos erat olim, ut imperatores in Capitolio vota Jovi, pro felici armorum suorum successu facerent, quæ in tabulas, praesentibus multis, referrentur; atque ita votis nuncupatis, in provinciam exirent. Ibidem etiam ad bellum ituri auspicia capiebant; hoc est, sumnum rerum gerendarum, et belli administrandi imperium. Hinc illa locutio familiaris Livio, et cæteris, rem gerere 'anspiciis alicujus,' id est, aliquo moderante. *Idem.*

*Contra fas]* Magistratui, post vota nuncupata, ex urbe in provinciam egresso, fas non erat in eam, nisi perfecta provincia, regredi. Alioquin auspicia, quæ ceperat in Capitolio, et quæ privatum non sequebantur, hoc est, ut modo dixi, imperium, statim amittebat. *Idem.*

CAP. XIV. § 35 *Non solum datum, sed etiam creditum]* Placet mihi Memmii conjectura, ut legatur, honorem illum non tam datum, quam creditum, &c. Lamb. Quorum hæc differentia est, quod rebus datis abuti licet; commissis ac creditis non licet. *Homan.*

*Extraordinariis cupiditatibus]* Id est, quæ sunt contra modum, et ordinem vitae temperantis et moderatæ, ut cum quis vino et epulis utitur, non ut necessitati pareat, sed in his rebus novas excogitat voluptates. *Hortensius.*

§ 36 *Jus imaginis]* Id est, nobilitatem. Nemini permittebatur jus imaginis, nisi qui magistratus curules gessisset. De imaginibus autem hæc a Plinio traduntur I. xxxv. c. 2. 'Expressi cera vultus singulis deponebantur armariis, ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera; semperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus.' Vide præterea Polyb. lib. vi. cap. 51. *Idem.*

CAP. XV. § 38 *Eam provinciam]* Eam procurationem; eam juris ad-

ministrationem; cuius administratio-  
nis onus sustinere vix posset homo  
omnium sapientissimus atque integ-  
errimus, ad te, omnium stultissi-  
mum nequissimumque, pervenisse.

*Idem.*

§ 39 *Temsanum*] Cum Temsam, op-  
pidum in Bruttii, residua Spartaei  
mannus occupavit. *Manut.*

CAP. XVI. § 40 *Valentini*] Tem-  
sanorum vicini. Vide Cluver. Ital.  
Aut. iv. 15.

§ 41 *Cum inveniretur nemo*] Non  
quod ire nemo vellet, sed quod in  
Italia cum imperio tunc nemo esset:  
extra ordinem autem decerni, qui  
contra fugitivorum reliquias cum im-  
perio mitteretur, dignitatis publicæ  
non esse videretur. Quam ob causam  
facta Verris mentio est, quod is et  
cum imperio esset, nec longe a Tem-  
sa, jam e provincia decadens. In  
quo senatus universus, quid de Verre  
sentiret, admurmuratione ostendit;  
senatus vero principes, ut consulares,  
et prætorii, quique magistra-  
tum gerebant, palam contradixerunt.  
*Manut.*

CAP. XVII. § 42 *Dementiæ*] Quid  
significet hoc loco *verbūm* istud, non  
satis liquet; nam hic certa crimina  
exponuntur. Dementia non est cri-  
men. Neque ideo tamen scribendum  
majestatis diminutæ, ut quidam reponi  
volebant contra Ciceronis et linguae  
Latinæ consuetudinem. Nam, ut  
jam a clarissimo Grævio observatum  
est, quod nos crimen ‘læsæ, violatæ,  
imminutæ majestatis’ dicimus, id  
Tullio, aliisque simpliciter dicebatur  
‘majestas.’ Itaque aut tollenda vox  
dementiæ, aut expectandi codices,  
quorum ope sanari possit. Porro  
majestatis nomine significatur impe-  
rii magnitudo, quam quis lædere ju-  
dicatur, ubi quid in populum, vel in  
republicam, vel in magistratus com-  
mittit. *Hortensius.* Dementia non  
est crimen: esto; sed criminum, ubi  
præsertim de imperatore agitur, fons

et origo est. Peccare potest, non  
tantum quia avarus, quia legum con-  
temptor, quia libidinosus, aut ernde-  
lis, sed etiam quia demens. Itaque  
nihil muto.

§ 43 *Post videbitur*] Carol. Steph.  
editio, post, si ridebitur, ex illorum,  
&c. Sic enim Tullius inducitnr affir-  
mans id, quod non exseqnitur posteā.  
*Hort.*

§ 44 *Cybeam*] Vide lib. iv. cap. 8.  
*Domini*] Verris, qui judicio dam-  
natus in exilium ibit, auctus ipsa  
navi. *Manut.*

CAP. XVIII. § 45 *Habere*] Quid,  
si legamus emere? Lamb. *Habere*  
certe mendosum est. Nam habebant,  
et licebat habere senatoribus in Sici-  
lia, Africa, Asia, aliisque provinciis,  
latifundia. Non improbo conjectu-  
ram Lambini. *Grav.*

§ 46 *Naviculariam*] Suband. rem.  
'Facere,' est, quæstum facere, seu  
locandis navibus, ut placet Nannio;  
seu, ut vulgo interpretes, ex naviga-  
tione: quomodo 'pecuariam facere,'  
(Sueton. in Caesar. cap. 42.) est,  
alere armenta et greges, et ea cum  
luco vendere. Sic, 'argentariam  
facere,' (infra cap. 59.) est argen-  
tariorum munus ad quæstum exercere.  
*Hort.*

CAP. XIX. § 48 *Vel Capitolium*] Id  
est, Capitolium, quod longe opero-  
sius adificatum est quam una navis.  
Hæc enim vis est hoc loco τοῦ τελ.  
Argumentum a majori. *Idem.*

§ 49 *Infetialium*] Jocus in Verrem  
ab officio fetialium, quorum erat, in-  
ter cætera, curare, ut ne armis, aut  
injuria quavis alia, fœderatae civitates  
violarentur. Fœderum, pacis, belli,  
induciarum oratores fetiales erant.  
Cicer. de Legibus, ii. cap. 9. *Idem.*

CAP. XX. § 50 *Jus fœderis*] Pretio  
abs te jus fœderis emerunt, sive, ut  
mavult Muretus, redemerunt: hoc est,  
dederunt tibi pecuniam, ut ne tene-  
rentur, ex lege, sen conditione fœde-  
ris, navigare. *Hort.*

CAP. XXI. § 52 *Ex eo genere]* Ex genere decumani, quod ab aratoribus sine pretio exigebatur. *Hotom.*

*Quod emeretur]* Siciliæ civitates ea conditione in fœdus receptæ fuerant, ut cum usus ferret, frumentum populo Romano certo pretio darent. Quod genus emptum vocabatur, pro quo ex S. C. pecunia solvebatur. *Idem.*

CAP. XXII. § 56 *A malo auctore]* ‘Auctor’ dicitur is, a quo quis jus in rem quampliam titulo aliquo nactus est, ut pro empto, pro donato, et si qui sunt generis ejusdem. Quod nomen ab ‘auctionibus’ deductum opinor, in quibus is rem aufert, qui maxime pretium auxit. Unde et ‘auctoritas’ verbum declinatum est; de quo in orat. pro Cæcina explicavimus. Nam quod utrumque verbum sine c plerique scribunt, id eos præter veterem consuetudinem facere tum ex antiquis monumentis intelligitur, in quibus c littera semper adiecta est; tum ex Valerii Probi notis antiquis, qui auc pro ‘auctor’ notari solitum testatur. Hoc igitur orator dixit ἀλληγορικῶς. Quæ res a malo auctore accepta est, ea jure civili per verum dominum nullo negotio aufertur. *Hotom.* Auctor proprius dicebatur, qui aliquid nexus mancipioque vendebat, periculumque evictionis in se recipiebat: si et fidejussor addebat, is dicebatur auctor secundus, ut ex lib. 4. D. de evictionibus patet, quod alibi pluribus notamus. Hinc vides, cur hic Verres ‘malus auctor’ appelletur; qui præstare non poterat, quod jus Mamertinis, accepto pretio, vendiderat. *Græv.*

§ 57 *Ut in judiciis]* Defendebant reos patroni; laudabant viri nobiles, vel, voce, si adessent, vel, litteris, si abessent; ut eorum auctoritas ac testimonium quasi commendaret illos iudicibus. Cic. ad Famil. lib. 1. ep. 9. Dio, lib. XL. Scaurum, quem

Cicero defendit, laudatum a novem consularibus, quorum magna pars laudavit per tabulas, quia aberant, scribit Asconius. Istiusmodi autem laudatorum numerus, ut patet ex hoc loco, erat, si non lege, at consuetudine, certus et definitus: decem ut essent laudatores, consuetudo obtinuerat. Quod confirmat idem Asconius, ubi novem illis Scauri laudatoribus Faustum ejus fratrem adjungit. Sensus est igitur; Primum vulnus Verrinæ laudationis illud est, quod decem ex civitatibus laudatores dare Verres non potuit; imo una tantum laudat. Porro, ut in iudiciis, sic in his rebus, honestius est nullum dare, quam illum, &c. *Hort.*

CAP. XXIII. § 59 *Precario essent rogandi]* Mihi videtur precario excidisse suo loco, et sic Ciceronem scripsisse, etiamsi essent rogandi, precario tamen ab iis impetraretur. *Græv.*

CAP. XXV. § 62 *Quæstus duplex]* Reete: nam lucrabatur sexcentenos nummos pro nautæ uniuscujusque missione; et is erat primus quæstus. Lucrabatur deinde quod accepérat a civitatibus pro stipendio et frumento ejus nautæ quem dimiserat. Ita quæstum in nanta uno dimittendo duplēcē faciebat. *Hort.*

§ 64 *Quid ejus sit]* Sensum obscurat præcisa locutio. Sed exemplorum similitudo lucem affert. ‘Quid ejus sit,’ valet, quid ejus rei sit, vera-ne sit ea res, an falsa. Sic Terentius in Eunuch. ‘Quidquid hujus feci, virginis causa feci.’ Ubi Donatus: ‘Quidquid hujus: rei subaudiendum est: quod eum exclusi foras.’ Idem in Heant. ‘At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturnum, pater.’ Ibidem, ‘Quidquid ego hujus feci, tibi prospexi, et stultitiæ tuæ.’ In Hec. ‘Quod te, Æsculapi, et te, Salus, ne quid sit hujus, oro.’ Noster autem in ep. ad Attic. lib. XVI. ‘Non video scitum me, quid ejus sit, nisi statim aliquid litterarum.’ Plautus

in Aulularia plene dixit, ‘ Ibo intro, ut, quid bujus sit rei, sciam.’ *Manut.*

CAP. XXVI. § 65 *Maritimi*] Id est, ex iis Siciliæ urbibus, quæ ad mare sunt positæ. *Hort.*

CAP. XXVII. § 68 *Latumias*] Sic vulgo scribitur. Verum aliis, et doctissimis quidem, *lautumiaæ* dicuntur. Alii, originem secuti, præferunt *latomiaæ*. Fit, inquit Hortensius, a Græco, λᾶς, lapis, et τέτομα, præt. med. verbi τέμνειν, cædere. Quasi vero Siculi Græca non corruperint persæpe. Carcerem hunc Thucydides, habitatione originis, λιθοτοπίαv appellat, lib. vii.

§ 69 *Si hunc subdititium*] Id est, si hunc, quem in locum veri archipiratae supposuerat. Sed, ut verum fatear, rā hunc mihi molestiam exhibet: significat enim mentionem de isto subdititio archipirata jam factam fuisse, quæ tamen nulla supra occurrit. Ergo fortasse quidpiam desit, aut hic, aut supra. *Hort.*

*Non plane*] Non omnes. *Idem.*

*Audio*] Verbum assentientis, ut supra, ‘ video.’ *Idem.*

§ 70 *Mediterraneos*] In media Sicilia longe a mari positos. *Idem.*

CAP. XXIX. § 73 *Induit*] Id est, irretivit, illaqueavit: usitata Ciceroni metaphora, sumpta de feris, quæ in plagas sibi a venatoribus positas stulte incurruunt; et quibus se, quo magis expedire conantur, eo magis impediunt. *Idem.*

§ 74 *Salutis tuæ rationem*] An populus salutis Verris rationem servavit judicibus? Olim in hoc loco lœsi. Sed expeditit me Regius codex, qui scribit, *salutis suæ rationem*. Continuit se populus Romanus, et te non puniit, qui civem Romanum pro archipirata percussisti securi, in quo sua salus agitur, quam commisit judicibus vindicandam. Nihil certius. *Græv.*

*Non ita vixeras*] Ironia.

CAP. XXX. § 78 *Et nunc*] Ironia. Sensus est, Nemo iam dubitare potest, &c. *Hort.*

Tamenne id credi roles] Grævius, tamen te derideri vides. Atque ita Victorius ediderat. Vulgatam ab Hottomano et Manutio retinuerunt cæteri omnes.

§ 79 *Est certus locus*] Certus hic non est, ubi de repetundis agitur, non de majestate. *Manut.*

CAP. XXXI. § 80 *Ipsi prædæ*] Ex prædonibus. *Idem.*

§ 82 *Legatus*] P. Tadius.

CAP. XXXII. § 83 *Ubi ternis denariis æstimatum frumentum*] Cur enim tibi in cellam datum est frumentum illud quod tu, cum esset H-S binis, ternis denariis in singulos modios æstimasti, nisi, ut opera tua, tuorumque, populus Romanus pro salute sociorum uteretur. *Manut.*

*Ubi muli*] Magistratus eentes in provincias, mulis, tabernaculisque, et omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent sociis. *Hort.*

§ 84 *Dignitatis*] Indignum est enim classi populi Romani Siculum hominem præesse. ‘Æquitatis,’ nam si homini Siculo, certe Segestano potius, aut Centuripino, quam Syracusano, mandandus honos fuit, quia eæ civitates, quæ in amicitia fideque populi Romani perpetuo manserunt, iis, quæ armis victæ fuerunt, omnino præferendæ videntur. ‘Officii,’ nam referri gratiam decebat his ipsis civitatibus, quibus in omni bello, quod in Sicilia gestum est, sociis populus Romanus usus est. *Manut.*

CAP. XXXVI. § 94 *Lampsaceni*] Vide lib. I. cap. 27.

*Acta*] Pro littore.

*Uicense*] Vide lib. I. 27.

CAP. XXXVII. § 97 *Crepidines*] Sunt aggeres saxo quadrato, ad fluminis ripam ædificati, quibus fluctus coercentur, et in alveo continentur. *Hort.*

§ 98 *Victa*] Anno 19. belli Peloponnes. ante Christum 413. Vide Thucyd. lib. vi. *Hort.*

CAP. XXXVIII. *Quæ est urbis magna pars*] Lambinus in margine notat ex veteri libro legendum esse, *quæ est urbs Syracusis suo nomine et mœnibus*. Sic sane Reg. cod. Sententia est, *quæ est urbs, quæ summa habet nomen, et sua peculiaria mœnia. Nomen est Nŷros, Insula*. Evidem hæc verba, *quæ non agnoscit Regius, spuria sunt et delenda, urbis magna pars*. Cur enim Cicero repeatat, quod paucis ante dixerat, *Insulanum esse magnam partem urbis?* Sic enim paulo superius: ‘*arina capiunt, totum forum atque Insulanum, quæ est urbis magna pars, compleunt*.’ Non est Tullianæ copiæ sine necessitate verba eadem repetere. Posset quoque deleri *Syracusis*, si MSS. annuerent. Græv.

§ 99 *Suppeditare possent*] Legendum opinor posset, numero singulare: ut sit, sufficere et satis esse posset. Idem, Off. lib. 1. ‘*Ob easque causas studeat parare ea quæ suppeditant et ad cultum et ad victimum*.’ *Hot.* Vere Hotomanus. Vulgata triviale sapit. Græv.

CAP. XXXIX. § 101 *Hanc rationem habere*] Hoc consilium capere: ita suæ causæ defensionem meditari. *Hotom.*

*Causam sibi dicendam*] Se accusatum iri judicaverat. *Hort.*

CAP. XL. § 103 *Ubi hoc videt, illorum confessionem, testificationem suam, tabulas sibi nullo adjumento futuras*] Multis laciniis, *quæ profectæ sunt aut a magistris scriptores antiquos discipulis exponentibus, et ab his marginibus adscriptæ sunt, onerati sunt non Tullius solus, sed plerique veteres, ut dudum conquesti sunt viri eruditæ, præcipue Victorius, in animadversionibus in nostrum Ciceronem*. Puto hujus rei hic quoque manifestissimum exemplum esse, et

hæc verba ‘illorum confessionem, testificationem suam,’ fuisse explicacionem margini adlitam, qua significaretur, quid velit verbum ‘tabulas,’ nimurum in quibus scripta sit illorum confessio, *quæ eadem esset sua testificatio*. Nam primo vides alterutrum abundare, ‘illorum confessionem,’ &c. ‘tabulas.’ Cur enim addidisset ‘tabulas,’ si jam meminisset ‘confessionis,’ et ‘testificationis?’ Dein cur diceret ‘testificationem suam,’ *quæ a navarchis data erat de illius actis?* potius dicendum fuisse, *testificationem illorum*. Nam ‘testificatio mea’ non est testimonium, quod de rebus meis ab aliis mihi datur, sed *qua ego testatum facio, quid norim, aut quæ mea sit de alterius negotio sententia*. Cic. ad Famil. 1. 1. ‘*Pompeius egit tuam causam, &c. cum summa testificatione tuorum in se officiorum, et amoris erga te sui*.’ Hæc non potest Lentuli testificatio dici, sed Pompeii. Nullus plane dubito Tullium scripsisse, *ubi hoc videt, tabulas sine nullo adjumento futuras*. Græv.

CAP. XLI. § 107 *Cujusmodi*] Sive nocens, sive innocens. Malebat Man. *cujuscujusmodi*, Lamb. *cuicuimodi*.

§ 108 *Injuriarum damnatus*] Significat illum infamem fuisse, ac propere ad accusationem non admittendum. *Hotom.*

CAP. XLII. *Cum illa auctoritate et miseria videres præditum*] Gulielmius, quod Cujacianus non haberet copulam, divinat, *cum illa auctoritate, miseria videres perditum*. Tu, inquit, Verres, cum hospitem tuum videres, et auctoritate prætoris esses, vides, inquam, hospitem tuum miseria perditum. Grut.

§ 110 *Destitutus*] Id est, constitutus: et subaud. ‘*in foro*,’ ad virgatum nimurum poenam. *Hort.*

CAP. XLIII. § 111 *Etenim tunc eset hoc animadversum*] Locum huic obscurant, primo, periodus, *quæ se-*

dem mutavit; secundo, ellipsis aliquot verborum. Ordo est, et sensus: Scitote Heraclium, cum cæteri navigarent, Syracusis remansisse; qua de remansione non est quod quisquam dubitet. Si enim in aliqua nave fuisset, tunc esset hoc facile animadversum ab omnibus, cum classis proficiscebatur, Heraclium una cum cæteris navarchis proficisci. *Idem.*

§ 112 *Non solum*] Mihil videntur hæc verba *non solum* nescio unde irrepsisse. Vide quam omnia sint plana, si scribas, *Homo, quamdiu rixit, domi suæ; post mortem, tota Sicilia clarus et nobilis.* In patria sua fuit clarus et æstimatus, quamdiu superstes fuit; post mortem, totani Siciliam ejus nomen est pervagatum cum magna illius laude, propter illam defensionem, quam in carcere scripsit. Manntius delet *non*, et retinet *solum*. Videtur irrepsisse ex sequente versu *non solum ut istum libere läderet. Græv.*

CAP. XLV. § 120 *Patres enim revertunt*] Sensus est, Dico de eo qui non filii, sed alieni corporis sepeliendi, potestatem redemit pretio; præcisa tibi cavillandi occasione, ac dicendi, credendum patribus non esse, quasi hue testes veniant irati propter amissos filios. *Hotom.*

CAP. XLVII. § 124 *Numeramur*] Victorius edidit, *non eramus*. Neque aliter legit Sagonius de Jure Provinc. lib. i. cap. 3. Et recte quidem. Dixit enim Cicero, lib. iii. cap. 6. ‘perpaucas,’ hoc est, septemdecim fuisse civitates, quæ bello subactæ fuerint, et durius cæteris tractatae, quod opem Carthaginensibus contra Romanos tulissent. Si ergo in illis septemdecim Tyndaritani numerantur, ut hoc loco ipsi de se confitentur, quomodo prædicare de se possunt, atqne commemorare se in omnibus bellis amicitiam fidemque populi Romani secutos fuisse? Hæc inter se pugnant. Sed nodus hic facile sol-

*Delph. et Var. Clas.*

vetur, si mendum agnoscas, uti necesse est, in verbo *numeramur*, et pro eo reponas, *non eramus*. Sic omnia recte procedent. *Hort.*

§ 125 *Vestros quondum nautas*] Verba sunt Verris, Siculorum orationem irridentis; unde deesse quiddam suspicari licet, in quibus Verrem hoc modo respondere orator admonebat. *Hotom.*

*Cognatio*] Propter suam, eandem cum Romanis, ab Ænea ductam originem. Supra lib. iv. cap. 33. *Hor-tensius.*

CAP. XLVIII. § 126 *Non senato-rium*] Non pertinet ad senatores reos nocentes punire. Audit senatus sociorum querelas; crimina vero judicibus committuntur, qui reorum causas cognoscunt, non in curia, sed in foro, ubi judicia exercentur; neque ex S. C. sed ex populi lege. *Idem.*

*Facilis est causa*] Id est, excusatio. Facile populus excensabit se, quominus eorum causam cognoscat. *Vestrum enim, iudices, hoc munus esse dicet, cum vos legi repetundarum, quam ipse jussit, præposuerit. Populus nullis de criminibus, nisi de perdnellione, judicabat. Idem.*

CAP. L. § 131 *Me culpam fortunæ assignare*] Videtur legendum, *culpam fortunæ homini assignare*. Itaque mox ita loquitur, ‘nullam tibi objicio eau-sam.’ *Hotom.*

*Perpetuo sociis*] Centuripinis, qui perpetuo socii fuerunt. ‘Syracusanum,’ id est, ex urbe quæ semper hostis fuit. *Hort.*

CAP. LI. § 133 *Sed ne singuli*] Ne unns quidem ultra hunc numerum, qui in illis navibus est. *Idem.*

§ 135 *Tenebere*] Multorum enim testimonio convincam, crimiua hæc omnia perperam a te negari. *Idem.*

CAP. LIV. § 141 *Ni furtis*] Præcisa locutio, pro, ‘Ni dixisset Verrem furtis quæstum facere?’ Porro sensus est; Servilio crimen hoc Ver-

*Cicero.*

res affingebat, quasi dixisset ille, Verrem furtis suis ditescere. Id a se dictum fuisse negabat Servilius. Nemo enim accensabat. Tamen apponit Servilio adversarium prætor lictorem sum, quicun sponzionem facere cogitnr Servilius in hanc formulam : ‘Spondeo,’ aiebat lictor, ‘me duo sestertium millia daturum, ni planum fecero dictum a Servilio fuisse Verrem furtis quæstum facere.’ Qua sponsione provocatus Servilius restipulari cogebatnr his verbis : ‘Spondeo itidem me dno sestertia daturum, si planum fecerit adversarins a me dictum fuisse Verrem furtis quæstum facere.’ Eiusmodi sponzionum hic erat exitus : si iudicatum esset id, verbi gratia, a Servilio dictum fuisse, duo sestertium millia, quibus sponsionem fecerat, Servilius primo amittere debebat, deinde pati sententiam iudicis. *Hort.*

§ 142 *Converso*] Conversa virga, ut, a qua parte firmior, gravius percuteret. *Manut.*

CAP. LXI. § 146 *Dianio*] Hispaniae Tarragonensis oppido, quod Sertorius tenebat. *Hort.*

*Venales*] Servos.

CAP. LVIII. § 151 *Superiore ex loco*] E Rostris, in quibus ædilis accensabo te de majestate. *Manut.*

§ 152 *Consulis*] Vide lib. I.

CAP. LXI. § 158 *Nam quid ego*] Gavii suppliciorum narratio. Locus centies legendus, in quo totas suas eloquentia vires explicat. Orditur orator pathetica dubitatione, quam præparantur animi judicium ad criminis atrocitatem. Porro, ‘nam,’ hoc loco est interrogativum, et jnngitnr pronomini sequenti per anastrophen, pro, ‘quidnam!’ ut in illo Virgilii Georg. IV. 445. ‘Nam quis te,’ &c. pro, quisnam te, &c. *Hort.*

§ 159 *Ut neque mea, quæ nulla est*] Et ad hunc locum, et ad alia loca eiusmodi multa in Cicerone, animo attendant velim, qui Ciceronem, ut

nimum sui jactatorem, temere reprehendunt. Res quidem a se gestas non mediocriter, et, dicendum est, si veritate amanuus, non sine causa, sæpe prædicat; at ingenii dotes et eloquentiam, quæ vitiosa est, præcipue in oratore, jactatio, nusquam commendat; sed eam potius despicit ipse, ac deprimit. Vide Quintil. de hoc arguento fuse disserentem, lib. XI. cap. 1. *Idem.*

§ 160 *Verri se præsto*] Ad eum accusandum majestatis, propter ius violatum civitatis; et ad ulciscendum injrias suas apud judices, ope et auxilio legum. *Idem.*

CAP. LXII. § 161 *Eminebat*] Legit Quintil. lib. IX. cap. 11. emicabat, quod ad crudelitatem ostendendam videtur esse accommodatus. *Idem.*

§ 162 *Cædebatur*] Vide ad hunc locum, quod habet Gellius, x. 3.

*Istam potestatem*] Ut cives Rom. præsertim indemnati, ad solnm prætoris nutrum atqne arbitrium securi ferirentur. *Hotom.*

CAP. LXIII. § 163 *Lex Porcia*] Tullit, non M. Porcius Cato, sed Porcius Læca, tribunus plebis, anno 454. ne quis magistratus civem Romanum virgis cæderet, necaretve; sed damnato exilium permitteret. Nulla lex etenim damnatis civibus exilium diserte irrogavit. Interdicebatnr iis tecto, aqua, et igni; quam interdictionem necessario sequebatnr exilium, sive ex Urbe discessio, cum in ea rebus iis, quæ maxime sunt ad vitam, privarentur. Ante legem Porciam nudorum cervix inserebatnr furcæ; corpus vero virgis ad necem cædebatnr. Hoc erat, ut postea dicitur, puniri ‘more majorum.’ *Hortensius.*

*Sempronie*] Plures leges C. Sempronius Gracchus pro libertate ci-vium Romanorum tulit in tribunatu, anno 630. Sed ea hic intelligenda est præcipue, qua cavebatnr ne de capite civis Romani injussu populi

judicaretur; et ut qui indicta causa in civem Romanum animadvertisset, de eo populi quæstio constitueretur.  
*Idem.*

*Quid, cum ignes?*] Rei dabantur, olim, uti nunc, in quæstionem. Ignes pars erant tormentorum, quæ in eos ad exprimendam veritatem adhibebantur: laminis ardentibus ad pedum plantas et latera admotis ericiabantur. Præterea membra eorum equuleo extendebantur; ferreis ungibus lacerabantur; nervo, fustibus verberabantur; sed, libera civitate, servilia hæc erant supplicia.  
*Idem.*

*Inhibebat?*] Metaphora est a re nautica. Remos inhibent cum inflectunt, ut aliter navigent. *Grut.*

*Consilio in medio?*] Cum staret Numitorius medio judicum in cœtu, et jam testimonium diceret, repente prætor pro sno iure eum dimisit: etenim veritus est ne populus, tot Verris sceleribus incitatus, suis enim manibus statim disperceret, quod imperiti statim ita interpretari essent, quasi populus metuisset, ne, pro tot scelerum atrocitate, non satis severe judicaretis. Itaque hanc suspicionem a se, et a vobis, judices, abmoven- dam existimavit; testemque dimisit; et reum, a multitudinis iracundia vindicatum, legibus et judicio reservavit. Vide quot modis judices orator ad se- veritatem acuat, nunc prece, nunc minis; hic vero, quod jam sæpe, existi- mationis suæ gratia. *Hortensius.*

*CAP. LXIV. § 165 Tuis proximis?*] Iis, qui te, quasi propinquum ac ne- cessarium sumi, defendunt, et eo no- mine tam studiose pro te pugnant. *Hotom.*

*CAP. LXV. § 167 Futurum?*] De hac locutione, ‘hanc rem præsidio futurum,’ vide Gellium, I. 7. Vossium de Analogia, III. 16. Sanetii Mi- nervam, I. 11. et quæ ibi notavit vir politissimus et mei amantissimus, Ja- cobus Perizonius. *Græv.*

§ 168 *Quod quis ignoret?*] Scilicet, an verum sit, necone. *Grut.*

*CAP. LXVI. § 169 Fretu?*] Sic le- gunt Gellius, et Priscianus. Sic lo- quitur Lucretius lib. I. ‘Angustoque fretu rapidum mare dividit undis.’ *Lamb.*

§ 170 *Facinus est?*] Amplificatio per incrementum, de qua vide Quintil. *Hort.*

*CAP. LXVII. § 171 Iste?*] Verres.

§ 172 *Veritas?*] Lambinus, præter libros, maluit *screritas*, prorsus ab- surde, ne quid præterea dicam. *Grut.* ‘*Veritas*’ hic, nt frequenter alias, est *justitia*. *Ius* et *æquum* postu- lat, ut qui ejusdem civitatis, eorum- dem sacrorum consortes sunt, habe- antur sanguis conjunctus. *Grævius.* Audiendum ergo non est Joan. Cleri- ens, Art. Crit. part. III. sect. 1. cap. 16.

§ 173 *Quoniam mihi potestatem apud se agendi dedit?*] Nemini enim, nisi qui magistratum gereret, concessionem ad- vocandi, et cum populo agendi potes- tas erat. Ædilis autem Cicero proxi- mis comitiis ædilitiis designatus erat, ut jam sæpe diximus. Significat ig- tur (id quod sæpe jam ante dixit) Verrem a se perduellionis arcessitum iri; quod judicium centuriatis comi- tiis apud populum universum exer- cebatur: perduellionis autem, prop- ter jns civitatis violatum. *Hotom.*

*De multis mihi crescere licebit?*] A- mare, nec tamen obscure, judicibus qui se Verris largitione corrumpi si- nent, minitatur. *Hotom.*

*CAP. LXVIII. Ut non cera?*] Ceratas censorum tabulas significat, e quibus eradebantur eorum nomina, qui se- natu movebantur. Hæc erat nota censoria, qua mali senatores, aut e- quites, notari consueverant, et quam judicibus etiam suis, si prave judica- verint, minatur. Imo tanto majorem illis ex hac sua pravitate intentat ignominiam, quo majus erit illorum sce- lus in absolvendo homine improbis-

simo, et omnium sententiis damnato; itaque isto absoluto ambulabunt ita, ut non cera notati, quod usitatum est in paenitentia censorii, sed, quod turpisimum est, cœno cooperiti et obliiti esse videantur. Vel respicit ad tabellas illas ceris discoloribns illatas, de quibus in Divin. cap. 7. et act. 1. cap. 6. et quibus iudices pecunia corrupti reos nocentes absolverant; hoc sensu: Nolo hos iudices in hoc reo absolvendo majorem etiam sibi infamiam inuovere, quam illi qui discoloribns tabellis nocentes reos olim absolverunt; ut illi cera notati, hi, quod est turpius, cœno obliiti et inquinati esse videantur: hoc est, ut illorum peccatum levius, horum gravius, et infamia major esse judicetur.

*Hort.*

CAP. LXIX. § 177 *Ea lege*] Id est, Eo temporis articulo, quo suam legem promulgavit Cotta, de iudiciis cum equestri ordine, tribunnis ærarii, communicandis. De ea re vide Divin. cap. 3.

*Proscriptam*] Id est, propositam. 'Proscriptæ leges' dicuntur, dum in foro spectandæ ac legendæ propounderunt. *Hoton.*

§ 178 *Aut*] Hic non est disjunctivum, ut nec in membro superiore, sed vim habet conjunctionis, 'et, ii,' subiungit. iudicia exercebunt, qui, quia iudicia turpiter a senatoribus administrata fuerint, de equitibus qui olim, hoc est, ante hosce annos decem, iudicabant, nova Cottæ lege novi iudices erunt constituti. Ergo duplice terrore iudices orator ad se veritatem excitat: alterum Verri iudicium minatur, si eum absolvant; illis metum legis Aureliæ, quod jam saepe, injicit. *Hort.*

*Indignum putarit*] Priore actione, cum tam apertus perduellio ei visus est, ut in præsentia mactandum existimaret. *Idem.*

CAP. LXX. § 180 *M. Catonis*] Majoris, sen Censorii.

§ 181 *Pompeius*] De quo in Bruto. *L. Fimbriam*] Mendum est in prænomine. Hic est enim C. Flavius Fimbria, qui cum C. Mario consul fuit. *Manut.*

*C. Cælium*] Caldum, qui consul fuit cum L. Domitio Ahenorbarbo.

CAP. LXXII. § 184 *Nunc*] Ultimo per invocationem omnium Deorum, quos aliqua ratione Verres violaverat, orationem hanc, totamque accusationem absolvit. *Ferrat.*

§ 186 *Prætorii*] Vox illa mire doctos exercuit. Hanc esse mendosam non est quod dubites; pro ea repunnt, vel *urbis*, vel *fori*, vel *prætoribus*; alii pro glossemate habendam putant. Ergo illam rejicies, nisi malis Grævinn sequi; censem vir doctus scribendum esse, *populi Romani*, aut *fori Romani*. Quid si pro adjetivo illam habueris, et retuleris ad Deos illos, quos appellabis 'prætorios,' quasi præsides, eodem sensu, quo eos arbitros iudiciorum Cicero mox appellavit? Sane iudicia per prætores exercebantur. *Hort.*

§ 188 *Eadem vestra*] Notandum ἀνακόλουθον sen inconsequens: sermonem ad iudices convertit, quanquam Deorum imploratione sententiam sic exorsus, his verbis; 'Vos . . . imploro, et appello, sanctissimæ Deæ,' &c. *Idem.*

EVENTUS.—Qualis hujus iudicij exitus fuerit, Asconius exponit: qui post posteriorem actionem Verrem in exilium sua sponte profectum esse scribit, neque sententiam iudicium expectasse; Hortensium autem novo accusandi genere ita perculsum fuisse, ut rationem defensionis omitteret: quod etiam Tullius in Bruto declarat. Hortensium tamen Verris defensionem scripsisse, Quintilianus multis in locis testatur. De Verris antem exitu, Lactantius ita loquitur, De Orig. Error. lib. II. cap. 4. 'At enim Verres ob haec facinora damnatus est. Apud ipsum Verrem non

fuit illa damnatio, sed vacatio; ut quemadmodum Dionysio, Deorum spolia gestanti, Dii immortales bonam dedernernt navigationem; sic etiam Verri bonam quietem tribuisse videantur, in qua sacrilegiis suis tranquille frui posset. Nam frementibus postea civilibus bellis, sub obtentu damnationis ab omni periculo et metu remotus, aliorum graves causas et miserabiles exitus andiebat; et qui cecidisse solus omnibus stantibus videbatur, is vero, universis ca-

dentibus, solus stetit; donec illum, et opibus sacrilegio partis, et vita satiatum, ac senectute confectum, proscriptio triunviralis auferret, eadem scilicet quae Tullium, violatae Deorum majestatis ultorem. Quinetiam felix in eo ipso fuit, quod ante suam mortem erndlissimum exitum sui accusatoris audivit; Diis videlicet providentibus, ut sacrilegus ac praedo religionum suarum non ante moreretur, quam solatum de ultione cepisset.<sup>7</sup> *Hotom.*

## PRO M. FONTEIO.

**ARGUM.**—M. Fonteius, Gallia per triennium post prætoram administrata, Romam reversus, postulantibus Gallis, repetundarum accusatur a M. Plætorio; defenditur a Cicerone, actione secunda; consulatum gerentibus, quantum consequi conjectura liceat, Q. Hortensio, Q. Metello, cum judicia per tres ordines Aurelia lege administrarentur. *Manutius.*

**CAP. I.** § 1 *Aere alieno]* Cujus æris alieni causam in Fonteii rapinas Galli conferebant: unde orta repetundarum accusatio. *Manut.*

*Versuras]* ‘Versuras facere,’ est pecuniam sub usuris mutuam accipere; sive alteri des, sive impendas aliis usibus. Alind est ‘versura solvere,’ quod est, versura facta solvere; pecuniam ab aliis mutuari ad debitum expungendum, sive quam alteri debitori des. Hæc duo a doctissimis quoque confunduntur. *Græv.*

*Nihil minus]* Quare? quia scilicet ‘nemo Gallorum sine civi Romano quidquam negotii gerit.’ *Infra. Ferat.*

*Qui negotiantur in Gallia]* Non a mercatoribus. Aliud est enim mercatorem esse, alind negotiatorem; quod tamen hodie vulgo ignoratur. ‘A negotiatoribus’ ergo, id est, a publicanis, aratoribus, pecnariis, ut infra, ‘Omnes illius provinciae publicani, agricolæ, pecnarii, cæteri negotiatores,’ &c. *Hotom.*

§ 2 *Provinciae Galliae M. Fonteius præfuit]* Fonteiam gentem tribus tantum prænominibus, Publio, Caio, et Manio, nsam fuisse, satis constat ex antiquorum numismatum auctoritate, in quibus M' C. et P. Fonteii descripti sunt. Sæpe autem librarii in eo errant, ut omissa virgula, quæ M' litteræ obducta, Manium significabat, pro Manio prænomine, Marciū scripserint; quod cum in Aelia gente persæpe accidit, non in Aquilia, quæ hoc prænomine frequentius nrae sunt. Quibus rationibus facile adducor, ut credam, hic quoque erratum esse in Fonteii prænomine, et pro Marco Manium, Fonteium hunc, qui prætor Galliam obtinuit, prænominiandum esse. *F. Ursinus.*

*Nostra memoria]* Eorum memoria, qui tum senes vivebant, de Gallis triumphaverat M. Fulvius Flaccus, anno Urbis 630. C. Sextius Calvinus, et Cn. Domitius Ahenobarbus, 631. Q. Fabius Max. 632. C. Marins, Q. Catulus, 652. *Manut.*

*Agris, urbibusque multati]* Coloniis in Galliam deductis. *Idem.*

§ 3 *Narbo Martius]* Narbo, nota civitas. Martium autem dictum esse quidam putant, quod C. Cæsar dictator colonos ex Martia legione milites eo deduxisset. Sed cum Velleius Paterculus hanc coloniam deductam scribat Porcio et Martio consulibus, verisimilis videtur ex Martii nomine appellationem sumpsisse. In libro tamen Velleii priore, mendose *Marcus* legitur pro *Martio*. Hotom. Scribendum *Marcus*, per c, non *Martius*, per t. *Lamb.*

*Populo Romano coriis remisque compensarunt]* Ita editiones veteres, nisi quod ii duabus litteris *P. R.* item *copiis*. At illud *coriis* est a Pal. cui a prima manu *coriis*. Nimurum Massilia coria remosque suppeditavit Romanis; quid planius? At quid insulsius pridem vulgatis? *Populi Romani copiis armisque.* Hæc non sunt civitatis unius in medio hostium positæ, sed integræ provinciæ. De tali emendatione alii gloriarentur; statuam et clypeum aureum sibi poscerent; mili satis est, si non reprehendar, quod unius libri auctoritate, daminare ausus fuerim lectionem hactenus vulgatam. *Gruter.* Vere hunc locum restituit Faernus, ex optimo illo et antiquissimo codice, qui in hac oratione nobis debet esse pharos. Franc. ed. Mediol. et aliæ veteres non longe recedunt a Faerno, quæ habent *populi Romani copiis remisque compensarunt*. Qui retinent *propulsarunt*, ostendant quando Narbo et Massilia propulsarint a Romanis pericula bellorum Gallicorum. Massilia, cum Roman a Gallis incensam et solo

æquatam intellexisset, dolebat, iustitium indicebat, Romanos solabatur. Sed nullum unquam ullius belli Gallicani periculum propulsavit. Erridissimo Grutero, cui Cicero plurimum debet, ut tota res litteraria, nolle excidisse νεανικὸν καθηγητα, cum nusquam in Cicerone infelicius versatus sit, quam in hoc loco. Quis enim eredat virum tam emunctæ naris potuisse probare, imo in contextum admittere, corruptissimam et ineptissimam unius codicis scripturam? An *coriis remisque* poterant pensari pericula illa bellorum Gallicorum, quæ Romam pene totam funditus deleverant, et propter quæ sanctius ærarium constituerunt? [Edipus legat hæc, et corrigit. Oliv.] Verissime Faerni liber et nonnulli alii, *copiis armisque compensarunt*. Narbo Marcius, et Massilia, missis armis et copiis, ubi reipublicæ tempora requirebant, pensarunt illa pericula, in quæ cæteri Galli variis in bellis Romam adduxerant. Itaque non recedo a lectione, quam restituit Faernus, qui *Gallicorum bellorum pericula populo Romano copiis armisque compensarunt*. Qui non intellexerunt vim vocis *compensarunt*, id mutarunt in *propulsarunt*. *Græv.*

*Atque]* Non abundat hæc copula, sed civibus Romanis honestatem addit. Non enim sequitur, ut, quinque sit civis Romanus, idem sit honestissimus. *Manut.*

CAP. II. *Qui proximi]* Qui proxime domiti fuerant, et occasione belli agros rursus occupaverant, quibus multati fuerant a senatu, ex iis decedere coacti sunt ex M. Fonteii decreto. *Ferrat.*

*In toto orbe terrarum]* Bellum hoc tempore populus Romanus gerebat cum Sertorio in Hispania, duce Pompeio; cum Isauris et piratis in Cilicia, duce Servilio; cum Dardanis in Thracia, duce Curione; cum Mithridate in Asia, duce Lucullo;

cum Spartaco in Italia, duce Vareno.  
*Hotom.*

§ 4 *Cum populo Romano cognoscitis?*] In antiquo libro est, *cum P R. cognoscitis*, id est, cum prætore cognoscitis. *Faern.*

CAP. III. § 6 *Legati ad eos exercitus?* Præterea *Cn. Pompeius maximus?* Veteres ita omnes præter Lambinum, qui maluit, *legati ad eos?* *Exercitus præterea Cn. Pompeii maximus, &c.* Optime quidem; nec Grævio miror conjecturam hanc adeo placuisse, ut eam pro germanis Tullii verbis ediderit. *Oliv.*

*Auctor placeat?* Cujus testimonio fidem habere velitis? *Ferrat.*

CAP. IV. § 7 *Ob vacationem?* Ne munire cogerentur. *Manut.*

§ 8 *Optimis nominibus delegare?* Dictum est per translationem ductam ab iis, qui, quod suo creditori debent, transcribunt in summum debitorem, ut id dissolvat: verbi causa, mihi, qui deheo Mævio centum, debentur totidem a Sempronio: ea igitur centum, quæ Mævio deheo, delegeo Sempronio; id est, scribo, aut mitto ad Sempronium, debitorem meum, ut quæ centum mihi debet, ea Mævio, creditori meo, numeret. ‘Optima’ autem ‘nomina’ dicuntur, debitores, qui sunt solvendo, debitores locupletes, et qui æs alienum dissolvere et possunt, et non nolunt. ‘Delegare’ igitur ‘crimen optimis nominibus,’ hoc loco dictum est, pro eo, quod est, Transferre crimen in eos, qui facile possunt probare se omni culpa vacare; qui possunt crimini sibi illati onus sustinere, aut refellere. *Lamb.*

*Viam Domitiam?* Nam *Cn. Domitius* proconsul in Gallia straverat. *Manut.*

*Ex litteris quidem restris, quas scriptis?* Legendum ex fide antiqui libri, *ex litteris quidem nostris, quas excipistis.* Hæc enim verba directa sunt ad adversarios; qui, cum Fon-

teins litteras quas ipse ad legatos suos, quasque legati sni ad se de munitione Viae Domitiæ miserant, in judicio produxisset, ex quibus purgatis de eo crimine remanebat, eas ad considerandum exciperent, ut quotidie fit ab litigantibus, qui jura alterius partis in judicio producta excribunt, id est, exemplum eorum sumunt. *G. Faern.*

CAP. V. § 9 *Portorium vini?* Portorium, vectigal quod in portu pro exportandis mercibus solvitur. Unde qui hoc vectigal publicani redemunt, Portitores dicuntur. *Hotom.*

*Crodoni Porcium?* Totus hic locus, qui miserabilem in modum in libris vulgatis depravatus jacet, ex fide codicis Vaticani, et diligentia Faërni restitutus est. *Lamb.*

*Ternos victoriatos?* De victoriatis Plinius lib. xxxiii. scribit his verbis: ‘Qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic numus, ex Illyrico adventus, mereis loco habebatur: est autem signatus Victoria, et inde nomen.’ Est autem victoriatus semis denarii: et nunc, inquit Volusius Metianus, tantumdem valet quantum olim quinarius. Varro De Analogia, lib. iii. ‘Nam quam rationem,’ inquit, ‘duo ad unum habent, eandem habent 20. ad decem, in numis, in similibus. Si est ad unum victoriatum denarius, sic ad alterum victoriatum alter denarius.’ Ita enim locum illum corrigendum esse arbitramur. *Hotom.*

*Qui ad hostem?* Puta ad Hispanos, qui cum Sertorio arma ferrent. Argumentum a majori ad minus: si enim exigebantur seni tantum denarii, cum vinum ad hostes ferebatur, non erant exigendi quaterni, cum ad amicos. *Ferrat.*

§ 10 *Fructibus nostris?* Reipublicæ, quippe sociorum. *Idem.*

CAP. VI. § 11 *Quæsitore?* Prætore, qui querit de repetundis. *Idem.*

*Salus ipsa]* Dicit Deam Salutem, cui templum in Quirinali dedicatum est. Sic Terent. in Adelphis; ‘*Ipsa si cupiat Salus, Servare prorsus non potest hanc familiam.*’ Vide supra, *Verr.* i. cap. 57.

§ 12 *Semel*] Non licebat iterum interrogare semel interrogatum; idque semel fieri solebat, antequam causa ageretur. *Ferrat.*

CAP. VII. § 13 *Cn. et Q. Cæpi-nibus]* Fratribus, Serviliae gentis; quorum Cnæus consul fuit cum Q. Pompeio, anno Urb. 612. Quintus anno sequenti cum C. Lælio. *Manut.*

*L. et Q. Metellis]* L. Metello Calvo, qui consul fuit an. 611. Q. Metello Macedonico, consule an. 610. *Idem.*

*Q. Pompeium hominem novum]* In *Verr.* iii. 70. ‘*Q. Pompeius, humili atque obsceno loco natus.*’ Is igitur Pompeius, gesto jam consulatu, accusatus repetundarum, cum in eum duo Cæpiones, fratres, consulares, et duo item Metelli fratres, consulares, acerrime testimonium dixissent, absolutus est. *Valer. Max. lib. viii. cap. 5. Idem.*

§ 14 *Neque in C. Fimbriam, neque in C. Meminium]* Utrumque de repetundis accusatum, auctore Val. Max. ibid. *Fimbria cum C. Mario consulatum gessit. Manut.*

*Pudor]* Lib. i. de Orat. ‘*Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor: qui tamen non modo non obeset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset.*’ *Idem.*

*M. Marcellum]* Valerius Maximus, lib. viii. cap. 5.

§ 15 *Ex illo loco]* Ab adversariis; ad quos, hæc dicens, digitum intendebat. *Manut.*

CAP. VIII. § 16 *Equites Rom.]* Qui lege Sempronia C. Gracchi judicaverant usque ad L. Syllæ dictaturam. *Ferrat.*

*Volgarum]* Volgas, populos Galliæ, Allobrogibus finitos, Cæsar com-

memorat, de bello Gallico, lib. i. Belgas autem constat longe esse ab his remotos, neque quidquam ad Fonteii provinciam pertinuisse. *Lambin.* Legendum *Volcarum*, uti emendatum est quoque in melioribus editionibus Cæsaris. Sic enim a veteribus vocantur, non *Volgæ*. *Volcæ*, hodie superior et inferior Languedocia. *Græv.*

*Qui optima in causa sunt]* Qui leviores habent causas, cur Fonteio inimici sint. *Manut.*

§ 17 *Immunitatem]* Queritur enim, præter cætera, vini portorum a Fonteio primum institutum. *Idem.*

*Induciomarus]* Hic est princeps Treviorum, qui a C. Cæsare bello victus atque interfectus est. *Hotom.*

CAP. IX. § 18 *Cum proditis]* Proprie dicuntur ‘producere’ testes, et ‘prodire.’

§ 19 *Arbitror]* Testes, licet jurati, nihil tamen affirmabant; arbitrari se dicebant. Id Cicero plane docet in Lucullo in extremo. *Manut.*

CAP. X. § 20 *Delphos usque ad Apollinem Pythium]* Nota est historia ex Pansania in Phocicis, et Justini lib. xxiv. extremo; quam et Strabo attigit lib. iv. et Livius lib. xl. *Hotom.*

*Cujus nomine]* Scribendum *numine*, (non, quod omnes hic editiones præse ferunt, sine ulla commoda sententia, *nomine*) οἱ χαριέστε mihi facile credo assentientur. ‘*Numine*’ enim est divina vi et potestate, ut in Catil. ‘*Dii immortales, qui, &c. præsentes suo numine atque auxilio nos defendunt.*’ Et in Anton. ‘*Mihi quidem numine Deorum videtur hoc fortuna voluisse.*’ Virgilius, Aeneid. xii. ‘*tunc inclyte Mavors, Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques.*’ Ovid. epist. Sapphus, ‘*Fons sacer, hunc multi numen habere putant.*’ Forte tamen erit, qui vulgatam asserendam ac sic explicandam esse censeat: Ille Jupiter, cuius nomine

jurantes testes utuntur, quo firment testimonii fidem. Nam soleinne iurisjurandi carmen est, ‘Si sciens fallo, tum me Diespiter perdat.’ Hinc ‘Jovem lapidem jurare,’ de quo Festus. Si quis sic sentit, per me glande hac sit contentus. *Græv.*

§ 21 *Humanis hostiis*] Hunc Gallo-rum morem cognosce ex Comment. Cæsar de bello Gall. lib. vi. Vide et Plin. lib. xxx. *Hotom.*

§ 22 *Ilo triennio*] Quo Fonteius Galliæ præfuit. Prætoriæ provinciæ annum unum obtinebantur; sed pleniusque prorrogabantur, ut Verri, ut Pisoni, ut aliis innumeris. *Idem.*

*Vos tamen Gallis credere malitis*] In Vatic. legitur, *ros tamen cum Gallis jurare malitis.* Nam et Galli jurati testimonium dixerant in Fonteium; et jndices, antequam de eo sententiā ferrent, iuraturi erant. Quod si condemnassent, visi essent jurare eum Gallis. *G. Faernus.* Sed recte hanc veteris codicis scripturam damnarunt Hotoman. et Manut. Possit tamen illam tueri verbis, quæ paulo ante præcesserunt, ‘cum his vos testibus vestram religionem conjungetis?’ hoc est, vestrum iusjurandum. *Græv.*

CAP. XI. § 23 *Sugatos*] Sagum, opinor, non militarem vestem, Romanorum similem significat, sed stragulae vestis genns, non absimile cilio. Snetonius in Othonē illiusmodi sagi mentionem facit his verbis: ‘Ferebatur et vagari noctibus solitus, et invalidum quemque obviorum vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime jactare.’ Tacitus, De Moribus Germanorum, ‘Nudi aut sagulo leves, nulla cultus jactatio.’ Et paulo post, ‘Tegumen omnibus sagum, fibula, aut si desit, spina consertum.’ De braccis autem et sagis Diodorus lib. vi. sic scribit: ‘Vestes autem, ad terrorem intonsas, ac coloris varii, ferunt, quas illi vocant bracca. Sagula gerunt virgata:

hyeme quidem crassiora, æstate subtilia.’ *Hotoman.* Quamvis in omnibus editis sit *brachatos*, cur tamē vitium orthographiæ, de quo in tanta luce litterarum nemo dubitat, non corrigitur? *Bracas* autem scribendum esse, non *brachas*, nec *braceas*, dñdnm docti monuerunt, unde ‘bracata Gallia.’ *Græv.*

§ 24 *Convictis virorum bonorum testimonii*] *Convictus*, alii nonnulli; et sic puto emendandum. Sed utrocumque modo, mendum tamen subest; nam verbum ‘magistratibus,’ quo se referat, non habet; quare hand scio an sic potius sit legendum; *Magistratibus*, quos ante oculos vestros gessit, legationibus flagitiose obilis, *convictus virorum bonorum testimonii*, invitus suis omnibus. Nihil tamen affirmo; tantum sententiam meam testificor. *Hotom.* Procul dubio hic exciderint aliquot verba, tam quæ pertinent ad ‘magistratibus,’ quam ad ‘couictus,’ nimurum tale aliquid, male gestis, ultius criminis *convictus*. Sed hæc ex ingenio, sine testatae fidei codicibus, supplere Musæ non sirint. *Græv.*

CAP. XII. § 26 *Marius*] IV cos. Ambronum Teutonumque gentem ferociissimam, quæ cum exercitu numerosissimo in Italiam invaserat, prælio vicit: qua victoria Romam munita, v cos. absens creatus est. Quintum consul Catulo cum Cimbris difficile bellum gerenti, præsidio fuit, hostesque superavit. *Hotom.*

Cn. Domitius et Q. Maximus] Q. Fabius Maximus cum Allobrogibus, Cn. Domitius cum Arvernis, acerba et diuturna bella gesserunt, ut ipse alibi scribit, et Cæsar lib. i. De quorum victoriis cognosce ex Floro in Epit. lib. LXI. *Idem.*

*Plætorius*] Fonteii accusator.

CAP. XIII. § 28 *M. Æmilium Scænum, accusatum a M. Bruto*] Ter accusatum Scænum reperio; primum a Cn. Domitio, tribuno plebis, quod ejus opera sacra multa pop. Rom.

diminuta esse diceret: iterum a Q. Servilio Cæpione, lege Servilia repetundarum: tertio a Q. Vario, trib. pl. lege Varia proditionis. Quæ omnia ex Asconio didicimus. Sed M. Brutus qualis accusatio fnerit, legisse non memini. *Hotom.*

**M' Aquilius]** Accusatus de repetundis a P. Lentulo, eo, qui senatus princeps fuit; ut in Divin. Fuit alter M' Aquilius ipse de repetundis, sed post multos annos, accusatus, nec a P. Lentulo, sed a L. Fusio; ut de Off. lib. II. et in Bruto. Atque hic posterior Aquilius is est, quem cum defendaret orator ille summus M. Antonius, causa prope perorata, tunicae ejus a pectore abscedit, ut cicatrices populus Romanus judicesque adspicerent adverso corpore exceptas. Qua de re in Verr. lib. III. *Manut.*

**L. Cotta]** De repetundis accusatus ab Africano minore. Vide Valer. Maxim. lib. VIII. cap. I. *Idem.*

**P. Rutilius]** Rufus, qui consul fuit cum Cn. Mallio. Is cum in Asia quæstor Q. Mucii Scævolæ provinciam ab injuriis publicanorum defensisset, invitus equestri ordini, penes quem judicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est; et, cum redire posset victore Sylla, equitibus inimico, exulare malit, ne contra leges fecisse videretur. Val. Max. II. VI. 4. Ascon. in Divin. et pro Scauro. *Idem.*

**Libidinem]** Alii legunt libidinum. Utraque lectio sensum habet. *Idem.*

§ 29 **L. Pisonem]** Qui cum consul fuisset quo anno Tib. Græchus occisus est, postea C. Gracchi legem frumentariam dissuasit. Tuscul. III. *Idem.*

**Viator quereret]** Viatoribus enim tribuni plebis utebantur; consules et prætores lictoribus. *Hotom.*

**CAP. XIV. § 31 In monumentis]** In marmoribus incisam, in quibus, et rerum a Fonteis gestarum, et antiqui

generis memoria extaret. *Manut.*

**Continuæ præturae]** Iu Fonteiorum familia. Sed oratore dictum, 'continuæ,' pro fere continuæ; nam hujus Fontei pater in legatione obiit, prætrum nondum adeptus. *Idem.*

**Parentis]** Belli socialis initio Q. Servilius proconsul ad sedandos motus Asculum profectus, cum legato Fonteo, omnibusque Romanis civibus, est interemptus. Liv. Epitome, lib. LXXII. *Idem.*

**CAP. XV. § 32 Hominibus autem]** Hic aliquid desiderari quivis, si attendit animum, per se videt. Id nos expiscati sumus ex codice Francii, in quo est, aut claris hominibus, ac summis ducibus. Sine dubio legendum, claris autem hominibus, ac, summis ducibus. *Græv.*

§ 33 **In bello]** Sociali, exorto, L. Julio, P. Rutilio, consulibus. *Manut.*

**Tradere et condemnare]** Nos, quamvis omnibus libris dissentientibus, legendum omnino arbitramur condonare. Nam cum oratio crescere debeat, hic decrescit; quod enim levius est, in extremo ponitur. Præterea cum tempore prius sit condemnare, quam tradere, hic posteriore loco ponitur, 'condemnare.' At id quod nos malimus, quodque omnino a Cicero scriptum esse contendimus, honesta locutio est, et Cicerouiana. *G. Faërnus.* Certissima et verissima Faërni emendatio. *Græv.*

**CAP. XVI. § 34 Macedonia]** In Macedonia et Hispania legatum fuisse, ex eo loco conjecturam capio, ubi paulo ante dixerat, 'legationibus flagitiose obitis;' ab utraque autem significat missas publice legationes, quæ Fonteis, ut moris erat, laudarent. *Hotom.*

§ 36 **Bello Gallico]** Cum bellum Gallicum ingruerat, non dabantur Romæ vacationes. Philipp. VIII. cap. I. Ita nunc omnes Romam venerant, cum a Gallis Fonteius oppugna-

retur. *Ferrat.*

CAP. XVII. *Matris]* Quæ supplex aderat in judicio; ex altera parte soror Fonteii, virgo Vestalis. *Manut.*

§ 38 *Solatia]* Cum Manutio interpretandum est, decus et honestæ mortis memoriam.

## PRO A. CÆCINA.

**ARGUM.**—M. Fulcinius Tarquiniensis Cæsenniæ uxori moriens usumfruetum bonorum snorum legavit, ut frueretur una cum filio herede instituto. Filio mortuo, et auctione bonorum constituta, Cæsennia fundum ex iis bonis emere de sententia amicorum constituit; idque negotium Sex. Æbutio dedit, cui fundus pecunia Cæsenniæ emptus fuit addictus. Cæsennia, cum non longe post A. Cæcinæ nupsisset, eumque heredem fecisset, decessit. Tum Æbutius fundum illum, quem mandato Cæsenniæ emerat, suum esse dixit. Itaque constitutum fuit, qua die in rem præsentem veniretur, nt, cum Cæcina de fundo esset dejectus, interdictum a prætore postularet. Verum Æbutius, fundo occupato, Cæcinam, in eum ingredi conantem, coactis armatisque hominibus per vim aditu ingressuque prohibuit. Repulsus Cæcina interdictum de armatis hominibus a Dolabella prætore impetravit, nt unde dejectus esset, eo restitueretur. Æbutius restituisse se dixit, in eamque rem sponsio facta est, de qua recompileratores a prætore dati cognoverunt. Tota quæstio definitionis est, an interdicto de vi teneatur etiam is, qui non dejectus de fundo, sed ab ejus ingressu prohibuit; de qua re Cicero in Oratore, ‘Tota milii causa pro Cæcina de verbis interdicti fuit: res involutas definiendo explicavimus, jus civile landavimus, verba ambigua

distinximus.’ Ita antem versatur in jure civili hæc omnis oratio, ut exemplis ipsis, quæ in Topicis sunt omnia sumpta de jure, nusquam exempla magis affinia possint reperiri. Neque adeo juris illius studiosi quidquam legant dignius, in quo aut ipsorum ingenii lumen eluceat, aut appareat industria. *P. Faber.*

Plena hic forensium omnia sunt formularum, pragmaticarumque artium, quas non dubito quin Bndæus, Cujacius, Hotomanus, et, si qui sunt ejusdem ordinis alii, probe intellexerint. Sed integras eorum observationes non capit hic Delectus; neque decurtatis sua maneret utilitas. Commonem libros in bibliothecis feriatos offendent ii, quibus otii erit satis, ut in hæc studia se immergant. Quamobrem mihi, homini minime litigioso, lectores quæso esse propitios, si Romani juris Pandectas non exhibeo. *Oliv.*

**CAP. I. § 2** *Sifacta vis esset moribus]* Sæpe postea in hac ipsa oratione, ‘de vi quæ moribus fiebat,’ loquitur. Infra, ‘Placuit Cæcinæ, de amicorum sententia, constitnere, quo die in rem præsentem veniretur, et de fundo Cæcina moribus deducereetur. Ad eum fundum profectus est, ex quo, ex conventu, vim fieri oportebat. Cum ad vim faciendam veniretur, ipse porro Cæcina cur se moribus deduci volebat?’ Quid sit igitur, ‘vim fieri moribus,’ videamus. Ex

his sane locis, quos commemoravimus, et si qui sunt præterea similes, illud manifesto intelligitur, moris fuisse, ut cum de agro quopiam controversia institueretur, quia propter commoda possessionis magna jurgia, et pugnæ interdum ac cædes orabantur, litigatores de amicorum sententia diem inter se sumerent, quæ die in rem præsentem, id est, in agrum illum una viderent, et in eo agro vim aliquam alteri faceret, non veram et solidam, sed fictam et simulatam. Ex tota autem oratione illud aperte constat, quod is, qui detinens erat, a prætore ex edicto postulabat, ut ‘unde vi dejectus esset, cum possideret, eo restitueretur;’ prætor decernebat. Cum restitni iussus ab adversario peteret, ut se restitueret, respondebat adversarius ‘se restituisse;’ altero igitur restitutum se negante, sponsio fiebat. Recuperatores sumebantur, apud quos quærebatur, restitusne esset, qui fuerat dejectus, an non; id est, parvissimum dejector edicto atque imperio prætoris, an non. Hoc autem judicio (ut sæpe postea decebimus) revera nihil aliud quærebatur, quam uter possidet: nam si non possidere adversarium dejector probaret, vinciebat, et edicto prætoris paruisse judicabatur: non enim aliter erat restituere iussus, nisi si possessorem dejecisset. Dejectionis enim invidia probationis onus in dejectorem rejiciebat; ut patet infra, ‘Ostendo, si sine armatis coactisve hominibus dejectus quisquam sit; eum qui fateatur se dejeisse, vincere sponsonem, si ostendat enim non possedisse.’ Atque hæc quidem mea quondam fuit propter illum Ciceronis locum sententia, qui non modo milii adolescenti, ut tum eram, verum etiam cuivis exercitato errorem objicere facile potuit: quid enim clarius dici potuit, quam ‘dejectori onus incumbere probandi dejectum non possedisse?’ Sed postea,

partim majore attentione adhibita, partim aliis Ciceronis locis excitatus, statui probandæ possessionis onus dejecto, non dejectori incumhere; ut infra decebimus. Hæc autem vis est, et dejectio quam mox fieri dicit; quam infra ‘vim quotidianam’ appellat; quam A. Gell. l. xx. c. 10. ‘vim civilem ac festucariam’ appellat, quam veræ vi ac solidæ opponit; de qua Ennius dixerat, ‘Non ex jure manu consertum, sed mage ferro Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi;’ ut etiam perspicue appareat ‘consertionem illam manum,’ de qua toto illo capite disputat, nihil aliud fuisse, quam vim hanc, ac deductionem, ‘quæ moribus (ut Cicero dicit) fiebat,’ et quam dicit olim, præsente prætore fieri solitam, qui ipse in rem præsentem, agrumque litigiosum proficisebatur. Verba autem jurisconsulti, quæ Gellius protulit, quæ in vulgatis libris valde corrupta sunt, sic legenda ac restituenda putamus: ‘Manum consere, est qua de re disceptabatur, in re præsenti, (sive ager, sive quid aliud est) cum adversarius adversarium simul manu prehenderet, in ea re omnibus verbis vindicare, id est, vindicia correpta,’ (‘vindiciam’ autem hic surculum sive festucam, opinor, appellat; quæ aliter ‘vindicta’ dicitur, ut cum servi vindicta, id est virga manumitti dicuntur; propius enim ad ‘vindicti’ nomen, unde ‘vindicta’ deducta est, accedit) ‘manus in re atque in loco præsenti consere: quod apud prætorem (id est, præsente in agro prætore) ex xii Tabulis fiebat; in quibus ita scriptum est, ‘Si qui in jure manum conservunt.’ Sed postquam prætores, propagatis Italæ finibus, latis jurisdictionibus, negotiis occupati, proficisci, vindiciarum dicendarum causa, longinas in res gravabantur; institutum est contra xii Tabulas tacito consensu, ut litigantes non in jure

apud prætorem manum consererent, sed ex jure manu consertum vocarent, id est, alter alterum ex jure ad conserendam manum in rem, de qua ageretur, vocaret; atque profecti simul in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, veluti unam glebam, in jus, in urbem, ad prætorem deferrent; et in ea gleba, tanquam in toto agro, vindicarent.' Hæc Gellius. In quibus illud observandum est, hanc manuum consertionem etiam tum fieri solitam, cum de possessore constaret; et actor 'vindicatione,' id est, in rem actione uti vellet; quod etiam Cicero demonstrat in Orat. pro Murena, et lib. de Orat. 1. 'Multisque,' inquit, 'præsessem, qui ant interdicto tecum contendenter, aut te ex jure manu consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses: agerent enim tecum lege Pythagorei omnes, vindicarentque,' &c. 'Interdictum' autem eo in loco non hoc de vi quotidiana et festucaria significat, sed de vi hominibus armatis coactisque, in qua scilicet non ex jure manu consertum vocari solet; sed vis revera adhibita est. Quare duabus de causis 'manu consertum' vocabatur: primum cum de possessione agendum esset, et interdictum, 'unde vi simplici et civili,' postulandum: deinde cum in rem actione, sive vindicatione utendum esset: eo enim consertio fiebat, ut in re præsenti vindicari posset. Superioris exemplum est in Epistola ad Trebatium, lib. viii. 'Tantum metuo, inquit, 'ne artificium tuum tibi parum prospicit: nam, ut audio, istic non ex jure manu consertum, sed mage ferro rem repetunt. Et tu soles ad vim faciendam alhiberi?' et quæ sequuntur. Est autem 'manu consertum' confictum vocabulum, conjunctumque ex 'manus' et 'conserere,' qua de re in Comment. Veib. Jur. copiose diximus. *Hotom.*

*Si causa more institutoque omnium*

*defendatur]* Si nobis permittatur uti hoc interdicto, et ex eo restituamur. Dicit hunc esse morem majorum, ut dominus de suo fundo depulsus, et in eum ingredi prohibitus, (quamvis revera dejectus non sit, si verba consectemur) uti possit hoc interdicto. Æbutius, qui Cæcinam neque dominum, neque possessorem esse diceret; negabat ei uti hoc interdicto licere, quod dominis aut possessoribus tantum datur. *Idem.*

§ 3 *Hac actione]* Tertia; nunc enim tertium agitur hæc causa, cum iudices antea bis sibi non liquere dixissent, et amplius cognoscendum pronuntiassent. *Idem.*

CAP. II. § 4 *Sed de jure civili iudicium fieri videtur]* Suspicio de mendio nulla est in his verbis. Explicatio nobilissimi jurisconsulti fecit, ut non prætermitterem. Hotomanns igitur 'jus civile' interpretatur hic jus civitatis, quod Æbutius, quoniam Sylia civitatem Volaterranis ademisset, negat Cæcinam Volaterranum civem esse, et a cive posse hereditatem capere. Mihi probari vix possit. Mitto loquendi genus, quo non alibi, quod quidem meminerim, sic utitur. De jure autem civitatis quæ dicturns est in hac oratione, in extrema dicet, ut aliud agens, ac dicet his ipsis verbis: 'Nihil ea ad causam attinuisse.' Quod igitur civile jus dicam hic intelligi? id, de quo statim subjiciet, 'Sed cum de eo jure mihi dicendum sit, quo sublato non solum pars aliqua diminuta, sed etiam vis ea, quæ juri maxime est adversaria, confirmata esse videatur.' Hoc autem jus in qua re versatum sit, dixit etiam in Oratore sic: 'Tota nobis causa pro Cæcina de verbis interdicti fuit.' Et dicet in hac oratione, 'Dolabella prætor interdixit, ut est consuetudo, de vi hominibus armatis.' Deinde, 'Sponsio facta est; de hac sponsione vobis judicandum est.' Formula sponzionis sequitur, 'Ni aduersus

edictum prætoris vis facta esset.' Ius igitur illud, cui vis est inimicissima in verbis interdicti, de quibus totam hauc causam ait sibi finisse, de quo judicium fieri videretur, profecto hoc est. Neque fuit verendum, ne quid obstaret ea distinctio juris civilis et juris prætorii, posita a Papiniano in lege 7. 'De Justitia et Jure,' aliisque jurisconsultis, et usurpabit infra Cicero: quam cur hic magis observet, quam in ipsa definitione juris civilis, quam in Topicis exposuit, ubi edicta prætorum, aliorumque magistratum, juris civilis partem constituit? Est enim ibi 'jus civile,' ut scis, 'quod in legibus, senatusconsultis, rebus judicatis, jurisprudentiis auctoritate, edictis magistratum, more, aequitate consistit.' Neque porro, quin 'edicti' appellatione Cicero interdictum complectatur item, ut jurisconsulti, hic locus, quem citavi modo, 'Ni adversus edictum prætoris vis facta esset,' aliquis in hac oratione loci dubitare nos sinunt, ut illic ostendemus; ubi, cur 'edictum' pro interdicto dici negarent, causa non fuit. *P. Faber.*

§ 6 *Ad summam illius existimationem]* 'Summa existimatio' est res, a qua omnis nostra fama et dignitas pendet. Sic 'summum bellum,' apud Cæsarem, in quo periclitatur res universa. 'Summa res publica,' res, a qua pendet salus reipublicæ apud Ciceronem, ut alibi ostendimus. *Gravivus.*

*Moram ad condemnandum acquisisse]* Id est, luctuissime arripuisse occasionem differendæ et producendæ damnationis. Apparet duabus de causis ampliationem interponi solitam; primum cum revera non liquebat judicibus, et obscura erat causa; deinde cum grave erat iudicium, ut pote quod existimationem laudebat. Nam si absolvendus esset reus, prima actione judicabatur; si videretur condemnandus, 'amplius' pronunti-

abatur; non ex jure scripto, sed ex consuetudine, ut modo declarat: et in hanc eandem rationem atque sententiam sic loquitur Asconius in Verr. 1. 'Et omnino,' inquit, 'si videbatur judicibus bona causa, absolvebant reum; si mala, non statim damabant, sed hac excusatione parcebant.' *Hotom.*

*Disceptatore domestico]* Intra parentes ab amicis controversia componitur. Cie. de Leg. III. 'Disceptator juris, qui privata judicet, judicarive jubeat, prætor esto.' *Pass.*

§ 7 *Cujus rei causa]* Nempe ut malicia vindicentur. *Idem.*

CAP. III. *Ad constituendum iudicium]* 'Constituere iudicium' vel 'quaestionem' (utrumque enim dicimus) in publicis duntaxat judiciis, dicitur Quæsitor, qui, judicum rejectione utrinque facta, certos constituit judges, qui sibi jurati in consilio adsint, et secum causam cognoscant. In privatis vero iudiciis, cum prætor urbanus iudici, aut recuperatoribus a litigatoriis acceptis, protestati de causa cognoscendi et iudicandi facit, 'iudicium constitutum' dicitur. *Hotom.*

*Et facto quidem turpe]* Paul. Mantinus *factum*, sed e conjectura, contra omnes libros impressos scriptosque. Sequitur tamen Lambinus. *Idem.*

§ 8 *Leviore actione]* Quam hac, quæ est de vi armata, et injuria, unde turpis existimatio sequitur. *Idem.*

§ 9 *Per interdictum]* Decreta quædam prætoris, quibus ille aliquid fieri prohibebat aut vetabat, 'interdicta' dicebantur, præsertim in possessionum controversiis. Unde antem dicta sint, din quæsitus est: nam ab 'interdicere' deductum vocabulum non videatur, quod cum 'interdicere' verbum prohibere significet, et denunciare ne quid fiat; pleraque interdicta prohibeant, non prohibeant. Ego ex eo derivata: a pellationem puto, quod inter hoc prætoris decretum, et prin-

cipalis negotii controversiæque disceptationem, aliquid fieri ant jubetur, aut vetaretur; quasi hoc decreto interea dictum atque interpositum esset, dum actionem principalis causæ aliquando litigato postularet; itaque puto sensisse ac disputasse jurisconsultos, quorum obtinuisse sententiam Tribonianus scribit; non autem, quod ille, nescio quo auctore, tradidit, quod inter duos dicatur; nisi forte non *duos*, sed *duo* scribendum sit. Exempli causa, cum in fundo essem, dejecisti tu me ex eo, vi armatis aut non armatis hominibus, quod tuum esse illum fundum diceeres. Prætor me per interdictum restitui jubet; hoc est dicere, jubet me possidere interea, dum ille constituto judicio planum fecerit, ac docuerit, se illius esse fundi dominum. Hoc ita esse, ex iis quæ post dicentur, facile ac dilucide constabit. Sed quoniam ubi non constat, nter possessor sit, petitoria actio institui non potest, ‘qnia et civilis et naturalis ratio postulat,’ (inquit Justinianus) ‘nt alius possideat, alius a possidente petat;’ propterea inter hanc de possessione contentionem, et principalis causæ disceptationem, hæc quasi actio ac judicium a prætore dabatur, quo uter esset possessor constituuntur. Hæc ergo inter ‘actionem’ et ‘interdictum’ similitudo est, quod utrumque a prætore datur, ut l. 35. § non solum D. de procur. utrumque certa conceptaque verborum formula constituitur, in utroque sponsiones fiunt, utroque index aut recuperatores dantur. *Idem.*

CAP. IV. § 10 *Ratio juris, et jus]*  
Lambinus corrigit ac legit, *et vis de qua judicium est*; ut videtur, nimis audacter. Hotomanus, qui ‘rationem juris’ hic vult dici hujuscæ causæ difficultatem et obscuritatem, interpretatur ‘jus de quo judicium est,’ *jus Cæciæ*, de quo in hoc judicio quæritur: ne hoc quidem satis probabile,

Ciceronem tam inusitata defectione verborum ex anticipi notione verbi ‘juris’ orationi suæ voluisse tenebras istas obducere. Quid igitur dicam? nisi librarium non tenuisse consuetudinem scribendi Ciceronis, atque aliorum veterum, qui i consonantem inter duas vocales geminare soliti sunt. ‘Sciat,’ ait Quintilianus in lib. I. cap. 4. ‘etiam Ciceroni placuisse, *aīo, māīamque*, geminata i, scribere.’ Idem aliis exemplis docnit Velius, et Terentianus. Idem Priscianus. Ergo Ciceronem dicam ex illa sua consuetudine scripsisse hic, ‘Quam me ratio juris ejus, de quo judicium est;’ non alio modo atque paulo ante dixit, ‘Sed cum de eo jure mihi dicendum sit.’ Et infra dicet, ‘At vero ratio juris interdictique vis,’ &c. Nihil apertius. Et vide, mutatio illa tam in litteris prope nulla, ut sententiam mutarit, aut adeo corruperit. *Faber.*

*Summo jure]* Snnmo egisset jure Cæcina, si, cum actione leviore configere potnisset, uti tamen, odio et malevolentia animi inductus, ista actione volnisset. *Hotomanus.* ‘Summo jure’ est nimis atroci actione. *Ursin.*

*Argentariam]* Vide *Navicularium* in Verr. v. 18.

§ 11 *Temporibus illis difficillimis solutionis]* Id est, qno tempore argentarii difficultate rei nummariæ lababant, neque sine maxima difficultate æs alienum dissolvere poterant. Tempora autem Syllana significat. *Hotom.*

§ 12 *Magnus honos viri]* Honorificum fuisse aliquid amici testamento accipere, dictum est alias. *Idem.* Vid. Phil. II. 16.

CAP. V. § 13 *Cum esset hæc auctio hereditaria constituta]* Cum a communione discedere cuperent, neque facile et commode res inter se partiri possent, placuit auctionem constitui, ut pecuniae redactæ partitio fieret. *Hotom.*

§ 14 *Cognitoris viduarum]* Cogni-

tor, qui præsentis negotiorum causamque suscepit; procurator, qui absens. *Idem.*

CAP. VI. § 16 *Ad tabulam*] Olim ad argentariorum tabernas auctio[n]es fieri in foro solebant, ut eni quæque res addicta esset, ei argentarius expensam pecuniam in tabulas referret. *Idem.*

§ 17 *Pecunia solvit u Casennia]*  
Nota locutio, pro ‘ex nummis Cæsenniæ.’ *Idem*, epist. ad Attic. lib. iv. ‘Homines, non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se a me solvere;’ et lib. vii. ‘Frater laborat, ut tibi quod debet, ab Egnatio solvat.’ *Idem.*

*Tabulas averterit*] Cæsenniæ; in quibus expensa Æbutio pecunia relata erat, quam ipse Cæsenniæ nomine argentario solverat. *Idem.*

*Sibi expensa*] Expensa pecunia refertur, etiam quæ adnumerata non est; ut cum alieni res addicta est certo pretio, argentarius expensam illi tantam pecuniam refert; cum hoc tantum significet, ab illo deberi. Sensus nunc qui sit, opinor non obscurum est. *Idem.*

*Ex duabus sextulis M. Fulcinium*] Sextula est sexta pars uncia. Dividitur hereditas in duodecim uncias, quæ sunt partes hereditatis; unaquæque uncia in sex sextulas. De hoc loco multis Budæus lib. i. de asse. *Passer.*

CAP. VII. § 18 *Propter incommodum Volaterranorum*] L. Sylla, rerum potitus, Italiæ municipiis civitatem ademit. Cic. in Orat. pro Domo, Livius, Appianus. Hoc præter alia eam vim habebat, ut nemo ex iis municipiis hereditatem a populo Romano posset accipere. Volaterra autem biennium obsessa, et omnibus injuriis a Sylla dictatore affecta, notum est ex historia. Sed huic loco respondet postea Cicero copiose. *Hotom.*

*Calumniam*] Improbæ litis terro-

rem et stultitiam prostravit. *Passer.*

§ 19 *In possessione bonorum cum esset*] Mortua igitur fructuaria, confessim, tanquam consolidatione facta, et pleno jure, dominus ejus fundi possessionem naturalem apprehenderat. Nam antea civiliter tantum possidebat, ‘cum ususfructus possessio[n]e non impedit.’ l. pen. D. acq. poss. *Hotom.*

§ 20 *In rem præsentem veniret]* Dictum est jam antea, moris fuisse, ut in possessionum controversiis uterque adversarius aliquot homines advocaret, cum quibus in fundum, de quo controversia esset, proficisci ceteretur; ibique illis præsentibus vis sine armis per simulationem fieret; ut alter ex iis, qui scilicet naturaliter non possidebat, ipsis postea testibus uti posset de fundo se dejectum, et interdictum postularet. *Idem.* Budæus in Pandectis exponit, locum oculo ac digito designare, id veteribus esse ‘in rem præsentem perduci.’

*Moribus deduceretur]* Vide supra, hujus orationis cap. 1.

CAP. VIII. § 22 *Ex conventu vim fieri*] Vim illam usitatam, quæ dicas causa, et per simulationem fiebat. *Hotom.*

§ 23 *Sine ulla exceptione*] Id est, pure ac simpliciter decrevit ut restitueret, neque addidit, ‘Cum Cæcina possideret.’ Sed sive possideret, sive non possideret, restitui jnssit. Quod planum erit infra. *Idem.*

*Restituisse se dixit*] Quod ‘restituisse se dixit,’ non sic accipiendum est, quasi revera se in fundum litigiosum reduxisse Cæcinam contendere; hoc enim falsum esse ex oratione intelligitur. Sed hoc eam vim habet, quasi diceret ‘restituere non debere.’ Hic enim mos fuit in istis sponzionibus, ut restitnere jnssus statim se restituisse diceret; quod ita intelligi volebat, quasi edicto atque imperio prætoris, eni civem modeste

parere oportebat, parnisset. Cum enim sub ea conditione esset restituere jussus, 'si dejecisset,' non dejecisse se contendebat; eoque prætoris imperio et interdicto morem gessisse. *Hotom.*

*Sponsio facta est]* A Cæcina. Si restitutus sum ex edicto prætoris: ab Æbutio, Nisi ex edicto Cæcinam restitui. Recuperatores judicare debebant, fueritne restitutus Cæcina, an non. Quæ est constitutio causæ. *Ferrat.*

*Cap. ix. § 26 Dixi]* Ita nostri omnes. Sed M. Ant. Ferratinus, *dixit*, quod verius crediderim. *Oliv.*

*Cap. x. § 27 Auctor fundi]* Qui fundum vendidit, quippe heres Cæsenniæ. *Ferrat.*

*Minus niger]* Quam ille servus, qui Phormionis personam agebat. *Idem.*

*§ 28 Minus abesse LIII]* Nihil propemodum hic muto. *Lego LM.* Poterat intelligi *passuum*: poterat *nummum*, ut hic populus jocans intellegit. Minus *LM* responderat Falcula: id erat populo *XL* millia, quia tot millia nummum in illo judicio accepserat, ut appareat in defensione Cluentii; qua in oratione tamen, dum causæ inservit Cicero, purgat Falculam. *P. Faber.*

*In Albiano judicio]* In judicio Stati Albiani Oppianici, quem A. Cluentius beneficij accusabat. *Hotom.*

*§ 29 In consilium publicæ questio-*  
*nis]* In concessum judicum: *Passerat.*

*Si uno minus damnarent]* Erant judices *XXXII*, ut ex Cluentiana intellegitur: et sexdecim corrumpendos Ælins Stalenus judex ipse decimus septimus suscepserat: cum unus deasset, C. Fedicenlanus Falcula, ad complendam Oppianici damnationem dicebatur esse suppositus. *Hotom.*

*§ 30 Tantisper de aliquo reo cogitasse]* Facete dictum. Non attendebat, inquit, dum alii testimonium dicerent; sed interea cogitabat, an unquam simili fortuna uti posset,

quali in Oppianici judicio usus erat. *Idem.*

*Cap. XII. § 33 Ad constitutum]* 'Constitutum,' vocabulum ad ius civile pertinens, et significat diem tempusque litigatoribus indictum, quo se in loco certo ac constituto sistant. *Idem.*

*§ 34 Quid agas mecum ex jure civili et prætorio non habes]* Actiones primum a jurisconsultis ex legibus *xii Tabularum* constitutæ sunt: quæ 'civiles' idcirco in libris Pandectarum appellantur, quod jure civili comparatae sint: sed cum multis in causis deesse actiones prætores animadverterent, alias item pro sno ipsi jure atque imperio constituerunt, quæ ideo 'prætoriae' in iisdem libris nominantur. Utriusque tamen generis actiones prætor urbanus, qui juri dicundo præerat, litigatoribus, qui eas postulabant, dare solebat, et agendi potestatem petitibus permettente. *Idem.*

*Ut hoc genus unum vel maximum prætermitterent]* Hoc cum exclamatione pronuntiandum, et magna admiratione: alioqui enim deesse quippe videretur; et particula *ut vim* habet interrogationis; ac si diceret, Tametsi usque eo imperitos existimabimus, &c. *Hotom.*

*§ 35 Quid denique? ad jus civile ages injuriarum]* Sic hunc locum restui, deletis iis, quæ ex ora libri in contextum orationis irrinerant. Sententia autem nunc est aperta. Quid denique? inquit, ad ius civile, id est, ad ea, quæ sunt juris civilis, seu ad ea obtinenda, quæ beneficio juris civilis, et actionum ex jure civili nascentium, contingunt, ages injuriarum? proinde quasi dicat, nequam. Nam qui agit injuriarum, pœnam persequitur: sed non recuperat rem sibi creptam, aut possessionem amissam actione injuriarum. Quid ergo? alia actione experendum. *Lamb.* Lambinus octo verba.

delet: ego loci valde corrupti vitium omne in distinctione, et in uno nomine ‘actoris’ positum esse sentio. Hie igitur lego, et distinguo sic: *Quid denique ad ius civile, aut ad prætoris notionem, et ad animadversionem? ages injuriarum.* Plus ego tibi largiar, non solum egeris, &c. Et mirum est tantos jurisconsultos hoc vel non animadvertisse, vel non ostendisse. Primum quis nescit ejusdem esse ‘notionem,’ et ‘animadversionem;’ et utrumque prætoris esse, neutrum actoris? De animadversione est notum ex ipso edicto prætoris in titulo, *De Injuriis, lege 15.* Ait prætor, ‘Si quis adversus ea fecerit, prout quæque res erit, animadvertam.’ Sic in titulo, *De minoribus viginti quinque annis, et De aleatoribus.* Sed longior sum in re facili. ‘Notio’ item, ut cognitio, prætori quam sa-pe tribnatur in Pandectis Juris, commemo-rare nihil necesse est. Sed, ut illa mittam, quid esse potest evidenter, quam hic repeti eisdem verbis, quod dixerat proxime, ‘Quid agas mecum ex jure civili, et prætorio, non habes?’ Tum occupatione, quæ sequitur, nihil potuit esse aptius. ‘Dixeris,’ inquit, ‘te acturum injuriarum; at ego hoc dicam, etiam si injuriarum egeris, etiam si ille condemnatus tibi sit, nihil te magis possessurum.’ Causam hic addit eandem, quam Ul-pianus in lege 7. de injuriis: ‘In ac-tione injuriarum,’ inquit, ‘agitur, ut facinus vindicetur, non ut damnum sarciantur.’ *Faber.* Sententia est: Cum ages injuriarum, pœnam, non rem ipsam repetes, ut magistratus et quæ-sitor ea de re cognoscat, et animad-veritat in eum, qui te affecit injuria. *Paulo* post dicit, ‘judicio pœnaque,’ quod hic ‘notionem et animadversio-nem.’ *Passerat.*

CAP. XIII. § 36 *Aut vim fieri re-tat?*] Haec genera interdictorum juris-consulti persecuti sunt lib. *Pand. 43.* *Hotom.*

*Unde ri prohibitus sis?*] Ut eo resti-tuare, si ingressu ædium te armati prohibuerint. ‘Nemo unquam inter-dixit,’ nullo hoc fieret exemplo et more. *Passerat.*

§ 37 *Utrum hanc actionem habebis qua nos usi sumus, an aliam, an omnino nullam?*] Quintil. lib. v. 10. ubi disse-rit de divisione: ‘Periculum, et cum cura intuendum genus: quia si in proponendo unum quodlibet omi-serimus, cum risu quoque tota res solvitur. Tertius quod Cicero pro Cæcina fecit, cum interrogat, ‘si hæc actio non sit, quæ sit?’ simul enim removentur omnia.’ *Idem.*

§ 38 *Jus armatorum hominum jadi-cio approbatum?*] *Vis probata senten-tia postulat;* quod enim jus taudem est ‘armatorum hominum?’ quare legendum ita esse non est dubium. *Hotom.* Retinuit Hotomani conje-cтурam Lambinus: respuit Gruterus, a quo tamen discessisse nunc vellem. *Oliv.*

CAP. XIV. § 39 *Aliquid ex aliqua parte?*] Alterutrum vacat, et est inter-pre-tatio alterius. ‘Illa res’ est pro-lieri, non dejici. *Passerat.* Erf. *Ut ista re aliquid aut aliqua ex parte.* Un-de patet aliqua ex parte esse ad-jectum ex magistri interpretatione. *Græv.*

§ 41 *Quod vis Cæcinæ facta non est?*] Quippe qui non possidebat. Hoc enim est Æbutii causæ firmamentum, ut infra ostendam. Scribit antem Labeo, ‘eum qui per vim possessio-nem snam retinuit, vi non possidere,’ l. 1. D. de vi et vi arm. Quare hæc mihi Æbutii defensio probatur, ut in possessione retinenda non videatur esse vis facta, si, qui non possidebat, prohibitus est introitn. *Hotom.*

CAP. XV. § 42 *Integri?*] Nullo vul-nere accepto. *Pass.*

CAP. XVI. § 47 *Legitimis contro-versiis?*] Quæ legum interdictorum que præceptis disceptantur. *Idem.*

*Repugnare?*] Quod si vis facta est,

vis vi repellere potest. Ita in vitæ discrimine. Sed hic vi facta adenndus prætor; nam vis est, cum quis, quod debetur, non per judicem reposcit. *Idem.*

**CAP. XVII.** § 49 *Si ad verbum rem volumus attingere]* Astringere magis placeret, ut Verr. iv. ‘Quis hic est, qui ad statuam adstrictus est.’ *Hotom.*

*Statu detrusum]* Murens legebatur, neminem statuere detrusum. Græv.

**CAP. XVIII.** § 53 *M' Curium]* De ejus causa vide de Orat. lib. i. cap. 39.

**CAP. XIX.** § 54 *Usum, et auctoritatem fundi]* Perperam sane, ut jam viderunt docti viri. Recte in aliis Ciceronis locis, quæ landat Hotomanus, scribitur sine copula, idque ratio evincit. Nam hie est ordo verborum hujus legis, ‘Usus fundi biennium auctoritas est,’ hoc est, usus, seu usura fundi, per biennium parit jus possessionis legitimæ. Usus non est usucatio, ut alibi nonnunquam, sed ipsa utendi facultas et potestas. Cicero ne aliter ‘usura’ dicitur, ut in Tusc. I. 39. ‘Natura dedit usuram vitæ, tanquam pecunia, nulla præstituta die.’ ‘Usus biennium’ est utentes per biennium, si quis utitur fundo duos annos, ut in VIII. ad Famil. ‘Annos multos nihil aliud commentaris,’ per annos multos. Et ad Att. VIII. 14. ‘Neque Romæ quicquam auditur novi; nec in his locis quæ a Brundusio absunt propius, quam tu, bideum aut triduum.’ An non omnium est in ore, annos tres; biennium absuit? Vides igitur concidere emendationem Hotomani, explicationem Fabri et Passeratii, qui retinent connectendi particulam. ‘Auctoritas’ est evictio, sive potius id quod actionem parit, pro evictione, ut eruditus docent Salmasius de usuris, et dein ipsa actio evictionis; denique quod acquiritur actione illa jus possessio- nis: id quod male negat Salmasius

in loco laudato. Hæc pluribus confirmare, nisi esset res liquida. Clarissime quoque patet, biennium pertinere ad τὸ usum, non ad auctoritatem, ex iis, quæ apud Ciceronem in Topicis hæc verba, ‘quoniam usus auctoritas fundi biennium est,’ sequuntur, ‘et sunt cæterarum omnium, quarum annuns est usus,’ hoc est, mobilium, quibus annum tantum sumus usi, auctoritas est. Grævius.

*Si via sit in Brutis immunita]* Brutii, Italæ populi, ad fretum Siculum siti. Tusculum vero oppidum proxime urbem, atque, nt Strabo scribit, ‘in ipsius urbis conspectu.’ Ejus ager Tusculanus, in quo Romani cives villas habebant amoenissimas; in his M. Scaurus, M. Cicero, Q. Hortensius, L. Lucullus, et alii quam multi. Porro autem qui viam, hoc est, servitutem debet, munire viam debet, muniamque et paratam præbere. Quod si non fecerit, tum ei, cui servitus debetur, lex XII Tabular, potestatem facit, qua velit jumentum, quod vehiculum trahit, agere. Sensus ergo est apertissimus: Si verba, inquit, sequeremur, quæ potestatem faciunt, ut qua velit is cui servitus debetur, si via ubi illa debetur, immunita est, jumentum agat; agere licet vel per amœnissimum quemvis agrum, qualis est ager M. Scauri; quam ille gravissimam contumeliam sibi factam interpretaretur, cum agro illo suo nihil neque jucundius neque suavius quicquam habeat. Cum autem id lex dicit, de ejus solins agro sentit, qui servitutem viæ debebat, quam non muniverat. *Hotom.*

*In jure]* ‘Jus’ pro loco ubi jus dicitur. Unde ‘in jus vocare.’ Passerat.

*Hac actione Appius ille Cæcus uti non posset]* Quod cæcus in jure non posset conspicere adversarium. *Id.*

*Pupillus Cornelius]* Cum testamenti scripti tempore pupillus esset, ad-

enndæ hereditatis tempore pubes es-  
set. *Hotom.*

§ 55 *Recte igitur diceres te restitu-  
isse]* Notetur locus, eni similes sunt  
alii quam multi: ex quibus verum  
esse intelligitur, quod antea diximus,  
sponsonis verbis, quibus quis ‘resti-  
tuisse se dicit,’ non factum ipsum  
comprehendi; hoc est, non facto ip-  
so ac revera dicere sponsorem se  
restituisse; quippe qui nullo modo  
restituerit. Nam hoc ipso in loco  
qui restituisse se dicit, non restituit.  
Et si hoc aliis verbis efferret, sic di-  
ceret, ‘Restituere non debo; quip-  
pe qui non dejecerim.’ Sed quod  
magistratus imperio parere civem ne-  
cessere est, uti hac illi oratione non  
licet, ‘Non restituam,’ aut ‘resti-  
tuere non debo.’ Quocirea restitu-  
isse se contendit, id est, magistratus  
edicto atque imperio morem gessisse;  
sed sub ea tamen conditione, qua et  
restituere jubebat. Jubebat autem  
restituere, si dejecisset; non dejec-  
rat; quare magistratus imperio pa-  
ruerat; et hoc modo restituerat. Si-  
milis locus infra, ‘Si glebis aliquem  
dejeceris, jussusque sis quem homi-  
nibus armatis dejeceris, restituere;  
restituisse te dices?’ *Hotom.*

CAP. XXIII. § 65 *Quod dicitur, sive,  
nire, irrident]* Hæc est lectio Pall.  
duorum, item aliorum MSS. ut du-  
dum monuerunt Hotomanus, Ma-  
nutius; sed neuter sese inde expe-  
diit: fecit Gulielmus; dudumque  
prodidit ad Asinariam Plantii, cap. 9.  
*Nibe* scriptum pro *Ni-re, ἀρχακῶς*,  
ut mille locis in Pandect. Florent.  
Respicit autem ad formulam sponsio-  
num, quarum initium, ‘si, sive,’ ‘ni-  
nive.’ Quod infinitis exemplis palam  
fecit Barnabas ille Brissonius lib. v.  
de Formulis, qui ‘consulatur. Grut.  
Acute Gulielmins verum vidit. Sed  
enr retinetur antiqua scriptio cor-  
rupta *nibe*, pro *ni-re*? Græv.

§ 66 *Cum tuae sint ea partes]* ‘Par-  
tes’ dicuntur personarum, quæ co-

mædias agunt: ad quas hoc loco al-  
ludit. Et paulo post idem dicit aliis  
verbis, ‘Cum tua sit hæc oratio.’  
Nam ‘unde dejectus es, a. i. q. p. e.  
a. e. e. n. dejectus;’ verba sunt Æbn-  
tii. Gallice simili metaphora dicimus,  
*le rôle que vous jouez. Hotom.*

CAP. XXIV. § 69 *De jure vario]*  
Seu controverso, cum pro utraque  
parte sentit aliquis juriscousultus.  
*Ferrat.*

CAP. XXV. § 71 *Imponi falsæ ta-  
bulæ]* Sic omnes scripti et impressi;  
hand scio tamen an non potius *inter-  
poni* scriptum fuerit; præsertim enim  
ab hoc in illud facilis sit lapsus. *Ho-  
tom.*

*Qua denique digitum proferat]* Hæc  
significant verba, ne tantillum qui-  
dem habet quod moliatur, aut agere  
possit. Nam ‘digitum proferre,’ ‘ex-  
serere,’ ‘porrigere,’ dicitur de acti-  
one minima, ut patet ex loco illo III.  
de Finib. ‘Chrysippus ne digitum  
quidem ejus causa porrigendum di-  
cebat.’ *Græv.*

§ 72 *Cui filius agnatus sit]* Cui tes-  
tatori natus est filius post mortem,  
nec exheredatus nominativi, ejus tes-  
tamentum est vitianum et irritum.  
Agnata dicuntur quæ præter spem  
aut post mortem nascentur. Num-  
pitur autem testamentum, cum per-  
manentे in suo statu testatore, eas  
aliquo evertitur, l. II. § de Instr. rup-  
to; ut agnatione postumi, adoptione  
vel arrogatione filii et filiæ, Justin. in  
Instit. et Isidor. lib. v. cap. 24. *Pas-  
serat.*

*Sine tutori auctore]* Mulier ita erat  
sub tutoribus, ut nihil, quod illa pro-  
misisset, insciis tutoribus, ratum es-  
set. Orat. pro Flacco, et pro Mu-  
rena. *Ferrat.*

CAP. XXVI. § 74 *Quæ cum omnia  
tua jure mancipii sint, ea possisne reti-  
nere]* Hotomanus corrigit, ut ipse fa-  
tetur, contra omnium librorum aucto-  
ritatem, et legit, *Quæ tua communi  
jure mancipii sint.* Lambinus item et

Sigoniis recedunt longe a scriptura librorum. Ego in loco tam insigniter depravato, litteras *V* et *A* tantum video frustra ob similitudinem, ut fieri sæpe jam dixi, repetitas. De reliquo litteris eisdem sententia verissima lego, *Quæ communia jure mancipii sint, ea possesse retinere?* Addit ratione subjicienda, ‘Si parum sit communium jus.’ In qua iteratione ejusdem verbi, et venustatem quæsivit orationi, et gravius argumentum duxit ea causa, id est, ex ipso jure; quod si parum communium est, illa, quorum id efficiens est, qui poterunt satis esse communia? Hoc idem dicit paulo post sic, ‘Non solum quod hæc jure civili septa sunt.’ Et in oratione pro Domio sua, ‘Nullam dominum aliam æque esse privato et publico jure munitam.’ *Faber.* De rebus mancipi vide in primis Salmasium de Usnris, cap. 7. Mihi valde suspecta sunt illa verba, *cum omnia tua;* ne a mala manu sint ingratiti Ciceronis adjecta. Ea si tollas, erunt omnia liquidiora, cum nunc nescio quid nubili illa obfuscet. *Græv.*

*Aquæ ductus, haustus, iter]* Harum servitutum explicationem imperiti juris cognoscent ex libro Pandect. 8. vel Instit. 11. *Hotom.*

*Actus]* Genus servitutis in prædiis rusticis, cum vicino per fundum vicini agere jumentum licet. *Hinc M. destinus:* ‘Iter est, qua quis pedes, aut eques commeari potest; actus vero, ubi et armenta trahicere, et vehiculum ducere liceat. *Ferrat.*

§ 75 *Publica patrimonia juris]* Jura universo populo data. *Passerat.*

CAP. XXVII. § 76 *Injuriarum delictum esse]* In libris impressis Victorii, pro injuriarum delictum esse, erat in jure parum delictum esse. In locum *T* litteræ successerat *L*, quam similis, alibi dictum est: deinde ex *E*, factum est *I*, mutatione item admodum levi. Sic ergo scripserat Cicero, ‘In jure parum dejectum esse, qui pro-

hibitus sit.’ Hic autem, et tot aliis in locis, ‘dejectum esse’ idem ac ‘dejectum videri.’ *Faber.*

§ 77 *Cujus auctoritati]* Cujus dignitati et fidei dictum est ex illa parte tribui non oportere. *Hotom.*

*Vereor, de tali viro ne plus dicam, quam vos aut sentiatis, &c.]* Miror hoc non esse correctum, quod ut est, efficeret sententiam plane contrariam; et tamen sic est etiam in libris, quos Hotomanus sequitur; at non in Victorianis fuerat hic prætermissa particula ‘non’; sic est enim recte in illis, *Non vereor de tali viro, ne, &c.* *Faber.* Et hic quoque imprudentes nos decepit Gruteri exemplum.

§ 79 *Vestreæ]* Victorii editio, nostra: sed repugnantibus cæteris.

*Illud autem miror cur vos, quem aliquid contra me sentire prædicetis, cum pro me sentire dicatis; cur quem auctorem meum appelleatis, restrum nominetis]* Sententia hujus loci sic restituti facilis et plana est. Ostendit enim M. Tullius adversarios pugnantia loqui, cum dicunt, C. Aquilium contra Cæcina, et pro Cæcina sentire; cum C. Aquilium et suum, et Cæcinæ auctorem appellant. Fuerant autem prætermissa verba aliquot a scriptore librario; quæ nos restituimus, vestigia scripturæ veteris persecuti, et sensum Ciceronis, ratione duce, consequi. *Lamb.*

*Omnibus, quidquid verbis actum pronuntiatumque sit, convenit]* Deest quidam; ut tamen sensum coniugere possimus; hoc enim dixisse videtur: Placet, inquis, hoc omnibus: (et subandi consultis) quibus quidque verbis actum pronuntiatumque sit, spectari convenit. Nisi forte quibus pro omnibus sit reponendum. Et hoc est, quod dicit infra, ‘Id verum, id æquum, id utile omnibus esse, spectari quo consilio et qua sententia, non quibus quidque verbis esset actum.’ Huic autem illius objectioni sic respondet, ‘Ego in istum numerum consultorum, qui

scilicet hoc responderunt, non ascribam, opinor, illum, qui tam dissimili ratione usus est: et mox Aquilii responsum subjicit; qui rem et sententiam interdicti cum Cæcina facere dicebat. Conjecturam adjuvat locus infra, ‘Quia non quibns quidque verbis dicatur, queritur; sed quæ res agatur.’ *Hotom.* In alia omnia ivit M. Ant. Ferratius; sic enim legit, ac distinxit: ‘Omnibus quidquid verbis actum, pronuntiatumque sit. Conveni ego . . . . non neminem,’ &c.

CAP. XXVIII. § 80 *Materia æquitatis]* Materia hic de loco communis capitur. Infra vocabit campum, c. 29. *Passer.*

CAP. XXX. § 88 *Eos in cuniculum]* Cuniculum egisse Gallos in Capitolium iterum Philip. III. significat his verbis: ‘Adesse in Capitolio jussit; quod in templum ipse nescio qua, per Gallorum cuniculum ascendit.’ Ea tamen de re nullus, quod sciam, alias scriptor commemoravit. *Hotom.* Hinc Jac. Gronov. ad Liv. lib. v. conjicit Ciceronem scripsisse *colliculum*, pro *cuniculum*. Græv. Nihil erat cur mutata vellet hanc vocem Gronovius. In ‘cuniculi’ vocabulo est significatio aditus occulti, qualis fuit is, quo aggressi erant Galli. Liv. i. 47. *Oliv.*

*Qui postulat, &c.]* Alii aliter. Grævins autem ex MSS. *Qui postulat, ut a quo loco dejectus est, hoc est, unde dejectus est, eo restituatur, hoc postulat, ut in eum ipsum locum restituatur.*

CAP. XXXI. § 90 *Quod negabat quemquam dejici posse, nisi qui in eo loco esset]* Non hoc præcise Piso negabat, quod plane frigidum ac nngatorum fuisset, sed hoc defendebat, si in fundum Cæcina ingressus postea vi armatis hominibus dejectus esset, hoc quidem illum uti potuisse interdicto; quia vero tantum prohibitus est ingredi, dejectum nullo modo finisse, id quod sine controversia verum est. *Hotom.*

*Dejici posse concedis]* Sensus est:

Antea semper negavit Æbutius dejectum Cæcinam ex fundo Fulcini-ano, quod in eo non fuisset: nunc hoc dicit; dejectum tantum qui possidet. Cni Cicero sic refert: Possessio duplex est: aut animi scilicet, aut corporis; absens enim corpore, animo tamen retinere possessionem potest. Finge nunc ejus, qui animo tantum possidebat, familiam dejectam esse: si nemo potest dejici, nisi qui in loco est, dejectus non dicetur: itaque sentire antea videbatur Æbutius. Siu dejicitur quicunque possidet, ut modo defendit, dejectum quoque hunc dici necesse est: quare pugnantia loquitur Æbutius. Sed huic calumniæ facilime respondetur. Nam quæ antea dixit Æbutius, de eo qui non possidet intelligenda sunt. Si quis enim, quamvis non possideret, cum tamen in loco esset, ex eo vi armatis hominibus dejectus est, decreto prætoris restitundus est. *Idem.*

§ 91 *Cur ergo]* Summa hæc est: Hoc interdictum datur ei, qui armatis hominibus depulsus est, quamvis non possideat; ergo etiam is, qui non possidet, dejectus dicitur. Sed facile responderi poterat, tenere saltem enim debuisse, qui dejectus dicitur, si nou possideret; id est, in loco esse debuisse: alioqui dejectum eum non dici posse. *Idem.*

*Qui possit ostendere]* Id est, eum qui vi arma dejicit, etiam si probare possit se possedisse, tamen propter odium armorum condemnari. *Hotom.*

CAP. XXXII. § 92 *In illa vi quotidiana]* ‘Vim quotidiana’ appellat, quam supra multis in locis, ‘quæ moribus fit,’ et ‘dejectionem,’ vel ‘deductionem moribus,’ vel ‘quæ ex conventu fit,’ nominavit. Gellius ‘civilem et festuciarum,’ ex festuca, opinor, qua in confictione utebantur, appellat. *Idem.*

*Nec vi, nec clam, nec precario]* ‘Vi possidere’ quis dicatur, facile ex su-

perioribus intelligitur. ‘Clam possidere,’ Ulpianus sic definit in l. 6. D. de acquirend. possess. ‘Clam possidere enim dicimus, qui furtive ingressus est possessionem, eo ignorante, quem sibi controversiam facturam suspicabatur, et ne faceret timebat.’ Et paulo post, ‘Itaque clam nanciscitur possessionem, qui futuram controversiam metuens, ignorante eo quem metuit, furtive possessionem ingreditur.’ ‘Precario vero possidet’ (ait Ulpianus) ‘quod precibus petenti utendum conceditur tam din, quam diu is, qui concesserit, patitur.’ *Idem.*

§ 94 *Cæsenniam possedisse propter usum fructum, non negas]* Quis in jure civili Romano mediocriter versatus, non videt, hunc locum esse mendo-  
sum, neque dubium esse, quin, mor-  
tuu usufructuario, qui rem, cuius ha-  
bebat usumfructum, vivus locaverat,  
heres fructuarii nihil juris in ea re  
habeat, cum ad dominum, seu (ut  
appellant) proprietarium, reverterit?  
Nam quod quidam dicunt, causæ  
servisse Ciceronem; quid minus cre-  
dibile, quam ita causæ servisse, ut  
impudentissime mentiretur? Hunc  
igitur locum mendo sum esse con-  
tendo, atque ita legendum, *Cæsen-*  
*niam possedisse per colonum non negas.*  
Cui conjecturæ argumento sunt illa,  
quæ sunt supra non longe a principio  
in ipsa narratione: ‘*Cæsennia fundum possedit, locavitque,*’ et quæ  
proxime sequuntur, ‘qui colonus,’  
&c. Ante *qui*, debet scribi comma,  
hoc pacto: *Cæsenniam possedisse per colonum non negas: qui colonus habuit conductum de Cæsennia fundum.* Unde  
igitur hæc verba, ‘propter usumfruc-  
tum’ nata sunt? ex annotationenla  
hominis semidocti: quæ tandem a  
scriptore librario in contextum ora-  
tionis relata sunt, iis rejectis, quæ  
Ciceronis erant. *Lamb.* *Propter usum-*  
*fructum:* rectissime. Naturaliter enim  
usufructarius possidet, si quidem

corpore fundo incubat; si per colo-  
num, civiliter, vel potius quasi ci-  
viliter, l. 12. 1. penul. D. de acquir.  
poss. Quod cum Lambinus non in-  
telligeret, reponendum putavit *per colonum.* *Hotom.* Hoc, *propter usum-*  
*fructum,* rejicit merito Lambinus.  
Falsum est enim hac defensione Ci-  
ceronem nunquam hic usum, qui tam  
multis supra dissennit, *Cæsenniam*  
post filii mortem hunc fundum in  
auctione emisse. Sed quod in horum  
trium verborum locum hæc duo *per colonum* sufficit, nihil id facere ne-  
cessere habuit: satis id e sequentibns  
intelligitur. Sic igitur lego, et dis-  
tinguo: ‘*Cæsenniam possedisse non negas;* quia colonus habuit conduc-  
tum de *Cæsennia* fundum, cum idem  
ex eadem conductione fuerit in fundo.  
Dubium est, quin si *Cæsennia* tum  
possidebat, cum erat colonus in fun-  
do, hæres post ejus mortem eodem  
jure possederit?’ Paulus juriscon-  
sultus, ‘Quod per colonum,’ inquit,  
‘possideo, heres meus nisi ipse nac-  
tus possessionem non poterit possi-  
dere.’ At mihi non magis necesse  
est, qui huic velut ἀντιφαίρᾳ occurram,  
laborare, quam in tam multis illis, in  
quibus jurisconsulti, non magis a Ci-  
cerone, quam ipsi inter se dissentie-  
bant. *Faber.*

§ 95 *Cæcinæ denuntiabas]* ‘Denn-  
tiare,’ aliud nihil est, quam litem et  
judicium ostentare, nisi petitione sa-  
tisfiat. Cum igitur denuntiare sit  
petitoris, possessori autem, ut scribit  
Ulpianus, satis sit quod possidet,  
recte et probabiliter concludit, quia  
denuntiavit *Æbutius*, possessorem  
fateri fuisse *Cæcinam.* Quid ad hæc  
respondere potuit *Æbutius?* ‘De-  
nuntiatione non amitti jus possesso-  
ni, item ut actione.’ *Hotom.*

CAP. XXXIII. *At enim Sylla legem*  
*tulit]* Dicit legem, qua vixor Syl-  
la civitatem Volaterranis ademerat.  
*Idem.*

*Si quid jus non esset rogari]* Legum

principium hoc erat, ‘Consul, vel prætor, vel alius magistratus, qui cum populo egerat, populum jure rogavit, populusque scivit.’ Extremum illud, ‘Si quid jus non fuit rogari, ejus ea lege nihilum rogatum,’ constat ex prima in Antonium, et lege quædam apud Frontinum de aquæ ductibus, et libro Valerii Probi de notis antiquis. *Idem.*

§ 97 *Decemviris]* Ex hoc loco, et alio præterea simillimo, in oratione pro Domo sua, conjecturam capio, decemviro Romæ creatos fuisse, qui de causis civitatis ac libertatis cognoscerent; item ut de causis capitalibus trium viros, et de certis item causis centum viros. Verba illius orat. hæc sunt: ‘Si decemviri sacramentum in libertatem injustum judicassent, tamen quotiescumque vellet quis, hoc in genere se rem judicatam referre posse volnerunt.’ *Idem.*

*Non posse sacramentum nostrum justum judicari]* Non posse nos contendere sacramento, item nostram iniquam esse. De Orat. 1. ‘Injusto sacramento contendere.’ Pro Milon. ‘Injustis sacramentis fundos alienos petere.’ Festus: ‘sacramenti nomine id omne dici coepit est, quod poenæ nomine petebatur, propter ærarii inopiam.’ Differt a sponsione: quod in sponsione non deponitur proprie pecunia, sed promittitur tantum, nec quicquam de ea ad ærarium perveniebat. *Passer.*

*Et lege agant, et suum jus persequantur]* ‘Lege agere,’ modo nihil aliud significat, quam litem intendere. Unde ‘legis actiones’ dictæ sunt: quas Pomponius in lib. II. de Orig. Juris, ex legibus XII Tabularum a jurisconsultis conceptas et constitutas esse scribit. Ergo ‘lege agere,’ hoc significat, actionem intendere, quæ lege XII Tabularum concedatur. *Hotom.*

CAP. XXXIV. § 98 *Pater patratus]* Fetalium princeps, qui, si quid cum

hostibus patrandum, id est, aut belli aut pacis causa transigendum esset, populi Romani nomine patrabat. Debatur autem hostibus, qui cum eis pacem fecerat, quam populus Romanus ratam habere nolle. Eam deditionem pater patratus, ex fetalium collegio creatus, patrabat. De deditione exemplum est notum omnibus de T. Vetorio et Sp. Posthumio, qui a Samnitibus dediti repudiati sunt, apud Livium, lib. IX. De Mancino etiam nota est historia ex Plutarcho in Gracchorum Vita, Livio, lib. LV. et LVI. Valerio, lib. I. cap. 6. et Cicerone de Offic. lib. III. in Topicis, et lib. de Orator. I. cap. 40. et apud Pomponium jurisconsultum L. ult. D. legat. ‘Eum,’ inquit, ‘qui legatum pulsasset, Q. Mutius dedi hostibus, quorum erant legati, utilius esse solitus est respondere. Quem hostes si non receperissent, quæsitum est an civis Romanus remaneret; quibusdam existimantibus remanere, aliis contra: quia quem semel populus iussisset dedi, ex civitate expulisse videretur, sicut faceret, cum aqua et igni interdiceret. In qua sententia videtur P. Mutilus fuisse.’ Id autem maximè quæsitum est in Hostilio Mancino, quem Numantini sibi datum non acceperunt. De quo tamen lex postea lata est, ut esset civis Romanus; et præturam quoque gessisse dicitur. *Hotom.*

*Aut suus pater vendidit]* Hæc erat non vera, sed simulata, et ficta venditio; nam venditionem in emancipationibus aut adoptionibus fieri solitam significat. De qua Cains sic scribit libro Inst. I. ‘Emancipatio autem, hoc est, manus traditio, quædam similitudo venditionis est; quia et in emancipationibus præter certum patrem alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filium suum fiduciario patri mancipat, hoc est, manu tradit; a quo fiduciario patre naturalis pater

unum aut duos numos, quasi in similitudinem pretii, accipit, et iterum eum, acceptis numis, fiduciario patri tradit. Hoc secundo et tertio fit, cum fiduciario patri mancipat ac tradit; et sic de patris potestate exit. Tamen cum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei a fiduciario patre mancipetur; et a naturali patre manumittatur: ut si filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater, non fiduciarius succedat.' *Idem.*

§ 99 *Cum eum vendidit, qui miles factus non est]* Moris erat, ut conscripto exercitu, qui citatus non responderet, una cum bonis suis omnibus venderetur. Valer. Max. lib. vi. exemplum de C. Varieno protulit, qui, quod sinistræ manus digitos, ne bello Italico militaret, abscederat, publicatis ejus bonis, in perpetua vincula damnatus est. Et de alio rursus, quem M' Curins consul una cum omnibus ejus bonis vendidit. De quo etiam meminit Florus in Epit. Liv. lib. xiv. Suetonius in Augusto, cum eum in re militari multa ad antiquum morem revocasse dixisset, 'Equitem,' inquit, 'Romanum, quod duobus filiis adolescentibus, causa detrectandi sacramenti, pollues amputasset, ipsum bonaque subjecit hastæ.' *Idem.*

*Cum autem incensum vendidit]* Dionysius Halicar. Antiquit. lib. iv. pœnam incensis constitutam scribit, ut bona primum eorum publicarentur, deinde virgis cæsi venderentur. Ulpianus autem in Titulis sic scribit: 'Maxima capitum diminutio est, per quam et civitas et libertas amittitur: veluti cum incensus aliquis venierit,' &c. *Idem.*

§ 100 *Quibus lege aut Romana ciuitas, aut libertas crepta sit]* Cur ergo privilegia de Cicerone et Cladio lata sunt, ut exnarent? Responsio ex more et instituto intelligitur. Nam

primum reo dies a tribuno plebis ad populum dicebatur: deinde citabatur, et ter ante, intermissa die, accusabatur, quam multa irrogaretur. Itaque trinundino accensatus a populo, aut morte aut alia pœna damnabatur: cum eo tamen ut ne pœna capitum cum pecunia conjungeretur; id est, ne simul pecunia et capitum multa ei a tribuno diceretur. Magistratus autem sic populum rogabat, 'Velitis, jubeatis, Quirites, ut Cludio, puta, aut M. Tullio, aqua et igni interdicatur?' Si populus juberet, pœna etiam sanciebatur, si quis M. Tullium tecto recepisset, et aqua aut igni, cæteris rebus, quibus vita continetur, juvaret. Non ergo ferebatur ut exirent; sed tantum, ne quis reciperet. Quod si minus verbo esset civitatem adimere, re quidem vera nihil aliud erat. Hoc autem primum in eam rem valebat, ut ipsis manere in civitate liceret, si quidem ære solo vivere ac tegi vellent; deinde ut ne prius civitatem Romanam amisisse viderentur, quam essent in eam recepti, quo vertendi, hoc est, mutant soli, causa venerant. Hæc Cicero disperse in Oratione pro Domina sua. *Idem.*

CAP. XXXV. § 102 *Ea de re judicare non debetis]* Privatis enim judicibus judicare, nisi ea de re, dc qua definite judicandi potestatem a praetore acceperant, non licebat. *Hotom.*

*Horum nexa]* Quamvis iis civitatem Sylla ademerit, non tamen tulit, ne possent se pro altero obligare, aut heredes instituere, et institui. *Ferrat.*

*Duodecim]* Jus obtinuisse, quod habebant duodecim coloniae deductæ in Italia a M. Livio Druso. De Arimino Velleius lib. i. *Idem.*

§ 103 *Qui quoniam, recuperatores, suum jus non descruerit, neque quicquam illius audacie, petulantiaeque concessit.* *Derelinquo jam communem causam]* Locus aperte corruptus. Hotomanus

conjectit aliquid desiderari. Lambinus inane spatum etiam reliquit. En quo progressa conjectura. Ego plus una littera esse dico, quam hic a Cicерone unquam pronuntiatum scriptumve sit. Quam frequenter titulus ille, qui vocali superpositus valet *N*, occurrat in libris, et scriptis et impressis! et is quam sit similis illi velut apici litteræ *i*, quid attinet dicere? At hoc animadverso, quis non malit hic de *reliquo*, quam *dereliquo*, scribere? nemo profecto, qui videat, quid hic sententia postulat, quidve in eandem sententiam tam multis antea dictum sit. *P. Faber.*

**CAP. XXXVI.** *De eo contemptus]* Fortasse ab eo. Libri tamen alienjus auctoritatem expectamus. *Hotom.* Miror hanc conjecturam recepisse Manutium, Lambinum, et Gruterum contra veteres libros omnes, tam scriptos, quam editos. Cicero, Orat. pro Sex. Roscio: ‘*De L. Sylla emit.*’ Idem, Orat. post Redit. in Senatu, ‘*discensus de patria.*’ Plaut. Captiv.

‘emit hosce de quæstoribus.’ *Græv.*

§ 104 *Etruriae nomine totius in utraque fortuna cognitum]* Hoc quid sit, dispicere non possum. Quamobrem explicandum aliis eruditioribus relinquam. Aperiam tamen quod mihi in mentem venit, et quibusdam probavi amicis meis, eruditis hominibus. Vereor ut vocabulum *hominem*, alieno loco repositum, in illud quod nunc legimus *nomine* sit mutatum: itaque scribi hunc totum locum oporteat; *Habetis hominem singulari pudore, virtute cognita, et spectata fide, amplissimum Etruriae totius, hominem in utraque fortuna cognitum, &c.* ‘Utramque’ autem ‘fortunam’ significat; tum secundam, quæ civile bellum antecessit, quo tempore et civitas, et suffragii jus Italiæ populis datum est; tum adversam, quæ Sylla victoriæ consecuta est, cum Sylla municipiis omnibus civitatem ademit, atque omnes (ut Valer. Max. scribit) Italiæ partes civilis sanguinis fluminibus inundavit. *Hotom.*

## PRO LEGE MANILIA.

**CAP. I. § 1** *Frequens conspectus vester]* Magistratus, quibus solis cum populo agendi jus erat, legem trimundino per præconem promulgari in foro jubebant, ut tertia die comitia haberentur, et populus suffragia ferret; id est, legem latam aut juberet, aut antiquaret. Eam, ut scribit Quintilianus, libro II. pro concione suadere, aut dissuadere, moris fuit. L. ergo Manilius, tribunus plebis, comitia in foro habebat convocatis tribubus, legemque ferebat, quam Cicero prætor frequenti populo hac oratione suadet. *Hotom.*

*Hic autem locus]* Templum in foro, rostris, ut Livius scribit, navium Antiatium exornatum. *Idem.*

*Ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus]* Gellius, Noct. Att. XIII. 15. docet aliud esse, ‘*agere cum populo,*’ aliud, ‘*concionem habere.*’ ‘Nam, cum populo agere,’ inquit, ‘est rogare quid populum, quod suffragiis suis aut jubeat, aut vetet; concessionem autem habere, est verba facere ad populum, sine ulla rogatione.’ Ergo ‘*ad agendum amplissimum*’ appellat, quod nullis nisi amplitudine præditis viris, magistratum scilicet ge-

rentibus, agere cum populo licet; ‘ad concionandum’ autem, sive ‘ad dicendum ornatissimum,’ quod ornamento esset iis, qui concionabantur, ut adolescentibus, qui de laude aliquis pro Rostris orationes ad populum habebant. *Idem.*

*Omne meum tempus amicorum temporibus]* ‘Tempora,’ negotia, pericula, necessitates, ut vulgus loquitur, significant. Ut libr. de Offic. II. cap. I. ‘Tantum erat philosophiae loci, quantum superfuerat amicorum et reipublicae temporibus;’ id est, negotiis, necessitatibus. *Idem.*

§ 2 *Propter dilationem comitiorum*] Differebantur plerumque propter obnuntiationes. Nam si, dum comitia haberentur, angus aliquis de caelo servasset, magistratus obnuntiare poterat, et comitia in alium diem differre. Differebantur præterea per tribunorum intercessionem. Has autem obnuntiationes, dilationesque comitiorum, candidatorum scilicet gratia faciebant; cum aliqui sibi paratam pulsam videbant. *Idem.*

*Quantum vos, honoribus mandandis esse voluistis]* Hoc est, quantum milii (anctoritatis scilicet) esse voluistis, in eo, quod honores milii mandavistis; vel, dum honores milii mandatis. *Fabricius.*

CAP. II. § 4 *Mithridate, et Tigrane]* Altero Ponti, altero Armeniae rege, et superioris socero, ut Appianus; genero, ut Plutarchus scribit. *Hotom.*

*Quorum alter relicitus]* Lucullus Mithridateum persecutus, a militibus desertus est: qui, cum nihil propius esset, quam ut rex caperetur, effusus de ipsis regis sententia thesauris et pecuniis omnibus, in eas sese, reliquo rege, projecerunt. Ita rex in Armeniam ad socerum Tigranem profugit. *Idem.*

*Ad occupandam Asiam]* Asia, anno Urbis 620. Attali testamento, populum Romanum instituentis here-

dem sui regni, provincia est Romanorum facta. *Grav.*

*In vestris rectigalibus exercendis]* Quid est ‘exercere vectigalia?’ decumas ab aratoribus exigere, scripturam a pecnariis, portorium a mercatoribus. Hæc enim populi Romani vectigalia. *Hotom.*

*Pro necessitudine, quæ mihi est cum illo ordine]* Plinius xxxiii. 8. ‘M. Cicero deinceps stabilivit equestre nomen in consulatu suo, ei senatum concilians, ex eo se ordine profectum esse celebrans, et ejus vires peculiari popularitate quærens.’ *Idem.* Vide pro Rabirio Post.

§ 5 *Bithyniæ, quæ nunc restra provincia est]* Nicomedes, cognomento Philopator, Nicomedis filius, qui patre Prusia necato, Bithyniæ regnum occuparat, regno a Mithridate pulsus, a Sylla restitutus est. Hac de causa pánctis post annis, hoc est, Octavio et Cotta coss. moriens, populum Romanum regni sui heredem fecit, regnumque ejus in provinciæ formam redactum est. *Eutrop. App. Flor. Hotom.*

*Regnum Ariobarzanis]* Cappadociam; ex qua ipsum, bis antea pulsum, et bis a Romanis restitutum, Mithridates, Lucullo a senatu revocato, tertio dejecit; et tamdiu eo regno potitus est, dum Pompeius, ipso et Tigrane devictis, Ariobarzanem tertio loco restituit. *Idem.*

*Huic qui succurrerit]* Modius, Novant. epist. xcvi. testatur in Coloniensi se reperisse qui successerit: id et ego reperi in Erfurt. neconon in anonymo: quod procul dubio præferrendum τῷ succurrerit. ‘Succurrere bello’ a Latinorum consuetudine remotum est. *Grav.*

CAP. III. § 7 *Mithridatico bello superiore]* Quod instauratum est Q. Pompeio, L. Sylla coss. Nam initio ejus belli Mithridates Q. Oppium (ut Florus appellat, ‘proconsalem;’ ut Appianus, cui potius assentior, ‘pro-

prætorem') cepit, et in vincula con-  
jicit: Manium Attilium asino insi-  
dentem Pergamum usque deduci jns-  
sit, præeunte præcone, et procla-  
mante adesse Manium Attilium; ei-  
que ut Pergamum venit, aurum li-  
quefactum in os infundi jussit: præ-  
fectis deinde Asiae universis manda-  
vit, ut intra diem trigesimum Roma-  
nos et Italos omnes ad unum, viros,  
mulieres, pueros, qui in Asia essent,  
trucidarent, et necatos ne sepelirent,  
sed eorum corpora feris objicerent;  
ut auctor est Appianus. Occisa au-  
tem civium Romanorum centum quin-  
quaginta millia Plutarchus in vita  
Syllæ scribit; Val. Max. octoginta  
millia. *Hotom.*

§ 8 *Syllam . . . resp.*] Oppressa a  
Mario, et Cinna, et Carbone. *Idem.*

*Murenam Sylla revocavit*] Propter  
pacem, quam ipse cum Mithridate  
fecerat: nam ille in Asia legatus a  
Sylla relictus cum duabus legionibns,  
ut Asiae negotia constitneret, trium-  
phi cupiditate incensus, regi bellum  
facere non desistebat, usquedum re-  
vocatus est. *Idem.*

CAP. IV. § 9 *Uno consilio, a binis  
hostium copiis*] Sertorii enim copias  
cum suis conjuncturum se putabat,  
ut scribit hic ipse in Mureniana, cap.  
15. *Idem.*

*De imperio*] Id est, non de aliqua  
imperii parte, sed in totius imperii  
certamen et discrimen deveniretis;  
et 'ancipiit,' quoniam utrinque bel-  
lum inferebatur, ab Asia scilicet, et  
Hispania. *Idem.*

§ 10 *Ut initia illa gestarum rerum*] Mi-  
thridatem enim prælio fudit in  
Ponto, ut ille in extremam Arme-  
niam profugerit ad Tigranem: quo-  
rum utrumque postea uno consilio,  
unis copiis in se invadentem, repulit  
ac profligavit. *Idem.*

*Hæc autem extrema*] Clades accepta  
primum a Fabio, deinde a L. Triario;  
Mithridatis reditus in Pontum, et mag-  
nam sui regni partem; multarum na-

tionum contracta belli societas cum  
Tigrane et Mithridate adversus popu-  
lum Rom. *Idem.*

CAP. V. § 11 *Injuriosius tractutis*] Leviter offensis. Nam, 'injuriosius'  
minus est, quam 'injurose.' *Manut.*

*Appellati superbis*] Sordes in eos  
de tectis injectas, ait Strabo; pulsa-  
tos, Livius et Asconius. Cicero neu-  
trum dicit, sed, 'appellati superbis,'  
ut oratore rem minuat; quo magis  
populus Romanus in Mithridatem in-  
cendatur, qui legatum consularem vin-  
culis ac verberibus, atque omni sup-  
plicio excruciatum necaverat. Le-  
gatorum autem, item ut tribnnorum  
plebis, sacrosancta corpora putaban-  
tur. *Idem.*

§ 13 *Et eum prope esse*] In bello  
maritimo adversus prædones et pi-  
ratas, quos toto mari mediterraneo  
persequebatur. Ergo maris mediter-  
ranei partem significat Asiae finiti-  
mam: illud enim ad usque Ciliciæ  
fines et Amanum montem diffunditur.  
*Hotom.*

CAP. VI. § 14 *Propter socios*] Cum  
Antiocho et Ætolis propter foederata-  
tas Græciæ civitates; cum Philippo  
propter Athenienses; cum Poenis  
primo bello propter Messanam; al-  
tero propter Saguntum. *Manut.*

§ 15 *Neque ex scriptura vectigal con-  
servari potest*] 'Ex scriptura,' id est,  
ex publicis pascauis. Unde 'scriptu-  
rarius ager,' ut scribit Festus, 'in  
quo ut pecora pascantur, certum æs  
est; quod publicanus scribendo con-  
ficit rationem cum pastore.' *Hotom.*

§ 16 *Qui robis fructuosi sunt*] Fa-  
bricius *fructui*. At enim nostri om-  
nes stant a vulgato. *Grut.* 'Fructui  
esse' Latinis dicuntur, quæ fructum  
nobis præstant. Qui interpolarunt  
hunc locum, prisæ elegantiae istius  
ignorantia, pro *fructui*, tritus et sibi  
notins *fructuosi* supposuerunt. *Græv.*

CAP. VII. § 18 *Etenim illud pri-  
mum parti refert*] Occurrit tacitæ co-  
gitationi; posset enim aliquis dicere,

Si vectigalia nunc amittentur, victoria tamen postea recuperabuntur. Parvi, inquit, hoc refert; et cur parvi referat, statim causam subjungit. *Manut.*

§ 19 *Fidem concidisse*] ‘Fidei’ an- ceps est, ambiguumque vocabulum; tam enim ad eum qui fidem habet refertur, nimisrum argentariorum, quam ad eum qui fidem servat, pecuniamque dissolvit. *Holom.*

CAP. IX. § 23 *Fanii*] Comana, Bel- lonae templum, significat, cuius sa- cerdos majestate, imperio, potentia, secundus a rege, consensu illius gen- tis habebatur; ut ait Hirtius de bello Alexandrino, Appianns in fine Mi- thridatici; quod Cicero etiam osten- dit epist. ad Catonem. *Manut.*

*Etsi urbem ex Tigranis regno cepe- rat*] Tigranes ex suo nomine Tigrano- certam appellarat; in quam copio- sissimos quosque et locupletissimos totius imperii sni cives quasi in colo- niam deduxerat; quam omnes, ut regi gratificarentur, certatim donis ac munneribus, pretiosissimisque qui- busque rebus ornarant atque instrux- erant; in qua, (inquit Plutarchus) præter alias opes immensas, talento- rum octo millia Lucullum reperisse constat. *Holom.*

§ 25 *In exercitum restrum*] Primum in L. Flaccum, quem in Ponto Lu- cullus reliquerat; deinde in C. Tri- atrium, Luculli legatum, qui in Flacci locum eum exercitu novo missus est. Nam hic Lucullum adventare sen- tiens, triumphi cupiditate impulsus prælium cum Mithridate commisit; quo in prælio cæsi sunt tribuni 24. centuriones 150. civium supra 7000. *Holom.*

§ 26 *Stipendiis confectis*] Cum annos jam decem militassent. *Manut.*

*Integræ*] Neque lacessitæ bello, neque tentatæ. *Idem.*

CAP. X. § 28 *Ad patris exercitum*] Cn. Pompeii Strabonis, Catonis in

consulatu collegæ. Is bello Italico proconsul, cum satis feliciter rem- publicam gessisset, anno insequentि Q. Pompeium, Syllæ in consulatu collegam, qui ad capiendum jussu populi a Cn. Pompeio exercitum pro- fectus erat, in tribunali interficien- dum curavit. Itaque in Italia Cin- nano bello exercitum habuit, in quo exercitu hunc quoque Cn. Pompeium, ipsius filium, adolescentem fuisse, Plutarchus auctor est. *Holom.*

*Miles fuit summi imperatoris*] Patris ejus, non Syllæ; dux enim, non miles, ad Syllam profectus est. *Manut.*

*Maximi ipse exercitus imperator*] Plutarchus et Florus, eum in agro Piceno privatum hominem, annos tres et viginti natum, voluntariorum exercitum conscripsisse tradunt, et cum tribus legionibus ad L. Syllam venisse, ad eumque se nobilitatem omnem contulisse; ut deserta urbe ad eastram veniretur, complures in itinere Italiam civitates sollicitasse; Scipionem et Carbonem, adversæ partis duces, prælio lacessisse; mox ad Syllam cum exercitu instructissimo et paratissimo profectum, Im- peratorem ab ipso Sylla salutatum, statimque in Celtiberiam missum esse. *Holom.*

*Sæpius cum hoste conflixit*] Hostes publice tamum dicuntur, scilicet quibus bellum, populi Romani jussu, a collegio facialium indictum est: ini- mici privatim, a quibus animo alienati et disjuncti sumus. *Idem.*

*Civile*] Marianum. *Manut.*

*Africanum*] Quo Cn. Domitium, et Hiarbam devicit. *Idem.*

*Transalpinum*] Gallicum; quod quale fuerit, paulo post ostenditur. *Idem.*

*Mistum ex civitatibus*] Civitatibus hic ferri non posse videtur. Nam si per ‘civitates’ intelligit Hispanicas et Lusitanicas civitates, cur dicit illud bellum mistum fuisse ex civitatibus,

et bellicosissimis gentibus, cum hæ civitates ad eas ipsas bellicosissimas gentes pertinerent, sive cum hæ civitates et hæ gentes essent unius ejusdemque regionis et populi? Credo Ciceronem scripsisse *mistum ex civibus, atque ex bellicosissimis gentibus*; Sertorianus enim exercitus conflatus erat ex multis civibns Rom. et ex Hispanis et Lnsitanis. *Græv.*

*Servile]* A Spartaco gladiatore excitatum; cuius tamen confecti laus ad M. Crassum proprie pertinet. Et hic Pompeio gratificatur, Crassi laudem cum eo communicans. *Manut.*

*CAP. XI. § 30 Testis est Italia]* Italico bello extremo, civile exortum est; quo tempore divisa Italia diversas partes secuta est. In eo bello jam supra dictum est Cn. Pompeium voluntariam exercitum conscripsisse, et prospere rem gessisse. *Hotom.*

*Testis est Sicilia]* Quam Perpenna et Carbo, ex Italia pulsi, vi occuparant ea spe, ut hoc propugnaculo adversus Syllam uterentur. Ergo se-natusconsultum factum est, ut Pompeius eo cum imperio proficisceretur; cuius auditio adventu Perpenna profugit; at Carbo captus, et a Pompeio damnatus, interfactus est. *Idem.*

*Testis est Africa]* In quam postea missus est adversus Cn. Domitium proscriptum, et Hiarbam Numidiæ regem, bellum adversus Syllam molientes, quos prælio victos interremit. Quo bello intra dies XL confecto, Romanam rediit, et quatuor ac viginti annos natus, adhuc eques Romanus, (quod quidem nemini antea contigerat) ex Africa triumphavit, Magnusque a L. Sylla appellatus est. *Idem.*

*Per quam legionibus nostris in Hispaniam iter]* Inter Padi et Rhodani fontes, Romanis opportunius, quam quod Annibal aperuerat. *Manut.*

*Testis est Hispania]* In qua Sertori-nm, octavum jam annum cum populo Rom. bellum gerentem, devicit. *Hotom.*

§ 31 *Tam turpe, tam vetus]* Nam Octavio et Cinna coss. cœptum est, ut ex Appiano intelligitur, qui, pro-consule Sylla in Asiam misso, hoc bellum initium habuisse scribit. Confectum est autem hoc ipso anno, Lepido et Tullo coss. Vetus ergo, abhinc annis videlicet tribus et viginti, exortis e Cilicia prædonibus. *Idem.*

*CAP. XII. § 32 Brundusio]* Quare nominatim ‘Brundusio?’ quia per hosce annos, quibus adversus piratas et Mithridatem bellum gestum est, exercitus populi Romani Brundusio transmittebant. Quæ civitas est in Calabria, portu nobis, unde in Græciam iter est. *Idem.*

*Duodecim secures]* Duos prætores in provinciam euntes. Nam senis fascibus in provinciis prætores utebantur, binis in urbe. *Manut.*

§ 33 *Vitam]* Propter ea, quæ virtus gratis in urbem assidue invehuntur. *Idem.*

*Intra Oceani ostium]* A freto Herculeo, unde Oceanus in medium terram infuit. *Hotom.*

§ 34 *Belli impetus navigavit]* Poëtice, ut illud infra, ‘venti tempestatesque obsecundarint.’ Quibus in locis, cum sensus tribuatur inanimis rebus, exsistit quidam orationis decor, et quedam poëtarum propria venustas, oratori nonnumquam, præsertim in laudando, concessa. *Manut.*

§ 35 *Gallia Cisalpina]* Italiæ parte, ab Alpibus ad Rubiconem flumen, quæ Gallia dicta est ab iis Gallis, qui Tarquinio Priseo (ut Liv. v. 33. demonstrat) regnante, ducentis ante urbem captam annis, Alpes transgressi, medium prope Italianam occuparunt. Hanc igitur Romani Cisalpinam, alteram vero, unde venerant, Transalpinam vocarunt. Cæsar hanc Ulteriorem, illam Citeriorem perpetuo appellat. *Hotom.*

*Duo maria]* Adriaticum, et Tyrrhe-num. *Idem.*

**CAP. XIII.** § 36 *Contentione*] Comparatione; nam contendere, interdum est comparare. *Manut.* Vide Off. I. 17.

§ 37 *Centuriatus*] Ordo militiae fuit, quo centuriones, meritis insignes, ornabantur. *Idem.* Vide in Pison. 36.

*Magistratibus divisorum*] Qno diutius, ipsis concedentibus, administrare provinciam posset. *Hotom.*

*Romæ in quæstu reliquerit*] Apud argentarios. *Idem.*

§ 39 *Non modo manus*] Non modo nihil rapuisse, sed ne pedem quidem, ubi non licebat, posuisse dicatur. *Idem.*

**CAP. XIV.** § 40 *Inventum*] Sensus: quanam arte tanta celeritas reperita est? quæ res tantæ celeritati causam præbuit? Alii legunt *initium*, non ita bene: nam ‘nnde initus sit cursus,’ quærimus pro, ex quo loco cœpit quis currere: quæ sententia hunc loco non convenit. *Idem.*

§ 42 *Hostes omnium gentium*] Piratæ, qui cum omnibus gentibus bellum gerunt, prædam undecunque capientes. Itaque paulo post, ‘commune omnium gentium’ bellum appellat. *Manut.*

**CAP. XV.** § 45 *Tanta repente rilitas annonæ*] Quippe mercatores simul ut Pompeium maritimo bello præpositum audierunt, confisi fore ut prædones ex maritiinis locis profugarent, et libera esset navigatio, magnum frumenti numerum Romam adduxerunt. *Appian. Platarch. Hotom.*

*Nisi ad ipsum temporis*] Hic veteris codicis Coloniensis, quem consultuit Modins, ut et Erfurtensis, quem ipse inspexi, scriptura elegansissima utraque manu est amplectenda, *ad ipsum ejus temporis discrimen*, hoc est, illo ipso tempore, cum summa illius provinciæ res ageretur, cum amittenda Asia esset, aut servanda. *Græv.*

**CAP. XVI.** § 46 *Ii, quibus semper erat molestum, &c.*] Illud semper aberrat Basilicano Colon, quod tamen cæteri libri agnoscent. Itaque emendandum putabat Gulielmins, *ii quibus per erat molestum*. Et amat hanc τρῆσιν hic noster ad Atticum, lib. I. epist. postrema: ‘Per mihi, per, inquam, gratum feceris,’ &c. iterum lib. v. ep. 10. et lib. x. ep. 1. *Grut.* In Franciæ primo *semper* non legitur; sed legitur in Erfurt. Non insinuavis est hujus vocis repetitio. *Grævius.*

*Ad eum potissimum esse missum*] Cum ipse quæstor tantum: alii qui idem bellum administrabant, Q. Metellus, M. Perpenna, consulares essent. *Hotom.*

§ 47 *Maximo, Marcello, Scipioni*] Q. Fabio Maximo Cunctatori; M. Claudio Marcello, qui primus docuit Hannibalem posse vincere; P. Cornelio Scipioni, Panli filio: hunc enim potius, quam superiorem, significari puto. *Manut.*

**CAP. XVII.** § 52 *Contra virum fortem A. Gabinium*] Tribunum pleb. qui legem tulit de administratione belli maritimi Pompeio mandanda. Extant apud Dionem Gabinii et Catuli orationes contrariae; idemque Dio, et præterea Plutarchus, autores sunt, legem magna senatus dissensione latam esse; et alterum consulem, cum vehementius legi refragaretur, prope a plebe disserptum fuisse: Catulum quidem summa contentione primum repugnasse; sed postea, cognito tanto populi studio atque voluntate, destitisse. Vide Asconium in Orat. pro Cornelio, ubi de L. Trebellio. *Hotom.*

**CAP. XVIII.** § 55 *Nihil timebat*] Propter populi Rom. societatem. *Idem.*

*Appia Via*] Quæ cum sit propinquæ mari, per eam (ab Urbe ad Capuam) iter habere, piratis mare tenentis-

bus, sine periculo non licebat. *Mā-nut.*

*In hunc ipsum locum, Rostra, ascendere]* Ut vos revocarent a jubenda lege illa, quæ maritimi vobis imperii decus asseruit. Hos duntaxat ferit hæc indignatio, non alios, qui prolege Gabinia et Pompeio dicebant. *Anonymous.*

CAP. XIX. § 58 *Tam diligentes]* Respicit, nt puto, ad leges Liciniam atque Æbutiam. *Grut.*

*Inimicum edictum]* Indicat edictum consules Gabino inimicos, ne quis referre ad senatum posset, præsentibus consulibus; cui se, cum prætor esset, non cessurum profiteretur, nisi tribuni intercedant. *Ferrat.*

*Vestrūm jus]* Non jus præturæ hic intelligit; prætor enim secundum leges non poterat referre ad senatum consulibus invitis; sed innuit scriptum fuisse in lege Gabinia, ut Pompeius, quos ipse vellet, legatos eligeret. *Idem.*

CAP. XX. § 59 *Si quid eo factum esset]* Si obiisset. Ominis causa mentio mortis omittitur. Vide Schotti Nod. Cic. I. 2.

*In ipso vos spem habituros]* Sic legendum, non ut vulgo, *in eo ipso.* Nam præterquam quod pronomen *eo* non est in quibusdam libris manuscriptis, ratio et consuetudo Latini sermonis postulant ut ita legatur, quemadmodum edendum curavi. Si enim *in eo ipso* legeremus, significaretur, Pompeius. At ex Plutarcho notum est, populum respondisse, se spem habiturum in ipso Catulo. *Lamb.*

§ 60 *Ab uno imperatore]* P. Scipione Æmiliano. Vide Somn. *Scip.*

CAP. XXI. § 61 *Adolescentulum, privatum]* Annos tres et viginti natus. Vide supra, cap. 10. et mox infra.

*A senatorio gradu]* Senatores tunc erant, cum quæsturam gesserant, quam obtinere non poterant, nisi

post decem annua stipendia, adeoque post 27. annum; a quo aberat Pompeii ætas, qui 25. anno suæ ætatis triumpharit. *Ferrat.*

*At eam quoque rem populus Romanus non modo vidit, sed etiam studio omni visendam putavit]* In hujus triumphi commemoratione, nulla fit senatus mentio, et populo id unum datur, ut accurrat visendi studio, et pompam acclamacionibus honestet. Qui ppe Sylla, cum dictator publicas res pri-vatasque haberet in sua potestate, Pompeium, quem in Siciliam miserat, ipse, inconsulto senatu, et absque ulla rogatione populi, triumphari jussit. Alterum triumphum ait orator ductum esse ‘ex senatus-consulto,’ nulla populi mentione; propterea quod, sublata per Syllam tribunitia potestate, universa reipublicæ administratio ad senatum fuerat translata; ita ut populus, neque in ferendis legibus, neque in decernendis triumphis ullam partem haberet. Pompeius consul tribunitiam potestatem restituit; Cornelius, tribunus plebis, legem tulit, ne quis legibus solverentur, sine populi rogatione. *Idem.*

§ 62 *Quid tam singulare, quam ut ex senatus-consulto, legibus solitus, consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset]* Cum post Syllæ dictaturam, et usque ad tribunatum C. Cornelii, senatus legibus solveret, sine populi rogatione, bene de Pompeio dicitur, ‘ex senatus-consulto legibus solitus.’ At quibusnam legibus? Lege Villia, qua prohibebatur petitio consulatus ante annum XLII; aliasque duabus Cornelii legibus, quæ ad consularem dignitatem eos non admittebant, qui quæstores prætoresque non fuissent. Pompeius autem annum XXXV agebat, et neque quæstor fuerat, neque prætor. Cur autem Pompeio annos nato triginta non licebat ullum magistratum capere, nedum consulatum? Quoniam lex erat, aut vetus

restituta a L. Sylla, aut ab ipso pri-  
mum lata, ne quisquam, omissa quæ-  
stura, ullum alium petere magistra-  
tum posset. At Pompeius quæstor  
non fuerat; et quoniam quæstor non  
fuerat, non erat in ordine senatorio,  
sed equestri duntaxat. Aditum in cu-  
riam dabat quæstura, ex lege per L.  
Syllam dictatorem lata. *Idem.*

*Eques Romanus]* Non enim fuerat  
Pompeius quæstor, proindeque non  
dum erat senator. *Idem.*

**CAP. XXIII.** § 67 *Jacturis]* Jacturæ Latinis sunt largitiones, pecu-  
niæ datæ corrumpendi causa, pro-  
nunciati per tribus nummi, aut ut  
ipse supra dixit, divisi magistratibus  
et hominibus gratiosis, quorum suf-  
fragatione potestates et provincias  
aceperant. Cicero pro Cluentio:  
‘Primum quidem illum judicem pecu-  
nia corrupti, deinde ipsum Auri-  
um, non magna jactura facta, tollen-

dum curavit.’ Pro Flacco: ‘quæ  
jacturæ! quanta largitio!’ Gronov.  
de Pec. Vet. lib. iv. cap. 4. ubi vide  
plura.

§ 68 *P. Servilius]* Isauricus ab  
Isauris in Cilicia devictis: consul  
fuit cum App. Clandio. C. Curio,  
qui de Macedonia triumphavit, cum  
Cn. Octavio; Cn. Lentulus Clodia-  
nus, cum L. Gellio. C. Cassius for-  
tasse ille est, qui consul fuit cum  
Marco Luculo. *Ferratus.*

**CAP. XXIV.** § 69 *Quantum non ite-  
rum]* Velle Grævius deleri non, et  
mutari vidimus in videmus. Itaque  
legeret, quantum iterum in eodem ho-  
mine præficiendo videmus. Quod etsi  
dicat a suis quibusdam MSS. confir-  
mari, tamen in contextu non recepit.

§ 71 *Non inutiles]* Simultates enim  
inter principes viros utiles erant tum  
legibus, tum libertati. *Ferrat.*

## PRO A. CLUENTIO AVITO.

**CAP. I.** § 1 *Judicij Juniani]* C.  
Junius quæsitor fuerat in causa Op-  
pianici; ideo judicium de Oppianico  
factum, appellat Junianum. C. au-  
tem Junius postea damnatus est,  
quod in Oppianici causa corruptus  
fuisse dictus sit. *Sylvius.*

*Altera tantummodo]* Gulielmins le-  
git alteram; sed poterat subaudiri  
'videbatur,' quod præcessit. *Gruter.*  
Altera scilicet parte. Est casus sex-  
tus, non primus. Nihil itaque immu-  
tandum cum Gulielmio. Mox Franc.  
rationem beneficii, et criminum. Ac-  
cusator præter beneficium, et alia  
reo criminis objicit. *Græv.*

*Lege est hæc quæstio constituta]* Le-  
ge Cornelii constitutus est prætor,  
qui quereret de beneficio. Vide Si-

*Delph.* et *Var. Clus.*

*Cicero.*

gon. de Jud. II. 30. ‘Quæstio’ est  
judicium publicum. *Idem.*

§ 2 *Ea quæ propria est judicij vestri]*  
Id est, de qua quæstio constituta est,  
ideoque de qua sententiam laturi es-  
tis. Quamvis enim accusator multa  
crimina reo objiciat, ut id quod cau-  
sæ proprium est, sit magis credibile,  
judices tamen de eo solo pronuntiant,  
de quo quæstio constituta est: id  
igitur judicii proprium est. *Sylv.*

§ 3 *Ut eorum omnem dissolutionem]*  
Id est, excusationem, negationem,  
purgationem, vel refutationem. Illa  
autem sententia est: Cum accusa-  
tor intendit, vel probat crimina reo  
objecta, non continuo creditis, sed  
expectatis ejus qui reo patrocinatur  
dissolutionem: ideo spero fore, ut

refutationem meam horum beneficij criminum expectetis. Id si feceritis, nihil dixerit accusator, quod rennæ lœdat. *Idem.*

*In invidia, causa communis]* Nam si propter invidiam condemnetur Cluentius; quis est, enī non idem periculum impendeat? Paulo post sub-jungitor, ‘in communi incendio.’ *Manut.*

**CAP. II.** § 5 *Veritas]* Alii, Viet, Man. *falsitus.* Vide Victorium, Var. Lect. xxiv. 2.

**CAP. III.** § 8 *Non quasi s̄epe jam dicta, et nunquam probata sit]* ‘Dicere causam’ defensor dicitur, non accusator. Sic in Orat. pro Sext. Roscio Amer. cap. 3. ‘Accusant ii, qui in fortunas hujus invaserunt: causam dicit is, cui præter calamitatem nihil reliquern̄t. Accensant ii, quibus occidi patrem Sext. Roscius bono fuit: causam dicit is,’ &c. ‘Probare causam’ apud Ciceronem non est demonstrare et confirmare argumentis, sed efficere, ut judicibus re ipsa probetur. Cicero innocentiam Milonis demonstravit evidenter, non tamen probavit judicibus, qui eum damnarunt. Quamobrem illud unum contendit orator hoc loco, defensam antea non fuisse causam illam; aut injuria Quintii tribuni plebis; aut quia non de illo crimine accusations reliquæ constitutæ sunt, ut probari potuerit, et palam fieri, nullam a Cluentio, pro condemnando vitrico, datam fuisse pecuniam. *Ferrat.*

**CAP. IV.** § 9 *Non a Cluentio]* Quintilianus iv. 5. ‘Si,’ inquit, ‘unum crimen varie defendimus, supervacua partitio est; ut si ita partiamur: ‘Dicam non tamē esse hunc quem tuor, ut in eo credibile videri possit homicidium: dicam occidendi causam huic non fuisse: dieam hunc eo tempore, quo homo occisus est, trans mare fuisse.’ Omnia, quæ, ante id quod ultimum est, exequaris, inaniam videri necesse est. Festinat enim

index ad id quod potentissimum est, et velut obligatum promisso patrōnum, si est patientior, tacitus appellat: si vel occupatus, vel in aliqua potestate, vel etiam si moribus incompositus, cum convicio efflagitat. Itaque non defuerunt, qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua se dicturum esse promisit; primum, neminem majoribns criminibus, gravioribus testibus in judicium vocatum, quam Oppianiū; deinde, præjudicium esse factum ab iis ipsis judicibus, a quibus damnatus sit; postremo, judicium pecunia tentatum non a Cluentio, sed contra Cluentium. Quia si probari potest quod est tertium, nihil necesse fuerit dicere priora.’ *Sylv.*

§ 11 *Paulo longius]* Quintil. iv. 1. *extremo.* Cum a procēmio ad narrationem vel ad refutationem transitus est, id debet in procēmio postremum esse, cui commodissime jungi initium sequentium poterit: id est, cadere non oportet abrupte ex procēmio in narrationem vel refutationem, sed ita conjungenda est, ut ex procēmio duci videatur. Hujus tamen transitus admonendi sunt auditores; nec in his partibus solum, sed in aliis etiam, et plerumque in quæstionibus. Quoniā tamen narratio brevis esse debet, si ea fuitra sit longior, ad eam ipsam præparandum esse jūdicem idem præcipit, ut Cicero (inquit) s̄æpius, sed hoc præcipue loco fecit: ‘Paulo longius exordium rei demonstrandæ gratia repetam,’ &c. *Idem.*

**CAP. V.** *Aritus]* Aliis *Habitus.* Cluentii cognomen ex ignoratione veteris orthographiae suspicor esse depravatum. Quod enim constat ex antiquis monumentis, *B* pro *V* scribi solebat. Inde factum est *Habitus* pro *Aritus*: nam cum *Abitus* mendosum putaretur, *Aritus* autem differret ab *Abitus*; bonam correctiōnem librarii, aut homines imperiti existimarentur, si *Habitus*, tanquam

usitatum verbum, reponeretur; in quo repugnat veterum exemplorum observatio: nam saepe *Aviti cognomen* reperitur, *Habiti* nunquam. *Vibium Avitum* nominat Plinius xxxiv.

7. et Tacitus lib. xiiii. Accedunt lapidum antiquorum testimonia, in domo Cæsia Romæ, **CLODIAE AVITAE**: in domo Arberinorum, **CLAVDIVS AVITVS**: in hortis Jo. Georgii Cæsarini, **BAEBIO AVITO**: Lubiani in Germania, **DVRIVS AVITVS**: Neapoli, **AVR AVITVS**. Id sensisse videtur, aut ratione ductus, aut antiqui exemplaris auctoritatem secutus, Tryphonius jurisconsultus, qui cum hujus orationis testimonio utitur, A. Cluentium Avitum appellat. *Manut.*

*Fuit pater?* Sic interpunge, *fuit, pater, &c.* Quintilian. iv. 2. ‘Initium narrationis quidam faciendum a persona putant; canique, si nostra sit, ornandam; si aliena, infamandam statim. Hoc sane frequentissimum est, quia personæ sunt inter quas litigatur. Sed haec quoque interim cum suis accendentibus ponendæ, cum id profuturum est: ut, ‘A. Cluentius Avitus fuit, pater hujuscem, judices, homo non solum,’ &c. *Syl.*

§ 12 *Nominis causa*] Lambinus in *omni causa*, ex Ms. ut ait, sed iusnlse, si modo quid sentio, et contra Pall. nostros, et cilitos antiquitus. *Grut.*

*Non pietas?* In filiam. *Syl.*

§ 14 *Cluentia*] Romanarum mulierum nomina ex nominibus iis, quæ prima sequerentur prænomina, summos erat; nt P. Cornelius Scipio, A. Licinius Crassus, Cn. Papirius Carbo, C. Julius Cæsar, M. Tullius Cicero. Hærum familiarum feminæ, Cornelia, Licinia, Papiria, Julia, Tullia appellabantur. Hæc igitur A. Cluentii Aviti soror, Cluentia appellata est. *Idem.*

*Nullis auctoriibus?* Auctores in nuptiis dicebantur parentes, cognati, necessarii, tutores, aut amici, qui nup-

tias approbabant, et tabulas nuptiales signabant. Terent. Adelph. vi. 8. ‘quis despont? quis dedit? Cui quando nupsit? auctor his rebus quis est?’ *Græv.*

CAP. VI. § 16 *Ne uteretur?*] ‘Uti aliquo’ Ciceroni est id, quod frequentius dicitur, ut aliquo familiariter. Exempla non panca sunt obvia, in primis in epistolis, et dudum a doctis animadversa. *Idem.*

§ 18 *Ita accusatio?*] Cur non haec, potius quam illa? quia digito acusatores ostendit, ut infra, ‘is fecit heredem illum adolescentem:’ et aliquanto post, ‘avunculus illius adolescentis.’ *Manut.*

CAP. VIII. § 23. *Gallicanum*] Qui primum Gallus fuerat, deinde, eum in Italianum habitatnum venisset, non amplius Gallus, sed Gallicanus esse coepit: quemadmodum de avo Pisonis materno dixit Cicero. Prius enim Gallus, deinde Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberri coepitus est. *Manut.* Vide Fragm. Orationum in L. Pisonem.

*Non magna jactura facta?* Non magno pretio. *Idem.*

§ 25 *Quatuor viros?*] Sic dicebantur, qui summa cum potestate municipiis et coloniis præterant, sive annuam in iis jurisdictionem exercebant, ut Romæ consules, quamvis in aliis essent duumviri, in aliis seviri. Vide de his cum aliis, tum Reinesium in Epistolis ad Rupertum et Norisium ad Cenotaphia Pisana, cap. 3. *Græv.*

*Quo sequestre?* ‘Sequestres,’ ut ait Asconius, ‘sunt apud quos deponitur pecunia:’ cum enim testes, judices, aliive qui corrumpuntur, iis non prius datur pecunia, quam quod promiserunt executi sunt; ideoque apud sequestres, ut et vulgo dicunt, in manu tertia, pecunia deponitur. *Sequestri* autem, non *sequestre*, ex præcepto Prisciani l. vii. legendum est. *Syl.*

CAP. IX. § 27 *Tres filios*] Quorum duos pater Oppianicus necavit: tertium sibi servavit, eum, qui nunc, a socru Sassia impulsus, Cluentium accusat. *Manut.*

CAP. XI. § 31 *Liberos*] ‘*Liberos*’ pro unico filio, unicave filia dici, A. Gellius 11. 13. scribit. *Syle.*

§ 32 *Milesiam quandam mulierem*] Amplificationem ex comparatione aliquando fieri, Quintil. docet lib. VIII. cap. 4. in qua nonnunquam proposito simili exemplo efficiendum est, ut sit majus id quod a nobis amplificandum est, ut Cicero pro Cluentio, cum exposuisset Milesiam quandam a secundis heredibus pro abortu pecuniam accepisse: ‘Quanto est,’ inquit, ‘Oppianicus in eadem injurya majore suppicio dignus? Si quidem illa, cum suo corpori vim attulisset, se ipsa cruciavit: hic autem idem illud effecit, per alieni corporis vim atque cruciatum.’ *Idem.*

*Ab heredibus secundis*] Secundus heres dicitur, ut ait Boëtius lib. Comment. in Top. Cic. c. 2. ‘qui heredi instituto substituitur: veluti si quis filium instituat heredem, scribatque si is filius intra pubertatem decesserit, nepotem vel quemlibet alium heredem esse oportere.’ *Idem.*

*Per alieni corporis mortem atque cruciatum*] Quintilianus legit, *per alieni corporis vim atque cruciatum*: quæ lectio magis placet, ne sit ordo rerum perversus. *Idem.* Qnasi vero non freqnens esset ὑστερολογία illa. *Burmann.* in Quintil.

CAP. XII. § 33 *Heredem*] Secundum: nam primus in utero matris erat. *Manut.*

*Legat grandem pecuniam a filio*] Id est, si filius ex ea nascatur, qui heres testamento instituitur. *Sylv.* Modus loquendi, ut in Topicis, ‘Pater-familias uxori ancillarum usumfructum legavit a filio?’ Similiter, ‘solvere ab aliquo,’ dicebat, ut Epp. ad Fam.

vii. 17. ‘Quinctus frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio solvat.’ *Manut.*

*Nihil legat*] Ne sibi ipsa fortasse partum medicamentis abigeret, ab Oppianico corrupta. *Idem.*

CAP. XIII. § 39 *Ad eam columnam*] Jus dicebat, opinor, ad columnam Mæniam; ad qniam debitores, fures, et servi fugitiivi accusabantur. Ejus mentio fit in Divin. apud Asconium. *Idem.*

*Inter allegatos*] Inter conscientios qui accusarentur. *Ferrat.*

CAP. XV. § 43 *In Martis familia*] Qnae libera non est. Servi enim familia dicuntur. *Manut.*

*Ab omni ejusmodi negotio*] Ut quemquam accusaret. *Idem.*

§ 44 *Ex utriusque studio defensionis*] Non utriusque defensionis, sed utriusque Cluentii et Oppianici; quo in alter Martiales, alter causam publicam defendebat. *Idem.*

CAP. XVII. § 49 *Re semel atque iterum præjudicata*] Damnatione Scamandri et Fabricii. *Idem.*

*Vicinitatem*] Vicini enim Arpinatis. *Idem.*

*Patroni*] C. Fabricii; cuius libertum Scamandrum fuisse paulo ante dictum est. *Idem.*

CAP. XVIII. § 50 *Causa insidiarum*] Id est, cur veneno Cluentium Oppianicus necare voluerit. *Sylv.*

§ 51 *Magno cum metu incipio dicere*] Quod est hominis de ingenii fama, et de officio suo laborantis. In Divin. ‘Ita Deos mihi velim proprios, ut, cum illius diei mihi venit in mentem, quo die, citato reo, mihi dicendum sit, non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco.’ De Orat. 1. 26. ‘Mihi, quique optime dicunt, quique id facillime atque ornatissime facere possunt, tamen, nisi timide ad dicendum accedunt, et in exordienda oratione perturbantur, pene impudentes videntur, tametsi

id accidere non potest. Ut epim quisque optime dicit, ita maxime dicensi difficultatem, variosque eventus orationis, hominumque judicia permiscit.' *Manut.*

CAP. XIX. *Qua tum eram]* Octo annis ante, cum Cicero annos 32. natu<sup>r</sup>us esset. Hanc enim orationem annis octo post Oppianici damnationem prætor habuit. Oppianici autem iudicium Scamandri Fabriciique damnationem nullo fere temporis intervallo secundum est, cum L. Quinctius, Oppianici defensor, tribunus plebis esset, L. Lucullo, M. Cotta coss. *Id.*

§ 54 *Advocabat]* Advocatus, inquit Manutius, interdum est qui præsens reo faveat; inde 'advocare' eodem sensu. Imo barbarum istud 'advocare,' sed Latinum pro fanto<sup>r</sup>es conquirere, et advocates colligere. Neque aliter accipendum apud Ciceronem. Ipse aderat, et alios, qui adessent, cogebat et arcescebat. Pro Quinctio: 'Par tibi jus cum Alpheno fuisse non putas, quia tamen aliquem contra te advocare poterat.' Ita Gronovins, not. ad Senec. de Clement. t. 9. ubi vide plura. *Grætius.*

CAP. XX. § 55 *Prima actione]* Ampliandi potestatem lege permittente. *Manut.*

§ 56 *Utque ei locus primus]* Ut ejus causa, quod enim Scamandri causa conjuncta esset, statim ageretur. *Idem.*

§ 57 *Ad Cæpasios fratres]* De quibus in Bruto, cap. 69.

CAP. XXI. *Adhibetur]* In codice sancti Victoris hæc adscripta sunt: *Nisi forte hæc causa est, quod medici nihil præter artificium, oratores etiam auctoritatem præstare debent:* sed hoc adjectitum puto. *Syleius.* Evidem non modo in Palatinis hæc periodus non habetur, sed nec in Dresdensi, nec in utroque Francii, nec in editiōnibus illis vetustissimis, quas inspexi. Videtur sanc cento esse, qui margini

a magistro aut interprete, cansas docente hujus dissimilitudinis in quærendo bono medico et malo patrono, fuit adscriptus. Sed causam veram non attigit. Si pessimus patronus adoptatur, quomodo potest is auctoritatem præstare? Nihil sane est absurdius hac sententia in hoc quidem loco. Cur diutius hunc pannum, tam pulchram orationem dedecorantem toleremus, et non potius deleamus, scenti optimos codices et editiones? Recentiores ex interpolatis libris illum adsuerunt, invito Tullio. *Græt.* Tametsi Grævio assentior, non ausim tamen periodum delere, quam habent Vict. Man. Lamb. et Grut. *Oliv.*

CAP. XXII. § 60 *Fabricios]* De uno Fabricio nominatum locutus est: sed Fabricius quoque Scamander fuit, cum Fabriciorum esset libertus. Patet infra. *Manut.*

§ 61 *Judicia senatoria]* Tunc enim soli senatores judicabant per legem Corneliam, quæ deinde abrogata est M. Aurelio Cotta prætore; lata altera lege, ut cum senatoribus equites ac tribuni ærarii judicarent. *Ferrat.*

CAP. XXIII. § 62 *T. Atti]* T. Attius, vel Accius, de quo in Bruto cap. 78.

*Alter]* Scamander. *Manut.*

*Ipse se condemnavit]* Fabricius, a subselliis discedens ante perorationem causæ. *Idem.*

§ 64 *De illo ipso]* De corrupto ab Oppianico judicio. *Idem.*

CAP. XXIV. § 65 *Statium Albium]* Oppianicum. *Sylv.*

*Alter]* Oppianicus adolescens, pietate erga patrem. *Manut.*

*Quod abstulistiſ]* Id est, a Staleno dominū retulistiſ. *Sylv.*

§ 66 *Tantum donis datis, muneribusque perfecerut]* Male hic locns interpusgitur: nam si *datiſ* pertineret ad *doniſ*, scripsisset Cicero, *doniſ muneribusque datiſ*. Distinguendum: *tantum doniſ, datiſ, muneribus perfecerat.*

Has ejusdem notionis voces cumulat rem exaggerandi causa, ut solent oratores. ‘Data’ Latinis sunt munera. Plant. Asinar. i. 1. ‘Non suppetunt dicta data.’ Dona, quæ promisit, non sequuntur. Propert. iii. 13. ‘Heu nullis capta Liciina datis.’ Græv.

CAP. XXV. § 68 *Safini Atellæ*] Cum Safinius Atella pupillns bona sua judicio repeteret ab iis, qui male empta possidebant. *Manut.*

*Suppressit*] Non dedit judicibus; ipse clam retinuit. *Idem.*

CAP. XXVI. § 71 *Initium facit a Bulbo*] Festive admodum: nam cum initium cœna a bulbo fieri non soleat, Stalenus tamen a Bulbo judice initium fecit judicii corrumpendi: ideo vocavit eum Cicero præposterum atque perversum, in ambiguo jocum querens. *Idem.*

*Conditor totius negotii, Guttam aspergit huic Bulbo*] A condiendo conditor, media syllaba acuta. Alludit ad bulbum, quod genus quoddam ceterum est. *Sylv.* Mirum Ciceronis ingenium in lepore dictorum. *Judex* est Bulbus, *judex et Gutta*. Rursus, bulbus est cibus; gutta, liquor quo conditur bulbus. Ex ambiguo igitur sumpsit occasionem jocandi; conditur enim bulbus adspersa gntta. *Manut.*

§ 72 *Amarus is*] Bulbus *judex* facilem se præbuit adjuncto *Gutta* *judice*: ut bulbus cibus adspersa liquoris gntta conditur, et amarum saporem amittit. *Idem.*

*Qui aliquid ex ejus sermone speculae*] Nihil muto: quamvis Barnabas Brissonius, juriseconsultus eruditissimus, mihi confirmarit, se repperisse in quodam libro Ms. *spe gulæ*: nam omnino hoc, *spe gulæ*, corruptum est. *Speculae* vero, rectum. Est enim ὄποκορπτικὸν ab integro, spes, specula prima longa, parva spes. Utitur eodem nomine lib. ii. ep. ad M. Cælium: ‘et eo magis, quod in communibus

miseriis hac tamen oblectabar specula.’ *Lamb.*

*Degustarat*] Non discedit a translatione: nam condire bulbum gutta, degustare aliquid speculæ, similitudinem habent. *Manut.*

*Sequester*] Cujus in manu pecunia deponeretur. *Idem.*

*Delegerat*] Arbitratu suo; qui etiam se ipse adoptasset, *Ælinique de Staleno* fecisset. *Idem.*

*Si se Ligurem fecisset*] Si Liguris cognomen ex imaginibus *Æliorum* sumpsisset: fuerant enim et *Ælii Pæti* et *Ælii Ligures*, ut in Fastis. *Idem.*

*Nationis magis suæ*] Quia natus, vel ortus ex Liguria. *Idem.*

*Planus*] Deceptor: *Græcum verbum*. Horat. Ep. i. 17. 59. ‘Fracto cruce planum.’ *Idem.* Vide *Gellium* XVI. 7.

*Quam palam omnes laturi essent*] Ex lege Cornelii; quæ potestatem reo dabat, ut sententiae vel clam vel palam ferrentur. Reus enim Oppianicus, qui Staleno pecuniam ad corrumpendium judicium dedisset, quin palam sententias ferri vellet, ut in eo Staleni fidem nosset, minime dubium erat. *Idem.*

CAP. XXVIII. § 76 *Non liquere dixerunt*] Ii fuere novem judices, quorum nomina infra ponuntur. Quintus autem Oppianicum absolverunt, reliqui 19. condemnarunt: omnes enim judices, adjuncto Staleno, 33. fuere. *Idem.*

*Superioribus suis judiciis*] De Scamandro et Fabricio. *Idem.*

*Ambitione*] Ambitio in judice est, cum non habet rationem justi in pronunciando, sed hominum gratiæ plus tribuit quam æquo, cum captandæ gratiæ alienjs causa aut damnat aut absolvit. Sic ‘ambitiosæ sententiae,’ Suet. Domit. 8. ‘ambitiosas centrum virorum sententias rescidit.’ Alibi plura notavimus hujus notionis exempla. Gruterus testatur in S. Victorii

codice legi *sive ambilione abductus*, quod non rejicerem, si plures codices subscriberent: sed mei omnes vulgatam tuerentur. *Græv.*

§ 77 *Pudentissimum*] Miror adhuc esse qui Manutianos sequuntur, edantque *prudentissimum*; omnino insipide. *Græv.*

CAP. XXX. § 82 *Tabulas*] Tabulas nimirum accepti et expensi, ut omnes patres-familias. *Græv.*

*Vestigium*] A feras faeta translatio est, quarum vestigia canes cum invenierunt, ipsas feras ubi jaceant tandem inveniunt. *Sylv.*

*Ad ipsum cubile*] Est adhuc in translatione; ferarum enim cubilia dicuntur, ubi jaceant. *Idem.*

CAP. XXXI. § 84 *Ad conciliacionem gratiae*] Id est, ad reconciliandum Cluentium Oppianico. *Idem.*

*Sapientissimum*] Hesiodi sententia, lib. inscripto *Opera et Dies*.

§ 86 *Reus et accusator*] Reus Oppianus; accusator, Cluentius: ut nec Oppianicus effugere posset, quin ab aliquo, vel si cum Cluentio in gratiam rediret, accusaretur: (elabi autem quovis accusante non poterat:) nec ipse Cluentius ab accusando desistere, quin calumniæ subiret infamiam. *Manut.*

CAP. XXXII. § 87. *Alienissimum*] Neque propinquum, neque amicum. *Sylv.*

§ 88 *Suo nomine*] Aliis enim eriminiibus illi iudices et accusati et damnati sunt; non quod pecuniam in judicio Oppianici accepissent. *Ferrat.*

CAP. XXXIII. § 89 *Non modo causæ*] Tempus aliquod poscenti. *Manut.*

*Ne legi quidem*] Quæ judicem quæstionis abduci a suo minore vetabat. *Idem.*

§ 90 *Putabo fuisse*] Id condonat adversario, ut ad proxima gradum faciat. *Sylv.*

*At ipse ea lege quærebat*] Hic locus

dialogo similis est, ut etiam respondentis adversarii personam sustineat: quæ varietas, si rara est, jucunda est. *Idem.*

*Paucos dies*] Donec Junius quærere desiisset. *Manut.*

*Privatus*] Id est, postquam esset perfunditus tribunatu plebis. *Idem.*

§ 91 *Interlitus*] Transfert a Junio culpam in Verrem, quo codicem suum corruperit, ut damnaretur Junius: quod alii sententiam iudices de Oppianico tulissent, alii scripti essent in suo codice. *Idem.*

CAP. XXXIV. § 92 *Qui hoc confitentur*] Responsio Ciceronis; in qua verbum ‘confitentur’ iniquam rem significat, quod, quibus criminibus a Junio petita multa esset, quod in legem scilicet non jurasset, quod ex lege subsortitus non esset, eorum criminum legibus damnatus quidem esset, verum non propter ipsa crimina, sed quia contra legem aliam commisisset: quod qui confitentur, idem iniuste damnatum esse Junium, simul confitentur. Hoc quasi καὶ παρέθεσιν pronunciat. Si qui, inquit, ideo damnatum fatentur Junium iis legibus, non quod adversus eas, verum quia contra aliam legem, id est, contra legem de corruptis iudiciis, commiserit; idem quod nos dicimus, possunt defendere, idem illud iudicium, quo damnatus est Junius, iudicium non fuisse. Ita nostram causam agent. Possunt, inquit, id est, licet eis defendere, id quod a nobis defenditur, iudicium illud non fuisse. *Manut.*

Sed legebatur Manutius possunt, illud idem iudicium non fuisse, defendere. Grævins tamen aliter censet. Negandi, inquit, particulam primus intrusit Victorius, an ex codice aliquo ignoro, et valde dubito, quia in nullo libro, quos Lambinus, Grævers, et ego inspeximus, invenitur. Victorium secuti sunt cæteri editores omnes recentiores. Sed veterum codicum scriptura, etsi prima fronte

aliter possit non attente rem consideranti videri, omnino retinenda est, qui hoc confitentur, possunt *idem* illud *judicium fuisse defendere*. Oliv.

§ 93 *Quasi pro theatro*] Cujus in gradibus quamplurimi sedent. *Manut.*

§ 94 *Fausto Syllæ*] Syllæ dictatoris filio, Pompeii Magni genero. *Id.*

*De pecuniis residuis*] Quæ ad peculatum spectant: nam Orchinium de peculatu quæsisse, infra legitur. Pecuniae vero residuae, quibus accusari Faustum judices nolneroent, erant eæ, quas ex publica administratio- ne Syllani homines, ipso Sylla largiente, in usum privatum converte- rant. *Idem.*

CAP. XXXV. § 95 *Nec P. Popillius, nec Q. Metellus*] Popillium C. Gracchus, Metellum I. Saturninus, tribuni plebis, expulerunt. *Idem.*

CAP. XXXVI. § 98 *Præmia legis*] Ut in integrum restituerentur; ut, quo criminè damnati fuerant, absolu- verentur, convictis eodem criminè, id est, ambitus, accusatoribus suis. *Idem.*

§ 99 *Majestatis*] Accusatus quidem est corrupti judicii nomine, sed ideo damnatus, quia majestatem læsisset. *Idem.*

*M. Æmilio, clarissimo viro*] Legendo *Mam.* non *M.* existimo: ut sit *Mam. Æmilius Lepidus*, qui cum *D. Brutus* consul fuit. *Idem.*

§ 101 *Ad Juturnæ*] Templum: usi- tatum loquendi genns. *Idem.*

CAP. XXXVII. § 103 *Decuria*] Decuria est album judicum, in quod ejusdem generis et census judices erant relati, ut dñdum Casaubonus ad Snetonium docuit. Et, sicut postea cum ex pluribus ordinibns judices legerentur, alia erat decuria senatoria, alia equestris, alia tribunorum ærarii, sic tum temporis plures erant decuriæ senatoriæ. Itaque hic Falculæ suam tribuit decuriam. His decuriis judicum sua quoque fuerunt

assignata munera, ut non ad omnia judicia legerentur ex omnibus decuriis judices, sed una aut altera decuria hoc vel illo tempore esset immuniis. Munus enim erat, hoc est onus, judicem sedere. Sneton. August. 32. ‘plerisque judicandi munus detrectantibus, vix concessit ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset.’ Quamvis vero rationem munerum et immunitatum, quæ in decuriis senatoriis Ciceronis tempore obtinuit, ignoremus, ut alia multa, clare tamen patet ex hoc loco, Falculam sedisse, cum suæ decuriæ sedendi munus non esset: itaque cum alienæ decuriæ munere sederet, cupiditatem aut corruptionem præ se ferre videbatnr. Hinc tanquam cupido judicii, et non ex lege sedenti, multa fuit imposita. *Græv.*

*Neque ex lege*] Quæ sententias ferri, nisi causa prius cognita, veta- bat. *Manut.*

*Paulo sedatiore tempore*] Cum tri- bunnus plebis non esset *L. Quinctius*: nam paucis post Junii condemnatio- nem diebus e tribunnatu exivit. *Idem.*

*Ut illam multam non commiserit*] Multam committere, est committere quod multa dignum sit. *Idem.*

*Quam Stalenus, qui causam nusquam eadem lege dixit*] Sic restitui, scrip- turas veteris vestigia secutus. Sententia autem hæc est: Non numero (inquit) absolutionem Fidiculani: nam, quamvis absolutus sit, nihilominus tamen, quam Stalenus pecuniam ob rem judicandam accipere potuit: qui tamen Stalenus nusquam accusatus est, quod pecuniam ob rem ju- dicandam accepisset.’ Lamb.

*Qui non perpetuo sedisset*] Quod ob- jiciebatur Falculæ. Supra, ‘cum præsertim, id quod fuit illo judicio iuviosissimum, paucos dies ex sub- sortitione sedisset.’ *Manut.*

*Quæ præjudicia*] Unum in Scaman- dro, alterum in Fabricio. *Idem.*

CAP. XXXVIII. § 105 *Rumusculos*

*aucupati*] Ambitione adducti; ne corrupti, ut Bulbus, Stalenus, Gutta, qui jam Oppianicum damnaverant, vide-  
rentur. *Idem.*

*Illum*] Oppianicum. *Idem.*

§ 106 *Principem*] Oppianicem. *Ad-  
jutores*] Scamander et Fabricius.

CAP. XL. § 113 *At condemnarat*] Dialogo aut altercationi similis hic locus est, ubi personam accusatoris et patroni vicissim agit Cicero. *Syl-  
vius.*

§ 115 *Litem eo nomine esse aestima-  
tam*] Litem aestimare, ut ait Asco-  
nius in Commentariis in Act. II. in  
Verrem, est pecuniam, de qua lis  
fuit, et propter quam condemnatus  
est reus, in summam redigere, quæ  
de bonis ejus redigatur. Lis igitur  
aestimari solebat ei, qui repetundarum  
postulatus esset. Quod igitur  
P. Septimius Scævola ob rem judi-  
candam accepisset pecuniam, lis ei  
aestimata est. *Idem.*

*Nunquam enim*] Sententia est: Si  
quid aliud in damnatum reum dicat-  
tur, judices ita diligentes non sunt,  
quam cum reus nondum damnatus  
est. *Idem.*

§ 116 *Hac lege ipsa*] De repetun-  
dis: nam litis aestimatio ad crimen  
repetundarum pertinet. Scævola en-  
im non hac lege, sed aliis criminibus  
et reus factus est, et condemnatus.  
Lis antem ei aestimata gratiae causa;  
ut, quod capitale erat, pecunia aesti-  
maretur. *Manut.*

CAP. XLII. § 118 *In hac*] Legebant  
Pantagathus in hoc. Ursin. ‘In hac,’  
est, in hac causa. *Græv.*

CAP. XLVII. § 130 *Ex notatione  
tabularum*] Discoloribus enim ceris  
notatae sunt, Hortensii oratoris, ut  
creditum est, culpa. Qnod ei Cice-  
ro objicit in Divinatione c. 7. *Manut.*

*Cum equestri ordine*] Simul cum  
equestri ordine, illa iudicia repre-  
hendente; ut legem de communica-  
dis iudiciis necessariam fuisse ostend-  
eret. *Idem.*

CAP. XLIX. § 137 *In quos*] Cor-  
ruptum locum ita sanari posse arbi-  
tror, *ii*, queis tum consulibus designatis.  
*Manut.*

*Referendum ad populum*] ‘Ferri ad  
populum’ dicitur, non ‘referri;’ ita-  
que malum hic ferendum. *Idem.* Dresd.  
interque Franciæ, edd. antiquæ omnes,  
perferendum. *Græv.*

CAP. LI. § 140 *L. Crassi*] Vide  
lib. II. de Orat. cap. 55.

CAP. LIII. § 143 *Lege*] Qua soli  
senatores tenebantur. Avitus autem  
senator non erat. *Manut.*

*Certe ut hominem confirmare oportet*] Quid sibi velint haec verba, ignoro: abesse possent sine detrimen-  
to ullo sententia. Sed invitis libris omnibus, quis ausit illa delere? *Græ-  
vius.*

§ 144 *Qui coisset*] Qui conspiras-  
set cum aliis in alienius caput, ut  
condemnaretur. ‘Coire’ semper fe-  
re accipitur in malam partem: hinc  
‘coitiones’ sunt seditiosa conventi-  
cula. *Idem.*

CAP. LV. § 150 *Primum (ut id ini-  
quissimum esse confitear) hujusmodi est,  
ut commutatis eis opus sit legibus; non  
ut iis, quæ sunt, non pareamus*] Mendo-  
sns videtur quibusdam esse hic lo-  
cus. Atqui sanus est, neque ad in-  
telligentum difficilis, si modo cogites,  
in his (ut id iniquissimum esse confi-  
tear) concessionem esse orationem.  
Attius dixerat, iniquum fore, si non  
iisdem omnes legibus tenerentur: Ci-  
cero respondet concedendo primum,  
deinde negando. ‘Iniquum’ id es-  
se ait. Esto iniquum, ac si ita vis,  
‘iniquissimum.’ Id si idem tibi, et  
‘confitear,’ cuiusmodi est? quid tum?  
quid efficies? Id unum: ‘Opus es-  
se commutatis eis legibus:’ eas mu-  
tari leges oportere. ‘Non autem id  
ejusmodi est, ut non pareamus iis  
legibus, quæ sunt constituta.’ Deinde  
id nego iniquum esse. ‘Quis enim  
unquam hoc senator accusavit,’ &c.  
*Odinus.*

§ 151 *Questus in veteres judices*] ‘Queror in aliquem’ non dicunt Latini, sed ‘queror de aliquo.’ Hoc igitur totum deleri jussi. *Lamb.* Leggo, dissentientibus antiquis libris, *qua est usus in veteres judices*: atque hac ego conjectura, nec a vetere scriptura longius discedente, et sententiā illustrante, magnopere delector. Quid enim est, *questus in veteres judices*? quanto autem aptius, acerbitatē proscriptionis suae, *qua est usus in veteres judices*? Veteres enim judices, id est, equites Romanos, qui lege C. Gracchi per annos 11 iudicia tenuerant, non modo iudicandi potestate victor Sylla privavit, verum etiam proscrispsit. *Manutius.* Valde blanditur mihi conjectura *Manutii.*

*Græv.*

CAP. LVI. § 154 *Quam secuti petitionem reliquissent*] Erit facilior explicatus, si distinguas in hunc modum, *quam secuti, petitionem, &c.* *Oliv.*

CAP. LVIII. § 159 *Tabellam*] De qua Asconius in *Divinat.* cap. 7.

CAP. LIX. § 163 *Hominem multorum hospitum*] Facete dictum ambiguō sensu: nam hospitem multorum esse, laus est in nobilibus viris; in caupone quæstus est, itaque lande caret. *Manut.*

*Si invitaverit*] More cauponum præterentes invitantium, ut ad se divertant. *Græv.*

CAP. LXII. § 175 *Statio Albia*] Libertus erat Oppianici senis, ut ex prænomine et nomine illius patet. *Ferrar.*

CAP. LXIV. § 179 *H-S\**] Post vociem sestertiaū jussi notari stellulam, per quam admoneatur lector, hic desse numerum. *Lamb.*

§ 180 *A coactoribus*] Iis qui cogunt et exigunt pecunias de bonis, quæ in auctione venierunt. *Manut.*

CAP. LXV. § 182 *Morbo*] Animi, ut antea. *Idem.*

*Abfuisse*] Lege *adfuisse*. Si dicam, nullum adhibitum esse virum; vos contra virum ejus, quem illa secum habere libidinis causa consuisset, affuisse dicetis. Jocus est ex amphibolia. *Idem.*

CAP. LXVI. § 186 *Esto: in tabellis, nihil est auctoratis*] *Joan. Passeratius,* homo pereruditus, legendum putat, *in tabellis non nihil est, &c.* cui assentior. *Lamb.*

CAP. LXIX. § 197 *Theano Appulo*] Ego puto utrumque *Teanum, Apulum,* et *Sidicinum*, scribi: *Apuliam et Apulum*, modo simplici *p.* ut apud Horatium semel reperi, ‘altricis extra limen Apuliae;’ modo duplice *pp.* ut plurimumque. *Ursin.*

CAP. LXX. § 199 *Uxor generi, novrica filii, filiae pellex*] Magna vis eloquentiae; cuius ipse testimonium existare voluit in eo libro, quem Ora tor inscripsit. Vide cap. 30. *Manut.*

## DE LEGE AGRARIA, ORATIO I.

ARGUM.—Kalendis Januariis consules magistratum inibant, magna que civium multitudine celebrante, in Capitolium ascendebant, ubi rem di-

vinam faciebant; mox etiam senatum advocabant, et habebant. Eo die Servilius Rullus tribunus plebis, qui cum collegis proximo Decembri

magistratum inierat, de lege Agraria, quam jam promulgarat, verba in senatu fecit: solebant enim ante patres consulere, qui ad populum aliquam legem ferre parabant, ut auctores essent. Eam legem Cicero, quod aerarium exauriret, vectigalia proscripteret, possessiones omnes publicas venderet, omnia belli subsidia et ornamenta pacis imperio Romano adimeret; quod decemviro in quinquennium cum summo imperio omnium fortunis et capitibus imponeret, summa cum assensione et approbatione honorum omnium dissناسit, et a tribunitiae largitionis metu senatum et bonos omnes hac oratione liberavit; quam Kalendis Januariis in Capitolio habuit, ut in Pisonem scribit.  
*Turneb.*

Hujus legis undecim capita ex tribus, quae sequuntur, Orationibus colligi possunt: i. Ut tribunus plebis, qui legem hanc tulerit, creet per septendecim tribus eodem modo, ut comitiis Pont. Max. decemviro ex iis qui praesentes profiteantur. ii. Ut legem curiatam de illis ferat, qui prætor primus factus sit, vel eo impedito, qui postremus, cui non possint tribuni plebis intercedere; si lex enriata ferri non possit, decemviri tamen eodem jure sint, quo qui optimam lege. iii. Ut decemviri habeant auspicii deducendarum coloniarum causa pullarios, ut tresviri lege Sempronia, apparitores, et alia hujusmodi; prætoriam denique potestatem ad quinquennium sine provocatione. iv. Ut liceat illis vendere omnia, de quibus S. C. facta sunt M. Tullio et Cn. Cornelio consilibus; agros item, loca, ædificia, aliudve quid extra Italiam, quod publicum populi Romani factum sit, L. Sylla et Q. Pompeio consulibus, aut postea. v. Ut liceat etiam vendere vectigalia in lege nominata; habita actione in quibus locis ipsis videbitur. vi. Ut ad ipsos decemviro cognitio pertineat, qui privati agri, qui publici sint; utque iis,

quos publicos esse judicaverint, vectigal possint imponere, duobus exceptis. vii. Ut quod ad quemque pervenit, pervenerit ex præda, ex manubibis, ex coronario, quod neque relationem est in publicum, neque consumptum in monumento, id quilibet, uno cepto Pompeio, profiteatur apud decemviros, et ad eos referat: qui, si qua pecunia post Tullium et Antonium consules ex novis vectigalibus recipiatnr, ea quoque uti possint. viii. Ut hac pecunia agros emant in Italia, qui coli et aravi possint, a volentibus tamen vendere, non ab invitatis: neve ea pecunia in aerarium referatur, ant exigatur. ix. Ut in eos agros, qui haec lege empti fuerint, colonias deducant, et in quæ loca prætereat videbitur. x. Ut Capuam in coloniam deducant quinque millia colonorum, iisque et Capnanum agrum, et Stellatem dividant. xi. Ut quæ post Marium et Carbonem consules publice data, assignata, vendita, concessa, et possessa sunt, ea omnia eo jure sint, ut quæ optimo jure privata sunt. *Ferratius.*

CAP. I. § 1 *Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur]* Significat Alexandriam et Ægyptum, quæ ab Alexandro rege, qui Cotta et Torquato coss. Tyri mortuus est, testamento populo Romano relieta dicebantur. Quod cum Romæ percrebusset, multi extiterunt, qui aperte dicerent, adeundam esse regiam hereditatem, Ægyptum Ptolomæo adimendam esse, qui eam tenebat, quod non esset nec genere nec animo regio. Qua de re apertius agitur in sequenti oratione. Usus est autem translatione e re militari ducta: nam ‘petebatur,’ a gladiatorum aut præliatorum petitionibus sumptum est: cui translationi respondet illa altera a hellicis elandestinis oppugnationibus lausta, ‘cuniculis oppugnatur,’ quod quid sit, expressit in secunda, cum dixit, ‘nunc tetris tenebris et caligine,

Alexandriam se per venturos arbitrati sunt.' Sunt enim cuniculi fossæ subterraneæ hominum ingenio ad cuniculorum animantium imitationem fabrefactæ, ut clam moenia urbium hostilium suffodiant, atque imprudentibus hostibus in eorum oppidum erumpant, quales quondam Camillus in capiendis Veiiis machinatus est. Contrariis autem his hæc est ornata oratio, 'aperte peti,' et 'clam cuniculis oppugnari.' *Lauredanus.*

*Decemviri]* Qui lege Rulli creantur. Ad agrorum assignationem et coloniarum deductionem persæpe triuiviri creabantur, non unquam quinqueviri. Rullus sua lege decemviros creari jubebat: Cæsar in consulatu agros per xx viros assignavit. *Turneb.*

*Eosdem consules]* Syllam et Pompeium intelligit, ut ex orat. II. apparet: nam in lege Rullus quæ publicabat et vendebat, ex horum consulatu definiebat. *Idem.*

*§ 2 Proximo capite]* Legis suæ. Multa enim capita, multasque sententias complectebatur Rulli lex: capita enim vocantur legum partes a jurisconsultis. *Idem.*

*Excogitabit]* Quod si faceret, excusandus esset: verum nihil excogitat. 'Veneat,' inquit, 'silva Scantia.' *Manutius.*

*§ 3 Scantia]* Silvam Scantiam censores publicanis pecuariis localant. Cic. in Bruto cap. 22. Suspicio illic fuisse Scantias aquas, ubi, ut inquit Plinius II. 107. 'e petra flamma exibat, quæ pluvii accenderetur.' *Turneb.*

*Relictis possessionibus]* Locis sterilibus, quæ quod locari non possint idcirco in tabulis censoriis scripta non erant, sed negligebantur. Virgil. Georg. IV. 'eni pauca relieti Jugera ruris erant.' *Idem.*

*Pascuis]* 'Pecunia ipsa a pecore appellabatur. Etiam nunc in tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus redditus habet, quia

diu hoc solum vectigal fuerat.' Ita Plinius XVIII. 3. *Idem.*

*Cap. II. § 4 Persequitur in tabulis censoriis totam Siciliam]* Hæc etiam videntur esse ab oratore subjecta voci præconis, cum post Italicas possessiones Siculas quoque recitasset, quas ita persecutus erat in lege Rulli, ut in tabulis censoriis inveniebantur. *Laured.* Puteamus mallet, *persequitur, ut in tabulis:* ita, ut sit in tabulis. Non male. *Gruter.*

*Audistis auctionem populi Romani proscriptum]* Satis hæc verba docent, possessiones proscriptas ex lege per præconem recitatas fuisse, cum inquit, 'audistis.' Invidiose autem vocat 'auctionem,' non possessionum, sed populi Romani, et addit 'proscriptam a trib. plebis,' quasi qui defensor commodorum populi Romani est constitutus: est enim hoc etiam vehementius, quam si 'a Rullo' dixisset. *Laured.*

*§ 5 Attalensium]* Attalia, n̄bs Lydiæ: Lydiæ est in Stephano. Ab Ἀτταλεῖ more Latinis usitato fit Attalensis. Olympus urbs Pamphyliæ: inde Ὄλυμπηνδος, inquit Stephanus, gentile formatur, Latine Olympenus. Servilius proconsul in Ciliaciam missus, piratas vicit: eorum urbes Phaselum, Olympum, Attaliæ, Isaurumque Ciliciæ arcem expugnavit; nomenque Isaurici sibi adoptavit. *Turneb.*

*Deinde agros in Macedonia regios]* Qui regis Philippi et ejus filii Persis fuerunt; quorum illum T. Quintius Flamininus, hunc L. Æmilius Paulus devicit. Auctor Livius, et Florus, et Plutarchus. *Laured.*

*L. Mummi imperio]* Qui bellum Achæicum confecit, Corinthum druit, quod ibi legati populi Romani violati fuerant. *Turneb.*

*Apud Carthaginem Noram]* Carthago Nova in Bætica Hispania ad litus fuit ab Asdrubale Poeno condita. Nova autem dicta est, ut a vetere, quæ in Africa erat, distingueretur,

auctore Stephano. *Laured.*

*Consecravit*] Consecrare nihil aliud erat, quam a privato cultu sacro aliquo carmine vindicare; ut Romæ Sp. Mælii et M. Ciceronis area consecrata est. Consecrassæ autem Carthaginem Africanum docet etiam Appianus in Libyca extrema. Hac de consuetudine loquitur Cicero de Leg. lib. II. *Idem.*

CAP. III. § 7 *Atriis auctionariis*] Atria quædam erant in foro, in quibus concessus præconum erat, auctionesque fiebant. Sententia est: Etiam nepotes, adesa re familiari et perdita, ut creditoribus solvant, non in trivii, neque passim, sed certis et constitutis in locis, ut in atriis auctionariis, solent auctionari. *Turneb.*

§ 8 *Liberis populis*] Hic liberos populos dicit, qui neque in provinciæ formam redacti sunt, ut veetigal pendant, neque regi parent: nam provinciis et regnis opponit. *Idem.*

*Privati*] Legatos significat eos qui legationes liberas obibant, quas Romani senatores a senatu sæpe impletabant, vel vitandi periculi, vel voti solvendi, vel negotii privati procurandi, vel hereditatis obeundæ, vel pecuniae exigendæ causa. *Laured.* Vide de Leg. III. 8.

*Graves eorum adventus*] Proinde in consulatibus legationes tollere tentavit Cicero, quanquam ad senatus commodum pertinere videbantur; fecissetque, nisi levissimus tribunus plebis impeditisset: postea lex Julia quinquennio definit. *Turneb.*

CAP. IV. § 10 *Severitas*] Severitas propter acerbitatem reprehendenda, si invitox spoliabunt; benignitas propter quæstum vituperanda, si pecunias, ne vendant, accipient. *Dilemma. Laured.*

*Suspiciose*] Nam suspicio est trib. a Siculis et ab Hiempsole pecunia corruptos, exceptionem legi adjecisse. *Idem.*

§ 11 *Hic quoq; si Hiempsoni satis*

*est caustum fædere*] Utramque harum exceptionum reprehendit dilemmate. Hoc modo: Recentoricus ager aut privatus est aut publicus: si privatus, non fuit excipiendus; nam veetigal agris publicis tantum imponitur: si publicus, non gratis parcit ei agro, sed pecunia corruptus. Item: Hiempsonis agris aut satis est caustum fædere, aut non: si satis, non attinuit enim excipi: si non satis; ergo pecunia inductus ei agro cavit, ne vendatur. *Idem.*

§ 12 *Manubiis*] A. Gellius XIII. 24. ‘Sed quæro,’ inquit, ‘an M. Tullius, verborum homo diligentissimus, in oratione, quam dixit, de lege Agraria, Kalendis Januariis contra Rulium, inani et illepida geminatione junxerit manubias et prædam, si duo hæc verba idem significant, neque ulla re dissident.’ Hæc ille. Sed alibi in his ad Tullium notis, docui ex Asconio, per ‘manubias’ sæpe significari partem prædæ captæ, quæ imperatoribus, qui bellum aliquod feliciter et e republica gesserant, a republica dabatur, quam illi plerumque impendebant in opus aliquod publicum. Unde illa inscriptio, de qua Gellius, templo præfixa, ‘Ex Manubibis.’ *Græv.*

*Coronario*] Quod conferebatur a provincialibus in coronas ad ornatum triumphi: itaque nisi decreto triumpho, coronarium exigi non licebat. Cic. in Pisone c. 37. ‘mitto aurum coronarium, quod lex decerni et accipi vetat, nisi decreto triumpho.’ *Turneb.*

*In monumento*] In templis Deorum immortalium, porticibus, basilicis, ornamentisque publicis, quæ hoc loco monumentorum nomine veniunt. *Idem.*

*A Fausto*] Cicerone prætore, Faustus Sylla, Syllæ dictatoris filius, de residuis pecuniis, ut causam diceret apud Orchinium, magna contentione pugnatum est a tribuno. Sylla enim,

qui diu exercitibus præfuerat, et rem-publicam tenebat, ex ærario et vec-tigalibus magnam vim pecuniaæ sump-serat: causa tamen recepta non est. *Idem.* Vide pro Cluent. c. 34.

§ 13 *Peregrini Roma ejiciuntur]* Cotta et Torquato coss. Cains Pa-pins omnes peregrinos, qui Itali non essent, quod eorum nimia frequentia esset, moresque importarent a Ro-manis institutis alienos, urbe ejecit lege lata. Auctor Dio. Ejus legis meminit Cicero in Officiis, quam et improbat, ut hoc loco. *Idem.*

CAP. v. § 14 *Emptionibus]* Ea pecunia ementur agri, qui plebi Roma-næ assignentur. *Idem.*

*Vir optimus]* Qui nemini injuriam facere vult. Loens in ironia est. Ca-verat autem in lege Rullus, ne de-cemviri agros ab invitis tangerent: hoc enim erat usus verbo. *Idem.*

*Æquitatem]* In hoc etiam salse at-que εἰρωνειῶς Valgii improbitatem insectetur. ‘Æquitatem’ autem ‘ani-mi’ virtutem eam, quam Græci ἀδι-αφοίαν appellant, nominavit, cum animus nulla re vehementius afflic-tetur. *Laured.*

*Cateri]* Syllani, qui magna lábo-rant invidia, quod proscriptionibus sint loenpletati, et quod possessio-nes multas nullo jure occuparint. *Turneb.*

§ 15 *Aut invidice aut pestilentiae]* Invidiosorum aut pestilentium agro-rum possessoribus. Invidiosos possi-dent Syllani. *Idem.*

§ 16 *Urbem hanc urbe alia premere]* Exemplum erit Albæ, quam Romani coloni sibi finitimam deleveront. *Lau-red.*

CAP. vi. § 18 *Insolentiam]* Insolentia est hoc loco, cum quis rei ali-cui non assuevit, quæ ἀγέθεια Græce

dicitur. Eodem modo locutus est in orat. II. ‘non solum copia, verum etiam insolentia commovebantnr.’ Alias arrogantia est, insolentia. *Tur-neb.*

§ 19 *Majores]* Quod scribit a ma-joribus factum esse, id bello Punico II, post receptam Capuam factum est. De qua re vide Livium lib. xxvi. *Laured.*

CAP. viii. § 20 *At quemadmodum armatur]* Quibus oppidis instruitur et munitur in nos Capua: nam in omnia etiam Campaniaæ oppida de-ducebat colonias Rullns. *Turneb.*

*Campanum et Stellatum]* Campanum appellat Capuae agrum, non totius re-gionis Campaniæ. Campanus autem Stellatis, auctore Livio, erat in Cam-pania, et Capuano agro finitimus. *Laured.*

*Sub signo claustrisque]* Signo annuli multa Romani a rapina familiæ vindicabant. Ita sportæ, lagenæ, cistæ, loculi signabantur. Claustra hic sunt, quæ Græci κλεῖθρα vocant, id est, seræ: interdum fores ipsæ. *Turneb.*

*Restitisset]* Resistere potuit; a re-sisto. *Idem.*

*Concioni reservo]* Nam cum populus utilitate potius ducatur, quam honestate; quippe qui ex imperita fere, et ineruditâ multitudo constet, prop-terea hæc utilitatis amplificatio con-cioni erit aptior, ut, quæ est digni-tatis, orationi in senatu accommo-dator. Ex quo admonemur, quam di-ligenter eorum, apud quos dicimus, habeunda ratio sit: quod præceptum omnium rhetorum ore celebratissi-mum est. *Laured.*

§ 22 *Ac dignitate retinendum]* Er-furd. retinenda: cui accedit utenn-que Pal. in quo, retinendum. Grut.

## ORATIO II.

CAP. i. § 1 *Est hoc in more posi-tum, Quiriles, institutoque majorum, ut* ii, qui beneficio vestro imagines familiæ sue consecuti sunt] Nobiles intelligit,

qui eosdem, atque maiores sui, quorum imagines haberent, honores populi beneficio adepti sunt: nobilitas enim non ex conditione, sed ex imaginibus majorum apud Romanos comparabatur. Erat autem imago (auctore Polybio lib. vi.) simulachrum oris similitudinem affabre, miroque artificio confectam, coloribus pigmentisque adumbratam referens, quam insigniori ac celebriori domus in parte collocabant. Imaginis autem suae ponendae jus consequebantur ex curulibus magistratibus, quorum primus erat curulis aedilitas, ut ostendit Cicero lib. iii. in Verrem cap. 14. cum ait, se ob aedilitatem delatam adeptum esse 'antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, jus imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam.' Quare consequi imagines familiæ, est magistratus curules a majoribus suis gestos item capere, quod nobilitatis erat. Hos ergo nobiles consuevisse ait primam concessionem habere, qua gratias populo agerent, ita tamen, ut suos maiores laudarent. *Laured.*

§ 2 *Ipse modice dicam, si necesse erit: vos eosdem existimaturos putem, qui judicavistis]* Pessime locus iste se habet. Si copules si necesse erit, cum verbis præcedentibus ipse modice dicam, vix sententiam commodam elicias. Nam dicit utique de se, et ut dicat fuisse necesse illo tempore, ostendit. Rectius igitur hic locus legitur et interpungitur in primo Francii, *Ipse modice dicam.* Ut, si necesse erit, vos eosdem existimaturos putem, qui judicavistis: ut sit, Si res ita exegerit, pntem, vos ipsos, Quirites, qui me ornastis, dicturos me dignum fuisse vestro hoc honore et judicio. Hæc etiam distinctio reperitur in ed. anni 1498, sed sine particula *ut. Grav.*

§ 3 *Me perlongo intervallo]* Agreditur augere beneficium populi, con-

sulatum. Loci amplificationis sunt hi; quod homo novus consul sit factus; quod anno suo; quod ut primum petierit; quod sine repulsa; quod voce viva. Plutarchas in Catone majore novos dictos fuisse scribit, qui ex genere noti non essent, sed qui ipsi primi sua virtute cognoscerentur. Recte: nam ut nobiles eos diximus, qui majorum imagines habebant, aut quorum maiores magistratus curules gesserant, sic, qui ipsi primi magistratum curulem cœperant, novi nuncupabantur: qualis fuit Cicero, ante Ciceronem Ti. Coruncanus, M. Cato, C. Cælius, T. Didius, proxime autem C. Marius. Angetur autem beneficium, non solum quod homo novus, sed quod primus perlongo intervallo prope memoriæ temporumque suorum consul factus sit. Significat autem post C. Marium municipem suum, nemini homini novo consulatum, nisi sibi esse mandatum. C. autem Marius consul primum factus est ante annos 40. ut oratore potius, quam ad rei veritatem apte dixerit, 'perlongo intervallo prope memoriæ temporumque nostrorum.' Locos etiam amplificandi beneficii tradit Aristoteles, primus, solus, cum paucis. Immoratur autem in eadem sententia. *Laured.*

*Novus ante me nemo]* Nam Marius, etsi magna plebis voluntate, non tamen tanto studio consulatum est adeptus, nec suo anno, sed occasione belli Jugurthini multis post prætrahit annis. *Turneb.*

CAP. II. *Non ad alienæ]* Observato anno, quo viri parum clari peterent. *M. Ant. Ferrut.*

§ 4 *Tabellam]* Nam Gabinia lege in magistratibus mandandis, populus tabella, non voce suffragium ferebat. Tabella autem dabatur a diribitoribus populo suffragium ferenti: in qua notis erant omnia, ut opinor, candidatorum nomina scripta, quorum ratio habebatur. Ad eorum au-

tem nomina quos facerent, puncta notabant; quos non facerent, non notabant. Idque est quod Horatii interpres in eum locum scribunt, ‘*Omne tulit punctum, qui miserit utile dulci.*’ *Turneb.*

**CAP. III.** § 8 *De foro fides]* Ut superiore oratione, ‘*fides*’ hic solutio est creditae pecuniae. Novarum enim tabularum spes improbis et obæratis erat. Proinde creditae pecuniae non solvebantur. *Idem.*

*Novæ calamitatis]* Ut multi interdum calamitate belli aut cœli, aut aliquo postremo casu, coguntur cedere foro, omnibus repente eversi fortunis. *Idem.*

*Suspitione et perturbatione]* Debtores, qui novas tabulas fore suspicabantur, æs alienum non dissolvebant, eas expectantes. Novarum autem tabularum inductio, judiciorum est perturbatio, cum creditori in debitorum jus non dicatur. *Idem.*

*Extraordinaria]* Ordinaria enim et usitata imperia sunt consulum et prætorum: decemvirorum autem extraordinaria, nec legitima, nec solita. *Idem.*

**CAP. VII.** § 18 *Ut comitiis pontificis max.]* Creabantur pontifices maximi a populo, non universo, sed tantum a tribubus 17. ex vetere instituto: reliqui sacerdotes a collegiis. Postea ipsi quoque lege Domitia a populo creari cœpti sunt. *Manut.*

*Creari fas non erat]* Pollui enim visa essent sacra, si sacerdotium a promiscua plebe mandatum fuisset potius, quam cooptatione traditum. Tamen propter amplitudinem sacerdotii ejus, cui res omnes humanæ divinæque subjectæ sunt, placuit pontificem maximum comitiis creari. Errant qui pontificatum magistratum appellant, cum sacerdotium sit. *Turneb.*

*Populo supplicari]* A populo peti. Temporis causa usus est verbo po-

puli majestatem indicante, quo magis Rullum in odium adduceret, qui, comitia e solis 17. tribubus constituenta, populum tribunus plebis contemnere videtur. *Manut.*

*De cœteris sacerdotiis]* De pontificibus minoribus, auguribus, quindecimviris Sibyllinis, triumviris epulonum. *Turneb.*

*Cn. Domitius tribunus pleb.]* Ahenobarbus, Q. Catuli minoris avunculus; qui tribunus plebis fuit, auctore Pediano, C. Mario 11, C. Fimbria coss. Is cum augur esse non potuisse, iratus, tanquam accepta injuria, cooptandorum sacerdotum potestatem, lege lata, a collegiis ad populum transtulit; ut ita crearentur a populo, id est, a 17. tribubus, quemadmodum pontifex max. creari solitus erat. *Idem.*

§ 19 *Populi ad partes daret]* Partes populi sunt tribus: ad partes igitur populi, ad trib. 17. non ad universum populum. Suspectus locus e novitate sermonis: quod si populo legatur, minus offendat. *Idem.*

*Poterat potestate]* Procul dubio locus est mendosus. Mihi videtur potestate delendum esse, quod, ex interpretatione non optimi interpretis irrepsit, qui quadam ratione exposuit potestate tribunitiam intelligens. Sic ut Domitius quadam modo dedit populo, quod dari nullo modo poterat, sic Rullus quadam ratione, quod idem est illi, quadam modo adimere conatur, quod adimi nulla ratione poterat. *Græv.* Vide Mureti Var. Lect. v. 5.

**CAP. VIII.** § 20 *Non defuit consilium]* Id vero positum in eo fuit, ut et paucis hominibus et sibi gratificaretur. *Laured.*

§ 21 *Quod non putent posse suo jure denegare]* Vedit Lambinus excidisse hic τὸ se. Et quis non videt? Revocavi ex duobus codicibus Pithœi et Francii fugitivam particulam. *Græv.*

*Magnificentia]* Magnificentia fortitudinis pars est: ea est rerum magnarum et excelsarum, cum anima ampla quadam et splendida propositione, agitatio atque administratio. *Turneb.*

**CAP. IX. § 22 Nullo custode]** Custos enim si non adsit, fraudem faciet, et quas volet tribus educet, aliis circumventis. Custodes sortientibns tribus apponebantur; apponebantur et suffragiis. Cicero in Pisone, ‘Tu misericors me affinem tuum, quem comitiis prærogativæ primum custodem præfecerat.’ Post Red. in Sen. c.7. *Id.*

*Adscriptores legis]* Ex ejus collegis quidam legi favebant, et ab eo de lege Agraria consulti quædam capita adscripterant: nam inde fluxit adscriptoris significatio: cum quis adjicit; quod qui facit etiam probat. At subscriptor est, qui subscribit se probare. *Idem.*

*Primus locus invidiae in præscriptione legis]* Quia in legis titulo nomen Rulli futurum erat, qui legem ferebat, cum essent tantum adscriptores alii, ac Servilia de nomine ejus esset vocata. Est igitur ‘præscriptio,’ titulus legis, in quo nomen latoris ponitur; quia præscribitur legi. *Idem.*

*Communi cautione]* Cautio est, cum vel verbis, vel scriptis, vel pignoribus datis paciscimur, interque nos cavemus. Pro syngrapha ponitur a jurisconsultis, ut, ‘Lecta est in auditorio Papiniani præfecti prætoris hujusmodi cantio.’ Igitur communia quadam obligatione et pactione communia erunt inter eos commoda. *Idem.*

*Sibi parte]* Vetus liber, *ei parte*; idque haud paulo melius. *Idem.*

**§ 23 Sive fides haberetur, sive honos]** ‘Fidem habere,’ ‘honorem habere,’ quid sit nemo nescit. Sed hic quid sibi velit non novi: id enim voluit dicere, sive fides spectaretur, sive honos, sive fidei ratio habeatur, sive

honoris, quod est, propter fidem et honorem ejus. Quid igitur senserit Cicero videmus omnes; quomodo scripserit, donec melior liber veram scripturam detexerit, ignorabimus. *Græv.*

**§ 24 Profiteri]** ‘Profiteri’ est declarare se petitorem esse, nomenque suum inter candidatos dare. Quod autem hic reprehendit, usitatum fere erat, ut Plutarchus in Cæsare dicit; quem ex Hispania reversum, omittere triumphum scribit coactum esse, quod præsentem profiteri juberent. Cæsarem quoque Tranquillus scribit petuisse, ut legibus solveretur, nec obtinuisse tamen. Postea etiam lege Pompeia, et iure magistratum, absentes a petitione honorum summoti sunt. Hic ex veteri libro legendum esse ceuseo, *præsentem enim profiteri.* Vulgo legitur, *præsentem eum.* *Turneb.*

*Quod nulla alia in lege unquam fuit]* Non habet eam vim, ut significet, lege concessum fuisse, ut absentibus mandari magistratus posset, quod lege prohibitum fuisse jam diximus; sed ne vetitum quidem fuisse, ne quis per amicos absens profiteretur; quamquam ejus ratio non haberetur, nisi comitiis interfuisset: professio enim statim post edicta comitia fiebat. Itaque antequam ea haberentur, accurrere qui absens professus fuerat ad diem comitorum poterat. Quod ne fieri quidem hac lege Servilia licuisse arguit Cicero. Cur autem excludant professione Pompeium, post aperit. *Laured.*

**Quorum certus ordo est]** In ædilitate, prætura, consulatu; qui magistratus quotannis certo ordine creantur. Decenliviratus autem et triunviratus extraordinarii sunt. *Turneb.*

*Timebat enim, Pompeius ne si adesset, ferri non posset]* Quidam sic legi volunt, timebat enim, ne, si Pompeius adesset, ferri non posset: quæ scriptura hoc tantum a recepta differt,

quod facilius et planius est. Timebat Rullus, inquit Cicero, ne si Pompeius adesset, lex Agraria ferri non posset, quia Pompeius non esset passurus eam ferri. *Lamb.*

**CAP. X. § 26 Curiata lege]** Lex curiata erat, quæ curiatis comitiis rogabatur: curiata comitia, quibus populus per curias suffragia inibat. Curiæ erant triginta urbis partes, jam inde a Romulo rege factæ, in quas totus populus ita divisus erat, ut unaqñaque curia propria sacra, ac proprios sacerdotes haberet. Atque hæc quidem curiata comitia prima Romæ instituta sunt, quibus reges, ante centuriata a Ser. Tullio rege instituta, creari soliti sunt, itemque tribuni pleb. quousque lege Publilia tributis creari coepit sunt. Lex autem curiata fuit, quæ de imperio magistratus rogaretur, nt ostendit Livius lib. v. eum ait, ‘Curiata comitia rem militarem continuuisse’: et Cicero paulo post, ‘Consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.’ Ergo cum ornabat decemviros lege curiata, potestatem dabat eis exercitum habendi, et belli gerendi, quæ duo uno imperii verbo Latini comprehendunt. Hoc autem iniquum ostendit, quia contra mores est, ut aliquis curiata lege ornetur, qui nullis ante comitiis magistratum adeptus sit. Neque enim decemviros aliquibus comitiis creatos ait, cum a minore parte populi sint creati; quæ vere comitia non possunt appellari. *Laud.*

**Eam legem ab eo prætore, qui sit primus factus, ferri jubet]** Prætor primus dictus est, qui primus legitima suffragia confecerit, et in quem major populi favor inelinarerit, et idcirco primo loco renunciatus sit. Hic enim gradus renunciationis est, non honoris. Quare Cicero dixit in Pompeiana, ‘Ego propter dilationem comitorum ter prætor primus centuriis cunctis renunciatus sum.’ Quæret

quispiam, cur non a tribuno plebis hanc legem ferri jussit? quia tribuni, nisi tributa comitia habere, quæ inauspicato habebantur, nec patricios advocate, qui curiatis suffragium ferebant, poterant. Auctor Gellius. Hujus autem rei reprehensionem ad alium locum reservat. *Id.*

**Quos plebs]** Erravit Rullus, meritoque reprehenditur, qui decemviros scripserit a plebe designatos; populum enim dicere debuit: nam tributis comitiis suffragia fert populus, non sola plebs. *Turneb.*

**A plebe]** Sed a populo: quod enim plebem, non populum dixerit, reprehendit. *Idem.*

**CAP. XI. Nam cum centuriata lex]** Primis reipublicæ temporibus duobus comitiis magistratus dabantur, centuriatis et curiatis; excepta censura, de qua non habebantur, nisi centuriata. Postquam tributa in usu esse cœperunt, alii ex patribus magistratibus dabantur comitiis centuriatis, alii tributis: utrisque deinde addebantur curiata, quæ ad speciem vetustatis auspiciorum causa retenta sunt, in quibus non populus suffragia dabat, sed populi, hoc est, 30. curiarum vicem triginta lictores supplebant, ut infra habet Cicero. Sensus itaque est:

*Nam centuriata... Censores quidem creabantur comitiis tantum centuriatis.*

*Cum curiata... Reliqui magistratus patribus centuriatis simul et curiatis.*

*Tum iterum... Eo tempore, cum illa duo comitia tantum in usu erant, bis populus iudicabat.*

**§ 27 Nunc quia...** Nunc, quia ex illis duobus comitorum generibus, centuriata solum habetis, et pro curiatis tributa inventa sunt; curiata quidem adhuc adhibentur, sed solum ad speciem vetustatis, et auspiciorum gratia, quod tributa maxime non fierent auspicato. *Ferratus.*

**Non sinitis]** Quæ vos confirmari

non sinitis curiatis comitiis. Nam curiatis comitiis Rullus non auspicium tantum tribuit, sed potestatem etiam decemvirum confirmat nullis comitiis designatorum, privato suffragiis populo. Quidam hic *initis* legunt; quod jam populus non iniaret comitiata curiata, sed ejus loco 30. lictores. Qui autem hic *sinitis*, ‘*jubetis*’ interpretantur, sani non sunt. *Turneb.* Quidam legunt *initis pro sinitis*, quod quidem verum est, sed nihil ad rem: nam hic agit de potestate decemviral, quam negat prius scitam tributis comitiis, atque ita confirmari potuisse minime concedit. Lego igitur auctore Pantagathio, *curiatis eam comitiis, quam vos non scivis- tis, confirmatis.* Ursin.

§ 28 *Jubet ferre de his legem curiatam*] Hæc est recepta lectio: sed tamen vetustius impressi et Pall. ambo *centuriatam omnino perscripse- runt. Gruter.*

*Prætori imperat]* Legem enim curiatam ferre tribunis non poterat, propter auspicium, quod nullum plebis est. Vide supra. *Turneb.*

*Absurde]* Absurde enim jubet Rullus, qui imperet primo prætori ferre legem curiatam; sin is ferre non possit, ei qui postremus factus sit: ineptum enim est a primo ad postremum transire, cum ad secundum debuerit. Id tamen fecerat, ut reor, Rullus, imperans omnino prætoribus lationem legis curiatæ, ut si alii non possent, saltem postremus ferret. Qui peccasse Rullum censem, quod prætori majori et patricio magistrati imperarit, et in eo a Cicerone reprehendi, aberrant a sententia. *Idem.*

*Ad religionem]* Quam contempsit sublata lege curiata: nam si ea non ferretur, voluit tamen eodem jure ac potestate decemviros esse, ac si lata esset. *Idem.*

*Lege curiata]* Nam legis curiatæ auspicis permittitur in provincia ex-

ereitum habere, et cum potestate esse, et pro potestate et imperio in provincia agere quæ velis. *Idem.*

§ 29 *Eodem jure sint, quo qui optima lege]* Formula est Romani juris: sic in Philipp. v. ‘sit prætor eo jure, quo qui optimo.’ Hoc autem quid sit, declarat Festus, cum ait, ‘Optima lege cum dicebatur in magistro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam plenissimum posset jus, esse significabatur. Postquam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat, desitum est dici, ut optima lege, utpote imminuto jure priorum magistrorum.’ Reprehendit autem hoc caput, tanquam id quod tertium tollat: nam si sine lege curiata plenissimum jus assequi decemviri possunt, quod quartocapite permittitur, quid attinet afferre tertium, in quo de curiata lege ferenda scribitur? *Laured.*

CAP. XII. § 30 *At videte, quam diligenter retineat jus tribunitiæ potestatis]* Reprehendit aliam Rulli cautionem: vetabat enim quemquam prætori legem curiatam ferentii intercedere. Quod et ipsum iniquum esse ostendit; primum quia minnit tribunitiam potestatem; deinde, quia impudenter, si intercessum fuerit, eandem potestatem instituit, quam, nisi intercessum esset. Ut ergo, inquit, hic retineat jus tribunitiæ potestatis, attendite. *Idem.*

*Tantummodo, si quis ea potestate, &c.]* Quidam deesse putat reprehendendum ante existimamus, aut quippiam tale, ut ita legatur, *tantummodo, si quis ea potestate temere est usus, reprehenden- dum existimamus.* Ego nihil deesse puto. Nam ‘existimamus’ hoc loco valet *judicamus, censemus, statui- mus, ὑπολαμβάνομεν, κρίνομεν.* Lamb.

*Lege curiata]* Legendum est fortasse, *Hic tribunis plebis legi curiatae, quam prætor ferat; vel, Hic tribunus plebis legi curiatae: vetabat enim Rul-*

lus, ut mox dicit Cicero, intercedere. Quod si quis legat, *Hic tribunus plebis lege curiata, sensus erit, Rullus* lege sua curiata tollit intercessionem, cum intercedere vetet, cum ea fereatur. Quæ sententia sane idonea est. *Turneb.* Placet Lambino prior lectio.

§ 31 *Usurpationem*] Retentionem quandam veteris consuetudinis, ne in desuetudinem abeat, quanquam olim curiae ipsæ suffragium vocabantur. *Idem.*

*XXX lictores*] Curiæ singulæ suum lictorem habebant. *Idem.*

*Jubet auspicii*] Scripsit Cicero, mea sententia, *Jubet ad auspicia coloniarum deducendarum decemviro*s habere pullarios. *Auspicii* sane non video ut possis tueri, nisi ‘causa’ respiciat et ‘auspicii’ et ‘coloniarum,’ quod non probabunt Tullianæ castitatis deliciis imbutæ aures. *Græv.*

CAP. XIII. § 32 *Architectis*] Ad metiendum, assignandum agrum, oppida condenda, in coloniarum deductione: partim enim hic fungentur vero architecti munere, partim ejus, qui γεωδαιτης, id est, agrimensor, dicitur. *Turneb.*

*Mulis*] Clitellariis, ad vehenda impedimenta et suppellecilem: ista autem adscribi solebant magistratus ex ærario, vasarii nomine. Cicero in Pisonem: ‘Nonne sestertium centies et octogies, quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis adscripteras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?’ *Idem.*

*Tabernaculis*] In quibus, ne subdissent, versarentur, dum in castris essent. *Laured.*

*Centuriis*] Puto legendum tentoriis. Tabernacula ex tabulis erant, tentoria ex pellibus: unde sub pellibus hiemasse aliquando legimus. *Centuriis* autem si quis retinet, euidem quid a Cicerone significetur, fateri malo ignorare me, quam aliorum ex-

emplo partem comitatus interpretari, ut in regis nostri comitatu centum nobiles. *Turneb.* Et hunc quoque locum feliciter emendavit Pantagathns, qui pro *centuriis* legebat *cantoriis*. F. Ursinus. Quid si per *centurias* intelligas centurias fabrum, qui diversi ab architectis, et saepe commemorantur in antiquis monumentis. Hinc et ‘præfecti fabrum’ frequenter leguntur in comitatu processus, quod pluribus ut declarem, cum res sit trita, non est e re nostra et Ciceronis. Id tamen videtur huic conjecturæ obstare, quod centuriæ interponantur suppellectili et tabernaculis, cum videantur apponi debuisse architectis. Sed hoc Catone contenti simus, dum tertius e cœlo cadat. *Græv.*

*Haurit ex ærario*] Magnam vim pecuniam ex ærario populi Romani sumit: reliquam ex sociorum fortunis suppeditat et subministrat decemviris. Dicitur autem ‘suppediat a sociis,’ qua forma dicitur Latine, ‘solvo a me,’ ‘solvo ab illo.’ Plantus, ‘Ego quidem pro ista re solvi ab trapezita meo.’ *Turneb.*

*Janitores ex equestri*] Indignissimum est equites Romanos janitorum haberi loco; et regni suspicionem habet, stipatores corporis constitui. Habent enim prætoriam cohortem reges: nec his vocabulis in lege usus erat Rullus: sed, ut reor, tantum ministros et adjutores attribuebat eis in annos singulos equites ducentes. Verum Cicero, ut legem in invidiam et odium vocaret, janitores et stipatores nominavit. *Idem.*

§ 33 *Non fruendis*] Non percipiens fructibus vestrorum vectigalium, sed vectigalibus ipsis alienandis et vendendis. *Idem.*

*Cognitio sine consilio*] Præterea datur iis, inquit, cognitio sine consilio. Cum tamen prætor, aut judex quæstionis in urbe causam non cognoscat, nisi iudicibus advocatis, et

imperator in castris, nisi legatis et tribunis in consilium adhibitis, quid opus facta, si non statuat. *Laured.*

*Prorocatione]* At Romæ si quis damnatus est, ad populum provocat. *Turneb.*

*Sine auxilio]* Romæ licet appellare tribunos, si magistratus in aliquem pro imperio animadvertere velit, præstoque est auxilium tribunitium. *Idem.*

§ 34 *Magistratus his gerere licebit]* Magistratus gerere poterunt, causam dicere, id est rationem magistratus reddere cogi non poterunt. *Laured.*

*Dissolvant judicia]* Judicia publica sunt, quæ criminalia vocamus, quæ a quæsitoribus exercebantur Romæ. Dissolvant autem judicia publica, cum ipsi de publicis quæstionibus cognoscere volent, adempta prætoribus Romanis cognitione. *Turneb.*

*De consiliis abducant]* Ambigue est locutus: nam et abducit de consiliis, qui de judicium decuriis aliquem abducit: quæ res judicia dissolvit, cum quæsitor ad numerum judices non habeat, nonnullis abductis. Nam 'consilia' cœtus sunt et decuriæ judicium. Abducit etiam de consiliis, qui judicibus reos adimit, ut ipse cognoscat: quem sensum potius sequor. *Idem.*

*Quæstori]* Etiam judicium delegent, si cognoscere ipsi graventur, mandantque cognitionem quæstori suo. Quæstor autem magistratibus dabatur. *Idem.*

*Finitorem]* Interdum ne quæstori quidem mandent, sed sine judicio finitorem mittant, enjus arbitrio privatum aut publicum agrum pronuncient. Finitores, inquit Nonius, dicebantur, quos nunc agrimensores dicimus; sic dicti quod fines dividenter, adfertque Plantii ex Poenuli prologo auctoritatem, ut id probet. *Idem.*

CAP. XIV. § 35 *M. Tullius, Cn.*

*Cornelius coss.]* Anno urbis conditæ 672. dictatore Sylla remp. obtinente. *Laured.*

§ 36 *Tribunitiam potestatem]* Aliud est tribunatus, aliud tribunitia potestas. Tribunatum reliquerat Sylla; tribunitiam potestatem sustulerat. *Turneb.*

*Partim periculi]* Id est, quorum quædam non tantum sacra sunt, verum etiam asyla et periculi perfugia. Is enim est loci sensus, ut satis indicat 'partim,' quod semel positum aliquid subaudiendum significat: non enim omnia loca sacra perfugia erant periculi. *Idem.*

*Herculanæ]* Viam septem stadiorum, ut Strabo scribit, ad Lucrinum Hercules exaggeravit. Eam vendibilem dicit propter amoenitatem Lucrini lacus et Baiarum; ac cum viam dicit, significat ea quæ propter viam sunt, ut et Lucrinum. *Idem.*

CAP. XV. § 40 *Regnum Bithyniæ]* Si Asiam non vendent, vendent certe Bithyniam, quæ post hos coss. populii Romani facta est, ut de ea dubitari non possit; præsertim adita hereditate. Nicomedes enim rex Bithyniæ, moriens populum Romanum heredem fecerat, cuius regnum in provinciæ formam redactum fuerat. Sic autem hunc locum construo: Quid? regnum Bithyniæ, quod disputari contra decemviro non potest, in controversiam revocari, quin nostrum factum sit post hos coss. *Idem.*

CAP. XVII. § 44 *An quietis iis]* Illustris est hic correctio Gulielmii, an qui *Etesiis*, qui per curs. de quibus ipse plura in Quæstionibus Plantinis. Grueter. Audax conjectura Gulielmii nemini probabitur. 'Quietis his,' est, cum hi quiescant, qui ante palam Ægyptum petebant, et decretum senatus in hac rem abstulerant. Qui illi fucrint, oblitteravit tempus. Græv.

*Tetris tenebris]* Caliginem et tenebras ad id retulit, quod tribuni clam et obscure ac per caliginem pette-

bant, ad navigationem alludens, quæ peti solet *Ægyptus. Turneb.*

§ 45 *Unaque]* Hic est lacuna. Puto antem, post *unaque* tale quiddam desiderari, quantum mali exteris nationibus comparetur, considerare. Laureanus autem nihil deesse putat, tantumque ex *unaque* facit *animisque*. Lamb. Amicus meus homo doctissimus putabat locum hunc, ut appareat, mutilum, restitu in integrum posse, si legeretur *namque pro unaque*, vel *nam quum*: sed cum videamus Tullium esse in cursu enumerandi ea, quæ populi Romani publica facta sunt, L. Sylla, Q. Pompeo coss. posteave, vel jure belli, vel hereditate, neque enumerationem peregrisse, (etenim in Africa, Hispania, Gallia aliiquid invenisset, quod ennumeraret, et ut ennumeraret omnia, non ita transisset nullo apparatus, nullis interpositis querelis, ab enumeratione ad insolentiam cum decemvirorum, tum legatorum liberorum) fateamur necesse est hic multa deesse: transit enim postea ad vectigalia populi Romani. *Ursin.*

*Legationes liberis]* De quibus supra, orat. i. cap. 3.

§ 46 *Illud vero quantum est, Quirites, cum is decemvir, &c.]* Ostendit porro decemviro, si dixerit sedem illam publicam esse, sociis calamitosum; si negarit, ipsi fructuosum. Nam si dixerit, socios sede spoliabit; si negavit, pecunia angebitur, quam socii decemviro, ne dicat, facile dabant. *Laured.*

CAP. XVIII. § 47 *Irrumpant in ærarium]* Quod vectigalibus venditis spoliatur et exhaustur. Itaque cum vectigalia vendunt, quæ ærarium replet, perinde est, ac si in ærarium impetu facto, clanstrisque refractis, quicquid pecuniæ est raperent. *Turneb.*

§ 48 *Ut in suis rebus, ita in rep. luxuriosus est nepos, qui prius silvas vendat, quam vineas]* Hunc locum Petrus Rasmus mutilatum esse existimat, cum tamen diligenter attendenti satis ap-

pareat, nihil desiderari nisi verba legis, quibus jubebat Rullus, ut silva Scantia venderetur. Cujus silvæ nomen ubi audivit Cicero, sic statim subsequens est, ‘*Ut in suis rebus,*’ &c. quibus perbelle notat luxuriosam Rulli vitam, qui dissolutus, et intemperantia perditus, res a majoribus ad dignitatem tuendam relicas, turpium voluptatum explendarum causa, profuderit: ex quo concludit, quod is de re privata fecit, idem de publica esse facturum. Locus est communis in prodigum, et in eum qui publicas pecunias dissipat. Fides fit a rei privatæ administratōne. Qui enim in suis rebus profusus fuerit, is in alienis, et in ipsa rep. moderatus, et parcus nunquam erit. Vinositatis porro enim arguit, cum studio bibendi vineas amarit magis quam silvas, atque has vendat, illas ad postremum relinquat. *Laured.*

*Perge in Siciliam]* Expleta recitatione præconis, hæc subjicit orator. *Idem.*

§ 49 *Et vinculum pacis]* Hic vinculum pacis est, quod populus, qui populo Romano bellum fecerat, hac conditione in ditionem receptus esset, ut agro, aut agri parte mulctaretur. Ager enim sic datus vinculum erat pacis, pacemque conciliabat et astringebait: erat et monumentum belli. Argumentum enim erat belli ab illo populo cum Romanis gesti, agrorum mulletatio, aut vectigalis impositio: nam a quibus in bello adjuvabantur Romani, eorum agros liberabant, fines amplificabant, urbes contribuebant. ‘*Fines*’ autem cum dicit, agrum, et, ut vulgo dicimus, territorium intelligit. *Turneb.*

CAP. XIX. § 50 *Phaselitum]* Per syncopen, pro Phaselitarum dixit: aut usus est genitivo Φασελιτῶν, id est, Phaselitum. Phaselis est urbs Pamphyliæ, etiam Olympus. *Idem.* Attalea, urbs Lyciæ.

*Attalicos agros in Chersoneso]* Id

est, quos Attalus rex Pergami possederat in Chersoneso: qui agri, postquam Asia provincia facta est, publici populi Romani facti sunt. Sic Horatius dixit, ‘Attalicis conditionibus.’ *Laured.*

§ 51 *Appionis]* Ptolemæus, cognomento Appio, rex Cyrenarum, moriens heredem populum Romanum reliquerat, cuius regni civitates liberas esse senatus jussaserat. Hoc factum Cn. Domitio, C. Cassio coss. anno 157. Auctor Obsequens, Justinus, Epitomæ. *Idem.*

*Non propter religionem sedium illarum]* Atqui dubitat oratione superiore, cap. 2. num ob oblatam aliquam religiouem Africanus eam consecravit: sed id de quo dubitavit, hic aperte negat. Illic Juno sanctissime colebatur, ut inquit Maro *Æn.* 1. 19. Colebatur Saturnus, cui etiam liberos suos immolabant, nt et *Æsculapius*, sed omnium religiosissime Cælestus, qui etiam heres, ut Ulpianus scribit, institui poterat. *Turneb.*

*De consilii sententia]* Solebant Romani, bello confecto, decem legatos mittere, qui conditiones pacis dicebant, qui leges darent, resque ordinarent. Sic Siciliæ, bello confecto, Rupilius, de decem legatorum sententia, leges dedit, quas Rupilias vocarunt. *Idem.*

*Vestigia calamitatis]* Ut Romæ dominus Mælii, Flacci, Saturnini dirutæ sunt. Ciceronis non diruta solum, sed etiam consecrata. *Laured.*

*Verum inter hos agros]* Videtur hic locus mendosus: nam non satis Latine dictum videtur, *adjungit inter hos agros.* Quid si sic legamus, *Verum interim ad hos agros, &c.* Lamb.

§ 52 *Non legibus datis]* Cum illæ regiones nondum in provinciæ formam redactæ sint, nondum sint pacata. *Turneb.*

*Non auditis verbis imperatoris]* Nondum audita conditione pacis, quam eis ferebat imperator. Quid enim, si

agros eorum non publicet? quid, si liberet? Sententia est, cum illi nondum audiverint, quam conditionem pacis imperator proponat. *Idem.*

CAP. XX. § 53 *Quarum ego jam exemplum ab istis]* Demosthenes Philippri, Cicero Antonii litteris in concione recitatis, invidiam st̄pe in eos quæsiverunt, cum singula verba perpendarent, atque inde aliquid ad excitandum populum elicerent. Callide illi quidem, et argente, nisi hoc sit multo callidius, fingeat litteras, quas verisimile sit, adversarios nostros esse scripturos, atque illis recitandis maximum invidiæ in eos incendium excitare. Hanc figuram Græci προτύπωσιν et ηθοποίαν vocant. *Laured.*

*Magni]* Pompeius vulgo Magnus dicebatur jam inde, ex quo ab Africana victoria rediit vivente Sylla dictatore, a quo Magnus consulatus est. Alii dicunt illud ἐπιφῶνημα fuisse militum, quod postea translatum est in cognomen, quod, ut Cicero lib. II. ad Attic. ait, præbuit ansam increpandi Pompeium comicō poëtæ Diphilo. Plutarchus autem, cognomen fuisse, ἐπίφθονον. *Idem.*

*An Pompeium non adlibebit]* Hoc illud est quod supra dixit, ‘Non auditis verbis imperatoris.’ *Manut.*

§ 54 *Verum etiam locata sit]* A censoribus locata sit publicanis. Non modo autem pro ‘non modo non,’ ut alias non raro. *Turneb.* Vide Muret. Var. Lect. x. 7.

CAP. XXI. § 56 *Indemnatorum]* Nullo iudicio damnatorum, sed ab ipso proscriptorum. *Turneb.*

*Sequitur, omnes agros]* Aliud caput est, quo potestas permittitur decemviris judicandi de agris omnibus extra Italiam, qui publici facti non sunt, in controversiam tamen vocentur publicine an privati sint: nam superiori capite vendebantur agri qui publici facti erant; hoc capite cognoscitur ex infinito tempore, qui publici, qui privati. Ita agri omnes

eorum ditioni et judicio subjiciuntur.

*Idem.*

*Infinito ex tempore]* Hæc non erant verba legis, sed est interpretatio oratoris. *Laured.*

§ 57 *Propter necessitudinem]* Quæ sibi cum clientibus suis Siculis intercedit. Neminem enim ignorare arbitratur, Ciceronem quæstorem in Sicilia fuisse, atque ejus insulæ jam inde ab accusatione Verris patronum. *Idem.*

*Propter æquitatem]* Cur æquitatem necessitudini subjunxit? ut magis sese honestate rei, quam ullo officio, adduci indicaret. *Idem.*

*Sæpe vehementer gaudeo]* Vel repugnantibus antiquis libris, sententiæ, et antiquæ locutionis rationem sequuntur, corrigerem, sane vehementer gaudeo. *Idem.*

*Cæteros, etiam si privati sint, permittere]* Vel legendum cæteri, (nam hic ordo verborum est, Permittere, ut cæteri, etiam si privati sint, publici judicentur,) vel more comico, seu Græco potius, locutus est. Sic autem loquuntur illi. Plantus Asinar. ‘Verum meam uxori nescis qualis fiet,’ pro, uxor mea nescis qualis fiet. *Lamb.*

*Qui publicus esse fateatur]* ‘Fateatur’ passive dixit more antiquo. Gellius annotat ‘dignor,’ et ‘veneror,’ et ‘confiteor,’ et ‘testor’ habita esse verba communia. Ac illud ex XII. tabb. ‘Æris confessi, rebusque judicatis XXX dies justi sunt.’ De ære interpretatur, de quo facta est confessio. Itaque falso quidam annotant, locum esse mendosum, cum ‘fateor’ æque commune ac ‘confiteor’ esse possit. *Turneb.*

CAP. XXII. § 58 *Atque etiam est alia superiore capite]* Ut in publicandis agris exceptit agrum Recentorum, ita in vendendis agrum Hiempalis in Africa. De Numidico agro hic nescio quis (scilicet Petrus Ramus) hallucinatur. *Idem.*

*De quibus fædere cautum est]* Consules et tribuni non raro solebant cum regibus et tetrarchis fœdus in Capitolio ferire, et regna interdum dare. Cotta igitur consul in Capitolio fœdus cum Hiempale ferierat, et agros illi in Africa ei confirmarat. *Idem.* Cotta consul anno 679.

§ 59 *Ex coronario]* Vide supra, Agrar. I. cap. 4.

*Horum erit nullum judicium]* Vox nullum sententiæ repugnat: neque quid pro ea reponendum sit, quod a sensu et litterarum similitudine non sit alienum, occurrit quicquam, nisi legas nunc. Sunt, qui malint solutum judicium, vel liberum judicium. Ego si quis aliquid acutus excogitabit, ejus opinioni acquiescam. Interim, solutum, an liberum, an nunc, legendum sit, non dijudico, veterum exemplarium ope destitutus. *Laured.* Ridiculus hic est Lambinus, qui citat editionem anni 1552. in qua invenerit illud vulgatum, *horum erit illud judicium.* Ecquando enim, quæso, testimonium petitum fuit ab tam recentis aevi mangonio? *Grut.*

§ 60 *Cognitio]* Captorum agrorum, pro cognitio de captis agris. *Turneb.*

CAP. XXV. § 65 *Agris publicis privatos esse deductos]* Cum eos nullo jure possiderent. Rullus autem contra majorum consuetudinem emere agros a privatis decemviros jubet. *Munut.*

*Hujuscemodi me aliquid ab hoc horrido ac truce tribuno plebis exspectasse]* Nullum me putasse ab antiquitatis exemplis non esse discessurum, nec quicquam innovaturum, præsertim qui ita vultu truculentus est, et vestitu ita horridus et incultus, ut in eo antiquitatis imago, et majorum severitas appareret. *Turneb.*

§ 66 *Libet agros emi]* Hoc tanquam a Rullo dictum accipiendum est. Constituit enim perbellus Rulli, et oratoris dialogus in singulis horum

agrorum conditionibus examinandis, ac reprehendendis. *Laured.*

*Ab alia porta Capenas]* A Flumentana porta exenenti in Flaminiam non longe sunt omnes hi agri præter Venafraenum et Allifanum, qui superiorebus potius annumerari debuere, ordinemque confundere videntur. *Turneb.*

*Utrum in Massici radices, an in Itiam, aliore deducamini]* Massicus mons est in Campania ob vini fertilitatem clarissimus, enjus meminit Horatius: quare Massicum pro fertilissimo et felicissimo coloniae loco posuit; Itiam vero pro sterili, ac pestilenti, quæ tamen vox mendosa est, ut quisque intelligere per se potest; nullus enim idonus sensus, et qui huic loco quadret, elicetur. Neque tamen aliter manuscripti libri habent. Quod si conjecturæ locus dandus est, in Apuliam videtur oportere legi, regionem tunc sterilem, ac pestilentem; ut opponat Cicero Massico monti, et urbi satis propinquuo, et vini copia præstantiaque celebri et salubri, locum longinquum, sterilem, et pestilentem. *Laured.* Conjecturam Lauredani, sive potius Singtonii, amplectitur Manutius.

§ 67 *An tabula Veratianæ auctionis?* Liber vetus Neratianæ: quo sane modo legendum censeo; nam Romæ Neratios fuisse satis Neratius jurisconsultus ostendit. Ridicula antem illius auctionis tabula fuit: nam cum saltus steriles et incultos proscriberet Neratius, uti melius venderet, scripsit, ‘*Jugera cc, ubi olivetum fieri posset.*’ Eam tabulam magnus secutus est risus. *Turneb.*

*Aratro perstringi]* Quod non possit leviter aratro tanquam radi. Perstringitur, quod leviter vulneratur atque scarificatur, ut ita dicam. Contra in pingui solo alte descendit sulcus, et deprimitur vomer, cum in exili solo tantum summa terra perstringatur. *Idem.*

*Tangam nullum ab invito]* Nullum sumam, emam ab invito. *Idem.*

CAP. XXVI. § 68 *Conversa ratio]* In contrarium mutata. *Idem.*

*Hoc carmen non vobis, sed sibi intus canit]* Intelligendum est, proverbium esse antiquum, ab Aspendio citharista sumptum, qui carmen sinistra manu caneret, non dextra. Quorum illud est ‘intus canere,’ hoc, ‘foris:’ illud ‘sibi,’ hoc ‘aliis.’ Neque enim qui sinistra manu chordas tangit, is sibi tantum canit, quia foris non auditur, sed a se solum: unde qui moltum intestinis suis commodis consulunt præter honestatem, intus, et sibi canere dicuntur. Hæc fere Pedianus in Verrinas. Causa vero, cur qui dextra tangunt, audiantur, est; quod chordarum sonus cavato citharæ corpore augetur, quod idem in jugo non cavato contingere nequit. *Idem.* Vide notas ad Verr. I. quæ est de prætura urbana, c. 20.

§ 70 *Tamen ingenti pecunia vobis inducetur]* Quamvis parvo emptus, magno tamen vobis inducetur a decemviris. Ut autem dicitur ‘inducere exemplum,’ ‘inducere novum genus orationis,’ ‘inducere novam personam,’ sic hoc loco ‘inducere agrum’ dicitur, cui easus pretii adjungitur: nam qui ‘inducere’ aestimare interpretantur, errant. *Turneb.*

CAP. XXVII. § 71 *Salapinorum]* Salapia, nrbs Apuliæ. *Idem.*

*At dicat]* Plane legendum est aut dicat, contra librorum fidem. *Idem.*

§ 72 *Quid pecunia fiet?* Vetus liber, quid pecunia fiet: quo modo hic etiam legit Adrianus Cardinalis, genusque dicendi multorum auctoritate confirmat. In Verrem tamen ita scribitur in ablativo: ‘*Quid hoc homine facias?* aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reservetis?’ In dativo effertur pro Cæcina: ‘*Quid huic tu homini facias?* nonne concedas interdum, ut excusatione summæ stultitiae, sumimæ im-

probitatis odium deprecetur? Itaque si illud in Verrem, quod in ablative effertur, verum est, nec mendosum, ut de instrumento dicetur: nam in dativo ratio loquendi frequentissima est. *Idem.*

§ 73 *At est locus?*] Ita, Lambino assentiente, Manutius. Si exempla quædam habent in eorum edd. *An est locus, qui coloniam postulet, est qui plane recuset?* vitiauit exempla illa manifestus error typographi. Quod offero, planum est. Orator illi respondet interrogationi; ‘Quid? omnisne ejusmodi locus est?’ &c. Non omnis, inquit, ejusmodi est. *At est locus, qui coloniam postulet: est, qui plane recuset.* Gruterus edidit, *An est locus, qui coloniam postulet?* est plane, rectius et\* quo in genere, &c. Grævius, *Est plane rectius\* quo in genere,* &c. Itaque Cimmerii illi valeant. *Oliv.*

CAP. XXVIII. § 76 *Capuam scribi?*] Quod inest motus in deductione coloniae idcirco ‘scribi Capuam’ dixit, pro scribi Capuam deducenda, aut mittenda. *Turneb.*

§ 78 *Ista dena jugera continuabunt?*] Jugera dena intelligit, quæ singulis hominibus distribuenda erant ex lege, quibus non contentos fore significat ipsos decemviros, ut latius producere fines velint. *Laured.*

*Nom si dicent, per legem id non licere?*] Occurrit quaestioni, quæ fieri poterat: At non licet agros continuare lege Servilia. At, inquit, ut lex Cornelia violata est, sic Servilia violari poterit. Violata est autem Cornelia, quia cum L. Sylla Prænestinus, qui Marium minorem receperisset, infensus, eorum agros veteranis divisisset, factum tamen erat, ut is a paucis possideretur. *Idem.*

CAP. XXIX. § 79 *Romilia?*] Vetus liber *Romulia.* Romuliam tribum appellatam censem Varro, quod esset sub Roma: Pomp. quod ex eo agro censebatur, quem Romulus ceperat

de Veientibus. Erat igitur suburbana tribus, rusticarum prima. *Turneb.* Vide *Asconium.*

*Ordo tribuum negligatur?*] Ordo enim postulabat ut a Suburana, Palatina, Exquilina, Collina inciperet; deinde ad Romiliam, quæ, ut Varro scribit, quinta est, veniret. *Idem.*

*In jugera dena describat?*] Describat universam plebem, ita ut singulis dena jugera assignentur. *Laured.*

CAP. XXX. § 81 *Quem per iter qui faciunt?*] Pro eo, quod est, per quem qui iter faciunt: quod genus loquendi, quanquam fortasse duriusculum videri potest, dictum tamen sapere a veteribus constat, ‘quo de agitur,’ ‘quas ob causas,’ et similia. *Idem.*

CAP. XXXI. § 85 *Duodena describit?*] Cum Stellates campus bonitate infinitis partibus sit inferior Campano, multo majorem modum attribuere debuit viritim ad colonos æquandos. *Turneb.*

*Quasi vero paulum differat ager Campanus?*] Fortasse legendum, ager Campanus, a Stellati: sed multitudo queritur: nam illud, et multitudo queritur, non satis cohæret. Scententia est: Idcirco duodena tantum viritim dividit jugera, ut majorem numerum in illa oppida deducat, et facilius dominationem decemviris comparet, quibus tantum colonorum numerum committit, quos illi suo beneficio devincitos habebunt, quibus Campana occupabant et opprimebant oppida: alioquin enim si bonitas spectetur, et fructus, duodena campi Stellatis jugera, cum denis agri Campani nullo modo comparanda sunt. *Idem.*

CAP. XXXII. § 87 *Terra claustra locorum?*] ‘Terra’ est per terram: nam si quis e Peloponneso in reliquam Græciam terra ire vellet, aut e Græcia per Peloponnesum, per Corinthiorum fines erat transenndendum. *Idem.*

*Maxime navigationi diversa?*] Alter-

nis enim navigatio est ex Italia, Dalmatia, Epiro in Græciam, et contra alterius e Græcia in reliquam Græciam, Thessalam, Macedoniam, Asiam, contraque. *Idem.*

CAP. XXXIII. § 90 *Magistratum]*  
Magistratus in numero unitatis non nisi unam personam magistratum gentem significat, ut ad Justinum notavi. Hinc nullus dubito Ciceronem hic quoque scripsisse *magistratus*, ut paulo ante: ‘si agrum Campanis ademissem, magistratus, senatum, publicum ex illa urbe consilium sustulissent.’ *Græv.* Singularem numerum pro plurali dixit. *Turneb.*

*Excogitatum]* Vera lectio ex Eifurteni, est cogitatum. *Græv.*

§ 91 *Nec consilii capiendi publici]*  
Quia non licebat habere senatum. *Turneb.*

CAP. XXXIV. § 92 *Omina illa M. Brutii atque auspicia]* Nec times, ne malam pestem oppetas ut Brutus, qui et tribunos legem tulit Agrariam, et Capnam triumvir deduxit coloniam. Is enim acerba morte bello civili oppetiit, et, ut credo, Sylla ejusque factio colonos Capua expulit. Fuit et eodem bello civili L. Brutus, qui trajiciens in Siciliam navibus Pompeii circumventus sibi mortem concivit. *Idem.*

*Leocranti]* Vetus liber hic valde depravatus est, in quo legitur *et Leocranti*. Quid si legendum sit, *Capuae illo creante ceperunt?* nam verisimile est a triumviris creatos esse duum viros coloniæ. *Idem.* Ita corrigo, *ea lege creati*. Manut. Vel legendum, *Tarenti*, ut alia innuat<sup>ur</sup> deducta colonia. *Ferrar.* Absit ut conjecturam recipiamus valde incertam. Præstat corruptam lectionem servare cum ipso Manutio, Victorio, Lambino, aliis, quam dubias conjecturas Ciceroni infarcire. Ex vestigiis corruptæ scripturæ colligo Tullium reliquise, *Capuae ab illo creati*. *Græv.*

§ 93 *Erant hostiae majores in foro*

*constitutaæ]* Majores hostiae sunt, quæ lactentibus opponuntur. Cic. de Leg. lib. 11. ‘Quibus hostiis cuique Deo immolandum, cui majoribus, cui lactentibus.’ Hic perspicue lactentes majoribus opposuit. *Turneb.*

*Quæ ab his prætoribus de tribunalis]* Legendum fortassis est *de tribunalis*, ut repetatur ἀπὸ κοινοῦ, inferne, sententia: hoc modo de tribunalis sententia. *Lamb.*

*Probatæ]* Ita Lambinus post Laredanum. Alii *probatis*, vel *probantibus*, et ad consules referunt: quod explicat Brissonius, in primis audiendus, lib. 1. de Formulis, pag. 17.

*Ad tibicinem]* Tibicines rei divinæ adhibebantur, et præcinebant. Virgilinus, ‘Inflavit cum pinguis ebur Tyrhenus ad aras.’ Eratque Romæ sacrorum causa tibicinum collegium. Livius: ‘Ejusdem anni rem dictu parvam præterirem, ni ad religiōnem visa esset pertinere. Tibicines quia prohibiti erant a proximis censoribus in æde Jovis vesci, quod traditum antiquitus erat, ægre passi, Tybur uno agmine abierunt; adeo ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis præcineret.’ Cumque tibicines ab uno sacrificante ad alium, qui etiam rem divinam faceret, transirent, proverbium factum est, ‘transire tibicinis Latini modo,’ quo Cicero utitur pro Murena. Romani in suis sacrificiis, Latinis tibicinibus, non Græcis utebantur. Varro etiam ad Græcum tibicinem sacrificavit lib. III. de Re Rustica: ‘Sed non in Italia, quos tibi sacrificanti ad tibicinem Græcum, gregatim venisse dicebas ad extreum littus.’ Etiam tubis utebantur ad sacra. Varro: ‘Tubilustrum appellatur, quod eo die tubæ sacrorum in atrio sutorio iustrantur.’ *Turneb.* Vide pro Murena cap. 12.

*Magios, Blossios, et Jubellios]* Hæc sunt nobilium familiarum nomina, quæ Capuae floruerunt. Jubellii mentione est ante primum bellum Punis-

enim, Livianarum epitoma XII. Magii, bello Punico secundo; is enim dissasor fuit Capuae Annibali tradendæ: Blossii, apud Ciceronem in Lælio de Amicit. cap. 11. *Laured.*

§ 94 *Tunicatorum illorum]* Tunicatos Cicero vocat infimam plebem, quam Horatius ‘tunicatum populum’ appellavit, Ep. I. 7. 65. *Turneb.*

*Et in Albana et Sepplasia]* Fora Capuae. ‘Sepplasia,’ inquit Asconius, ‘platea erat Capuae, in qua nnguentarii soliti erant negotiari.’ *Idem.*

*Quid prætor]* Duumvirum prætorem appellabant, ac nimis ita vocari nonnulli volebant, ut Horatii locus indicat, Sat. I. 5. 34. *Idem.*

CAP. XXXV. § 96 *Cœnaculūs]* Cum enim Romani ob angustiam loci extendere domos non possent, erigebant: cœnaculum autem dicebatur pars superior domus. *Ferrat.*

CAP. XXXVI. § 98 *Expleretis nora]* Malim expitaretis. *Laured.*

*Tamen omnes]* Vetus liber *tum omnes*, idque aliquanto melius. *Turneb.*

§ 99 *Nihil elata manu perfringi potest]* Egnatianus liber habet *velata*: unus meus *vel lecta*: in impressis stellula est e regione apposita, quæ corruptum locum significet. Fortasse autem, (quoniam paulo magis quam soleo a vetere scriptura discedo) *nihil vi ac manu recte legi poterit.* Ut semper cum uno verbo duo nomina Cicero adjunxit, et quemadmodum dixit, ‘auro et argento violari,’ ‘numero et suffragiis declarari,’ sic dicat, *vi ac manu perfringi.* Sententia certe non repugnat. *Laured.* Probo et ipse valde *Lauredani* conjecturam, quam tamen malo in notis legi, quam in contextu: nec quisquam illum recepit nisi Gruterus. Victorius, Manutius, alii, plurimorum codicum, quamvis corruptorum, scripturam retinuerunt. *Græv.*

CAP. XXXVII. § 101 *Tumultuer]* Trepidem, perturber, ut lib. I. de Offic. ‘Fortis vero animi est et con-

stantis, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu de jici, ut dicitur.’ *Turneb.*

§ 102 *Quorum gratia in suffragiis]* Qui suffragiis vestris ab hominibus gratiam inire potestis. Suffragia sunt vocata a suffringendo; quod initio fractis testulis ferebantur. Livius, ‘testulis datis tribuni populum sum moverunt, sitellaque allata est.’ Suffragiis autem privabantur a Rullo, ut hujus orationis initio disputatum est. *Idem.*

§ 103 *Non ut quæsitum, sed partum otium tenueritis]* Hoc quoque tam magnum vulnus est, ut illi mederi me ingenue fatear non potuisse. Sunt tamen qui partim ex ingenio, partim auxilio veterum librorum, pro non ut quæsitum, legant non ignaria quæsitum, sed vita partum. Alii illud retinentes, et de hoc hæsitanter, corrigunt non ut quæsitum, sed ut partum otium. *Laured.*

*Quos in consulatu inimicos esse]* Hos ad sensus explendos multa desiderantur. Videtur autem commemorare, quæ ipse pro rep. compararit; hoc modo: Ego, ne quid resp. detimenti accipere posset, et animi et corporis actibus providi. Omnibus prospexi sane, et veterem defendendæ reip. rationem revocavi. Ideni tribunis pl. denuntiavi, ne quid turbulenti me consule conflarent. Aut alia ejusmodi, quæ sibi quisque fingere poterit. Difficile est autem in tantis tenebris lucem videre, et in tam depravatis rebus, quid verum sit cognoscere, ubi veteres libri aut deficiunt, aut scripturam parum probabilem habent. In quibusdam libris, quos mili videre contigit, scriptum est, prospexi sane, et revocari: in Egnatiano, sane et rogavi. Ut conjecturæ locus nihil non videatur, legerem tamen, denunciavi ne quid, particula negandi, quæ in omnibus libris impressis defecerat, addita; sic enim postulat sententia, ut dubitari nullo

modo possit, quin desideretur. *Idem.* Vetus liber, *quos vos in consulatu.* Fortasse, *quos video in consulatu.* Hæc postrema pars inquinata misere est in omnibus libris. *Turneb.*

*Et animis, et]* Hoc referri debet non ad ‘*quos in consulatu*’ (ac proinde *video*, aut aliquid tale desidero), sed ad ‘*et concordia*,’ hoc modo, *Quod otium et concordia cum collega.* *Idem.*

*Corporis actibus]* Illud *actibus* valde

suspictum est et adulterinum, neque in hoc genere ‘*actum*’ dicere Cicero solet. Nam quod afferunt ex lib. I. de Leg. ‘*sed etiam in pravis actibus insignis est humani generis similitudo,*’ irreptitum est, et notum pro pravitatibus. Ego hic legendum esse censem, *et animi et corporis artibus*, id est, omni ratione, omnibus modis. Sic Plautus dixit: ‘*Si ægrotant in te artes animi;*’ et Sallustius, ‘*Varias esse animi artes.*’ *Idem.*

### ORATIO III.

Vide Argumentum Orationi pri-  
mæ de lege agraria præmissum. De  
hac brevissima oratione Cicero ad  
Attic. lib. II. epist. 1.

CAP. I. § 2 *Qui nihil de me credi-  
distis]* Qui fidem non habuistis dela-  
tioni et criminationi tribunorum ple-  
bis. *Turneb.*

§ 3 *Septem tyrannis]* Indicat sep-  
tem homines maxime locupletes ex  
possessionibus Syllanæ assignationis,  
quos ὑπερβολικῶς tyrannos vocat. ‘*As-  
signationes*’ autem hoc loco agri a  
Syla assignati dicuntur, iis, qui ip-  
sum secuti contra Marium arma tule-  
rant. *Laured.*

*A Valgii genero]* Id est, Nullum,  
non quatenus tribunus pl. est, sed  
quatenus gener Valgii, hanc legem  
ex cogitasse, et conscripsisse. *Idem.*

CAP. II. § 5 *L. Flaccus]* Fuit in-  
terrex L. Flaccus, cum consules C.  
Marius C. Marii VIII consulis F. Præ-  
neste per Q. Lucretium, Cn. Papiri-  
us, Cn. F. Carbo IIII. per Cn. Pom-  
peium Syllanos duces occisi essent,  
ac resp. sine consulibus esset, et pla-  
enisset senatui interregem prodi, qui  
comitia subrogandis consulibus ha-  
beret. *Laured.*

§ 6 *Aliquem scrupulum]* Nam cui  
ager datus est, ne rescindantur acta  
Syllæ metuit; qui amisit, id sperat  
futurum. *Turneb.*

*Syllam dictatorem]* Ita Syllanos  
agros et assignationes confirmabat,  
cum post eos consules Sylla dictator  
fuerit. *Idem.*

§ 7 *Agros]* Vetus liber agri, multo  
meliore scriptura. *Agros* enim legi  
non potest, cum sint verba legis Ser-  
viliae, ut mirer a quibusdam hoc ani-  
madverti non potuisse. *Idem.* Re-  
cepit agri Grævius.

§ 8 *Fundus Irpinus]* Id est, fun-  
dus, quem Valgus sacer tuus a Sylla  
aceperit. *Laured.* ‘*Fundum*’ cum dix-  
isset, ‘*a grum*’ corrigens subjicit,  
quod totum fere Irpinorum territo-  
rium (id enim hic ager significat) pos-  
sideret. *Turneb.*

§ 9 *Ego Tusculanis pro aqua Crabra  
rectigal pendam]* Prædium suum Tus-  
culanum significat, quod a Tusculanis  
aceperat, quibus quotannis pro nusu  
aque, quæ Crabra dicebatur, rectigal  
quoddam penderet. *Laured.* Vide  
pro Corn. Balbo.

CAP. III. § 10 *Ejusmodi causa]* Id  
est, ob rem hujusmodi, cum tueantur  
ipsi Syllanas possessiones, tamen id  
objicere cuiquam ausint, quod impu-  
dentiae est maximæ. *Turneb.*

*Donationis]* Eos agros, quos Sylla  
non dedit, sed quidam in illa reip.  
caligine occuparunt, et possederunt,  
confirmat et sancit. *Donationem ap-*  
*pellat*, quod agros illos eis sua lege

Rullus donet. *Idem.*

§ 12 *Causam quæro, cur ea?*] Non debetis hæc vendi permettere, cum a Rullo publica donari videatis: nam si quid vendendum est, potius veniat quod Rullus condonat. *Idem.*

*Cum ea, quæ vestra sunt?*] ‘Vestra,’ Syllani nullo jure oceparunt, cum sint publica: nam ea Sylla publicarat. *Idem.*

*Possessoribus?*] Possessor enim dicitur etiam qui nullo jure tenet. *Idem.*

CAP. IV. § 14 *Quo d oculis confirmando?*] In editis vetuste, item Pall.

et Cujac. legitur, *oculis confirmando;* ideoque excludere non potui; tanto quidem minus, quod vulgata, *oculos continuando,* parum hic quadraret, ob ea quæ proxime præcesserant. *Guilielmus nostrum illud mutabat in in oculis confirmingando:* sequitur enim unam fundi religionem formamque perficerit. Non damno. Fuit etiam quod idem legeret, *angulos conformando.* Eandem sane insaniam cupidorum notat Horatius, ‘O si angulus ille Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.’ Gruter.

## PRO C. RABIRIO.

ARGUM.—Hujus orationis argumentum non aliunde mihi melius explicatur esse videor, quam si ex Dionis historia rem totam perscribam: ita enim facillime et atrocitas criminis, et genus causæ perspici poterit: neque fere quicquam latebit, quod ad orationis explicationem pertineat. Titus ergo Labienus, C. Rabirium ob Saturnini cædem cum accusasset, magnam civitati perturbationem attulit: nam Saturninus triginta sex annis ante cæsus fuerat, et quæ in bello, quod cum eo suscepimus est, consules fecerant, ex senatus auctoritate omnia gesserant. Itaque senatus auctoritas illo judicio non leviter tentabatur; ex quo totus civitatis status convellebatur et perturbabatur. Ac Rabirius quidem cædem se fecisse pernegabat; verum tribuni modis omnibus senatus amplitudinem et dignitatem convellere nitebantur, et sibi potestatem omnia pro animi arbitrio et libidine agendi præmuniebant. Ita enim futurum erat, ut iis, qui similia tentare vellent, impune

concederetur senatus decreta, quæque tot ante annis acta fuissent, in disquisitionem vocare. Ergo cum, pro eo ac debebat, senatus id indigne ferebat, tum vero senatorem pop. Rom. innoxium ætateque proiectum supplicio affectum iri optimates dolabant: sed tamen modis omnibus angebantur, quod civitatis dignitas in crimen et invidiam vocaretur, resque publica improbissimis hominibus permitteretur. Ergo turbulenta factionum studia contentionesque partium de judicio exarserunt; his ne concilium cogeretur pugnantibus, illis concessum judicium postulantibus. Quod ubi per Cæsaris factionem et aliorum nonnullorum vicit, ac judicandi causa convenere (is enim cum L. Cæsare judicabat, nec simplex crimen erat, sed Rabirius perdnellionis postulabatur) eum sententiis suis condemnarunt; quanquam non a populo more et instituto Romano creati, sed, quod non licebat, a prætore sorte ducti. Rabirius ergo provocavit: sed tamen apud populum etiam dam-

natus fuisset, nisi Metellus Celer augur et prætor rem impeditisset: nam cum multitudo nec eum audiret, nec quod contra morem patriæ legesque judicium factum esset, vellet attendere, propere Janiculum petit, priusquam quicquam suffragio Quirites sciseerent; signumque militare detrahit, ut nihil jam eis decernere liceret. Sic detracto vexillo concio soluta est, Rabiriusque liberatus. Etsi enim Labieno licebat reum repctere, non tamen fecit. Hactenus ex Dione. Hanc igitur orationem trigesimo sexto anno post cædem Saturnini habuit pop. Rom. Cicero consul, aut comitiis centuriatis, (non enim de capite hominis ullis aliis quam centuriatis agi licebat) aut potius certe in concione aliqua quæ comitia antecessit. Cum autem in Pisonein Cicero scribit se in Rabirio perduellionis reo quadraginta annis ante se consulem, interpositam senatus auctoritatem sustinuisse, non est, ut inquit Asconius, in eo subtilis annorum computatio facta, verum summatim tempus comprehensum: ut perinde acceperit, ac si dixisset, prope quadraginta annis. Jam ante damnatus a duumviris fuerat Rabirius, Julio Cæsare et Lucio Cæsare, a quibus ad populum provocarat. Acerbitatem judicis Julii Cæsaris, a quo cupidissime condemnatus fuerat, Rabirio ad populum provocanti etiam salutarem fuisse scribit Tranquillus. Perduellionis est postulatus Rabirius, quod sacro-sanctum tribunum interfecisse diceretur. Est autem perduellio genus læsæ majestatis omnium atrocissimum et gravissimum; quo qui tenentur, ne morte quidem, cum decadunt in reatu, crimine liberantur, cum in aliis generibus læsæ majestatis liberari soleant. Turneb.

CAP. I. § 1 *Quirites*] In Campo Martio ad populum hæc oratio habita est comitiis centuriatis, aut in concione quæ comitia antecessit.

Turneb.

*Capitis, famæ, fortunarumque]* Perduellionis damnati virgis cæsi et uno per urbis vias tracti, ad extremum cruci, servorum instar, suffigebantur. Hotom.

§ 2 *Non enim C. Rabirium culpa delicti*] Rabirius non suo, sed de reipub. nomine in discrimen capitis vocatur, quod consuli paruerit ad arma vocanti, et reip. salvam esse voluerit. Turneb.

*Summum auxilium*] Senatus-consultum illud significat, quod extremis reip. temporibus fieri solebat, ut videbant consules, ne quid respublica detrimenti caperet. *Idem*.

*Consulare imperium*] Nam ex illo senatus-consulto sumimum imperium et judicium consul habebat, et ad arma evocare poterat. Græv.

CAP. II. § 6 *T. Labiene*] Hic trib. pleb. Cicerone consule diem dixit Rabirio. Hic est, qui postea militavit in Gallia auspiciis Cæsaris. Turneb.

CAP. III. § 8 *An de tabulario*] Locus erat ubi acta et tabulae publicæ reponebantur. Cum id igitur objiceretur Rabirio, nondum patefactum erat a quo incensum esset, quod Q. Sosius se fecisse postea confessus est. Vide de Nat. Deor. II. 30. *Idem*.

*Necatum*] Ne maritus sororis Rabirii Curtius de peculatu, ut reor, causam diceret, ad probationem iudicij filium sororis a Rabirio necatum objiciebant. Qui autem funus familiare ducit, justave mortuo facit, nec in jus, nec in iudicium vocatur. Sed verisimile non est bidui causa tantum facinus esse perpetratum: nec probabile est chariorem ei maritum sororis quam filium fuisse. *Idem*.

*Legem Fabiam*] Ne quis servum alienum invito vel inscente domino celaret, vincitum haberet, demeret sciens, dolo malo. *Hotom.*

*Legem Porcianam*] Porcia lex memo-

rabilis a M. Porcio Catone lata est, ne quis magistratus civem Romanum virgis cæderet, necaretve: cum antea nudatorum cervix insereretur furcæ, corpus virgis ad necem cæderetur. *Idem.*

*Multæ irrogatione]* Multarum ratio hæc fuit: Magistratus reo ad populum diem dicebat: ter eum accusabat: post ei multam irrogabat, id est, rogabat populum ut certa bonorum parte multaretur. Hæc irrogatio trinundinum ut cæteræ leges durabat, post per trinundinum quarto rens accusabatur. Si defenderetur, ea multæ irrogatio dicebatur; si damnabatur, multæ judicatio. *Idem.*

§ 9 *De pudicitia]* Eo scilicet nomine male Labienus audierat. *Turneb.*

§ 10 *Sublatum]* Qua ratione Cicero sustulerat judicium perduellionis? Non lege lata, sed data facultate Rabirio dicendæ causæ comitiis centuriatis, suscepta etiam illius defensione, contra sententiam duumvirum. *Ferrat.*

CAP. v. § 14 *An vero, si actio ista popularis esset?* An non Scipionem Nasicam perduellionis postulasset C. Graechus, qui maxime popularis fuit, cum ejus frater trib. pleb. cænsus esset, si quæstionem istam perduellionis legitimam putasset? *Turneb.*

*Patrui tui]* T. Labieni. Significat a Labieno non tam tribuni mortem quam patrui hoc judicio vindicari. *Idem.*

§ 16 *Obductio]* Quanquam non sum nescius, ‘obducere’ interdum esse idem quod ‘obtegere,’ libentius tamen hoc loco legerem *obnuptio*: nam quod hoc vocabulum nusquam alibi apud Ciceronem legatur; ne *obductio* quidem. Et *obnuptio* melius, ni fallor, conveniret cum diro illo et horrendo carmine, quod paulo supra recitaveraut, ‘caput obnubito: arbori,’ &c. *Muret.* Var. Lect. VIII. 9.

*Conditio]* Mallem *condictio*: et enim ‘condicere,’ vetere lingua est ‘denuntiare;’ et *condictio*, denuntiatio, ut et veteres grammatici et jurisconsulti docent; quo sensu mirifice hic, ut opinor, quadraret. *Muret.* ibid.

*Una vindicta]* Hæc erat virga quam prætor aut lictor manumittendi servi capiti imponens hæc verba pronunciabat, ‘Hunc hominem liberum esse aio.’ *Hotom.*

*Ab unco]* Quornmdam criminum damnatis uncus in mentum impingebatur, atqne ita per urbis vias tracti in Tyberim dejiciebantur. *Idem.*

CAP. vi. § 18 *Q. Hortensio]* Hortensius causam Rabirii apud duumviro judices egerat: non enim probo eos, qui ante consulem eum ad populum causam egisse censem. *Turneb.*

*Nihil me clamor iste]* Apparet populum vocem illam indigne tulisse, Saturninum hostem populi Romani appellari. Moris fuit in concionibus, si quid magistratus diceret, quod populo placeret, ut id acclamacionibus exciperent; si quid displiceret, admurmurarent et obstreperent. Sic in Agrar. III. ‘Video quosdam, Quirites, strepitu significare nescio quid.’ *Hotom.*

*Quanto jam levior est acclamatio]* Iterum est acclamatum, sed levius quam antea et exilius; ergo gravius objurgat et compescit. *Turneb.*

CAP. VII. § 20 *Fit senatusconsulatum ut C. Marius]* Arma jure sumpta in Saturninum probat senatus-consulti auctoritate, quo summa potestas consulibus permissa est, ut viderent ne quid respub. detrimenti caperet. Cujus decreti auctoritatem primum senatus usurpaverat in C. Graechum. Ita tribuni ius istud senatui non esse concedendum censebant. *Idem.*

*Gracchus]* Is L. Equitins erat, qui pro Gracchi filio se gerebat: eum Saturninus in locum competitoris tribunatus comitiis palam occisi sub-

rogare tentarat : is servus fuerat nequissimus in compedibus et ergastulo habitus : deinde invanissus libertinae conditionis erat. *Idem.*

CAP. IX. § 24 *At C. Decianus*] De quo Valerius Max. VIII. 1.

*Imaginem*] *Imaginem* L. Saturnini Labienus in concione protulerat. *Turneb.*

§ 25 *Rationes*] Forte *rates*. Sunt rates ligna colligata, vel navigium temere conditum. Tusc. I. 30. ‘Tantum in rate in mari immenso nostra versatur oratio.’ *Pith.*

§ 26 *M. Antonium*] Oratorem, qui anno sequenti consul fuit. *Ferrat.*

CAP. X. § 28 *Si fides Saturnino data est*] Consules fidem publicam Glauciae et Saturnino dederant, fore ut cum eis non vi, sed jure ageretur. *Hotom.*

§ 29 *Quid jam ista*] Quod illa tempestate multos esse sciebat, qui nec dedecus, nec ignominiam ad mortuos pertinere censerent, omni sensu, ut credebat plerique, orbatos. Percerebuerat enim tum sententia Epicuri, cui se dociles multi ex libris Amasanii praestiterant, animos mortales esse. *Turneb.* De Amasanio et Epicureis, vide Tusc. IV. 3.

CAP. XI. § 31 *Quid fistulas*] Florns lib. III. tubos quibus aqua in Capitolium ducebatur, præcisos scribit. Plutarchus in Mario. Appian. Civil. I. ‘Saturninus, aquæ penuria coactus, deditiōnē fecit.’ *Hotom.*

*Improborum civium*] Pall. ambo adscriptum habent, deficere hic a fine chartas duas, a nescio quo exsectas. *Gruter.*

## IN L. CATILINAM.

### ORATIO I.

ARGUM. Sæpe jam M. Tullius, antequam hancce orationem haberet, verba in senatu de Catilinæ conjuratione fecerat; ut vel ex eo perspicuum est, quod duodeviginti diebus ante, consulibus resp. senatus-consul-to permitta erat. Quod ego ipsum admonere supervacaneum putassem, (est enim sane quam apertum) nisi animadvertissem, multos magnosque viros, non e recentioribus modo, sed etiam ex antiquis, quod, quid quoque tempore actum fuisset, non satis attente considerassent, in errores quosdam minime, ut arbitror, negligendos, in harum rerum explicacione incidisse. Milhi quidem ita videtur: Ciceroni imprimis ipsi maximam esse bisce in rebus habendam fidem; ut,

*Delph. et Var. Clas.*

*Cicero.*

sicubi ab eo cæteri discesserint, homines eos fuisse, idcircoque labi potuisse, arbitremur: secundum Ciceronem autem Sallustio, qui iisdem temporibus fuit; tum Asconio, qui ab eorum ætate non ita multum abfuit: Græcos autem, Plutarchum, Appianum, Dionem, magno esse adhibito judicio legendos. Nam, ut hinc ordiamur, cum conjurati, Catilinæ denunciatione, in M. Porcii Leccæ domum convenissent, repertique essent duo, qui se Ciceronem in lectulo suo interfecturos pollicerentur; tum deinde ait Sallustius, rem ad senatum a Cicerone relatam; ‘senatumque decrevisse, ut darent operam consules, ne quid resp. detrimenti caperet.’ At id manifesto falsum

9 XX.

est; siquidem, quæ nox consecuta est posternum diem Non. Novemb. ea nocte coitionem illam in M. Porci domum factam esse, constat ex oratione pro Sylla. Jam autem sedecim, minimum, dies erant, cum illa senatus auctoritas intercesserat; ut ex hac ipsa oratione liquido cognosci potest. Illud quoque non minus falsum est, quod idem Sallustius prodidit, cum aut hanc orationem Cicero, aut aliam quampliam habuisset, certe quidem aliquot diebus post commissam consulibus remp. Catilinam in eam vocem denique erupisse, ut diceret, si quod incendium in fortunas suas excitatum esset, id se non aqua, sed ruina restinctum. Id enim jampidem, id est, aliquot diebus ante comitia consularia, Catoni iudicium minitanti ac denuncianti Catilina responderat: quod ipse Cicero in oratione pro Murena testatum reliquit. Quod si Sallustium ipsum, et accusatum cumprimis hominem, et illorum temporum æqualem, tamen aliubi lapsum videmus; exacuenda profecto nobis ingenii acies est: neque ut quicquid a quoque veterum proditum fuerit, ita protinus recipiendum est; sed conferenda alia cum aliis, et ad Ciceronis præcipue auctoritate, tanquam ad Lydiū lapidem, singula diligenter examinanda. Nunc ad rem. Dicta est haec oratio a Cicerone consule, senatum habente in templo Jovis Statoris, vi Id. Novemb. ut infra probabitur. Qua quidem oratione ostendit, patefacta jam esse omnibus scelerata Catilinæ adversus rempubl. consilia: ipsique snadet, vel potius imperat, ut ex urbe exeat, quo et civitatem liberet metu, et ipse se liberins hostem P. R. profiteri queat. Genus igitur causæ iudiciale non est, ut falso Cœlius Curio putat; non enim in senatu iudicia exercabantur; sed ne deliberativum quidem est. Quid ita? quia enim non deliberat Cicero, neque senten-

tiam dicit, neque aut suadet quicquam senatui, aut dissuadet; sed Catilinam increpat, objurgat, exagitat: jubet denique, ut cum reip. salute, sua vero peste ac pernicie ex urbe proficiscatur. Quid igitur? Fattendum profecto est, non omnes Ciceronis orationes, nedum omnia quæ ab oratore tractantur, ad tria illa pervulgata causarum genera posse revocari. Ipse autem orationis χαρακτήρ plenus est δεινότητος, γυργότητος, σφοδρότητος, μεγαλοπρεπείας. Itaque quæcunque illo genere a veteribus prodita sunt, ea hic mirabiliter observata reperiemus. *Muretus.* Vide Lælii Bisciolæ Horas Snbces. tom. II. lib. IV. cap. 8.

**CAP. I. § 1 Quonsque tandem]** Non putarat, ut videtur Cicero, Catilinam eo die in senatu affuturum: sed cum eum, præter spem, adesse vidisset, subita indignatione commotus, in hæc verba prorupit. *Muret.*

**Eludet]** Quasi afflictis prostratisque nobis insultabit. Verbum gladiatorium. Illud quoque annotandum, quod de furore et andacia, quasi de re quapiam animata, locutus est. Recte enim admonet Fabius, miram ex eo sublimitatem oriri, cum rebus sensu parentibus actum quendam et animos damus. *Idem.*

**Nocturnum præsidium palatii]** Periculosis temporibus præsidium palatio imponi solebat, quod illud qui occupasset, urbem facile in potestate habitus videbatur. *Idem.*

**Nihil urbis vigiliæ]** Decreverat enim senatus, ut per totam urbem vigiliæ haberentur, iisque minores magistratus præcessent. Ita Sallustius. *Idem.*

**Nihil timor populi]** Nam et tumultum senatus decreverat, ut est apud Dionem; et Cicero ipse, ad indicandam periculi magnitudinem, comitiorum die loricatus in Campum descendederat. *Idem.*

**Nihil hic munitissimus]** Templum

Jovis Statoris dicit. *Idem.*

*Constrictam]* Quasi de immanni quādam et rabiosa fera loentns est. *Id.*

§ 2 *Nos autem viri fortes]* Εἰπωντα. Non enim in cantione, sed in animi magnitudine ac præsentia posita est fortitudo. *Idem.*

*Jussu consulis]* Sed poteratne consul imperare, ut quisquam ad mortem duceretur? Poterat, ubi ei S. C. commissa erat resp. *Idem.*

§ 3 *An vero vir amplissimus]* Argumentum a minore; in quo, ut eruditus annotat Fabius, non solum totum toti, sed etiam partes partibus comparantur: nam Catilina Graeco, stans reipub. orbi terrarum, medioeris labefactatio cædi et incendiis, privatus consulibus comparatur. *Idem.*

*P. Scipio]* P. Cornelius Scipio Nasica Serapio, ejus, qui optimus vir a senatu judicatus erat, nepos; ejus, qui censor porticus in Capitolio fecerat, filius; pronepos autem Cn. Scipionis, celeberrimi viri, P. Africani patrui; ipsius autem Tiberii consobrinus. Ita Paternulus. *Idem.*

*Privatus interfecit]* Video interpres conturbati, qnod idem et pontifex max. et privatus esse dicatur: in eo autem nulla repugnantia est; pontificatus enim magistratus non est. Quare nihil prohibet eundem et pontificem maximum esse, et privatum. *Idem.*

*Nam illa]* Fignram hanc præteritionem vocant. Historia ex Livio petenda est. *Idem.*

CAP. II. § 4 *M. Fulvius]* M. Fulvius Flaccus, quem C. Gracchus in locum Tiberii fratri iuvirum nominaverat, sicutumque regalis potentiae assumpserat. *Idem.*

*Mors ac reip. pœna]* De tribus antiquis libris, qui olim Dominici Grimaldi Cardinalis fuere, in eo, qui optimus est, loens hic ita legitur: *num unum diem postea L. Saturninum trib. pl. et C. Servilium præt. reip. pœna remorata est?* Quod ego ut vidi, qui

Servilium illis temporibus prætorem fuisse meminisse, videremque etiam ad nomen Saturnini additum esse nomen magistratus, in quo ille tum fuisset; dubium non habui, quin illud prætorem omnino recipiendum foret. Recordabar loci ex octava Philippiæ, qui me magis etiam in sententia confirmabat. Ita enim ibi seribitur: ‘C. Mario, L. Valerio com-ilibus senatus rempublicam defendendam dedit. L. Saturninus trib. pl. Glauca prætor est occisus.’ Quoniam autem scio, sa-pe commissum esse a librariis veteribus, ut has notas R. P. et P. R. quarum altera rempublicam, altera populum Romanum indicabant, inter se confunderent, carumque alteram pro altera ponerent; plane statui, totum hunc locum ita legi debere, *num unum diem postea L. Saturninum trib. pl. et C. Servilium prætorem populi Romani, pœna remorata est?* Vocem mors additam puto ab aliquo, qui declarare vellet, quod pœna genus illos consecutum fuisse. *Idem.*

*Vicesimum jam diem]* Rotundare numerum voluit; erat enim hic tantum duodecimius dies post factum S. C. ut notat Asconius. Sic in Pisoneum pro triginta sex annis, quadraginta dixit: sic centumviri dicebantur, cum essent centum et quinque. Sic Euripides et Virgilius Græcos mille navibus ad oppugnandam Trojam venisse dicunt, quas Homers **ciclo CLXXXVI.** Dio **ciclo cc.** Scholiastes Euripidis, mille centum et septuaginta fuisse affirmat. *Idem.*

*Interfectum esse te, Catilina, convenit]* Vereor, ne aliquid in his verbis insit vitii: primum, quod, seu verbum convenit media correpta legas, non convenient tempora; seu produlta, quæram, equis unquam, qui aliquem modo Latinæ linguae sensum haheret, ita loentus fuerit, ut diceret, convenit statim id fecisse, pro eo quod est, statim id fecisse oportuit.

Ego vero, ἀτρέκειας εἰπεῖν, utrovis modo, nedium indignum Cicerone, sed etiam plane barbarum esse loquendi genus censeo. Ut si quis dicat, Multum labore capere convenit eos, qui de gloria comparanda cogitant; quidvis eum facere potius, quam Latine loqui putem. Meus quidem hic sensus est: Si qui aliter opinabuntur, ii si, prolatis exemplis, erroris me coarguerint; non committam, ut etiam pertinaciæ coargnere possint. Est omnino quidam locus apud Terentium in *Heautontimorumenos*, qui fallere homines minus perspicaces queat. Ibi enim senex ille seipsum puniens ita loquitur, ‘Non convenit, qui illum ad laborem impulerim, nunc me ipsum fugere.’ Sed ibi alia ratio est. Comparantur enim duo ibi inter se, hæc, impulisse filium ad laborem, et ipsum laborem fugere; quorum alterum alteri convenire, atque consentaneum negat. Moveor etiam, quod in uno libro vetere, pro *convenit*, scriptum video *cum venit*: qua de scriptura quam conjecturam fecerim, dicam: non quod ea mihi plane probetur; sed ut alius quispiam, ea reprehensa, meliorem aliquam proferat. Venit igitur mihi in mentem cogitare, si forte ita legendum sit, quod quidem *senatus consultum confestim interfictum te esse, Catilina, cum relit; vivis: et viris, non ad depo- nendam, sed ad confirmandam audaci- am.* *Idem.*

*Cupio, P. C.]* Nunc demum ad patres orationem convertit, ideoque multo leniore ac remissiore dicendi genere utitur. *Idem.*

§ 5 *Interficiam te]* Nihil ab hac dissentinunt Pall. sed Lipsins Var. Lect. III. 22. Modius Epist. v. prodidere, restare in scriptis suis *interficere*; reperiisque in Col. Gulielmius; videaturque modestius, ac gravitate consulari dignius. *Grut.*

*Cap. III. § 6 Si illustrantur, si erumpunt]* ‘Illustrantur,’ ad noctis

tenebras retulit; ‘erumpunt,’ ad privatæ domus parietes. *Muret.*

*Muta jam istam mentem]* Non cohortatur enim ad sanitatem, quod se frustra facturum sentiebat; sed ait, nihil esse, quod in urbe manens de cæde atque incendiis cogitet: quare aliud ei consilium esse capendum, et in Manliana castra exeundum. *Idem.*

§ 7 *Ante diem XII Kalendas Novembris]* Magnam nobis lucem hic locus afferet ad hanc historiam subtiliter intelligendam: quam profecto et Sallustius et cæteri mirabiliter considerunt. Ac primum sciendum est, in hunc diem primo edicta fuisse comitia consularia: sed cum pridie ejus diei Cicero Catilinæ consilia ad senatum detulisset, factum est S. C. ne postero die comitia haberentur: ut de iis rebus in senatu agi posset. Nam aliter comitiali die senatus haberi non poterat. Postridie igitur, id est, ut ait Plutarchus, ipso comitorum die, Cicero frequenti senatu Catilinam excitavit, atque eum de iis rebus jussit, si quid vellet, quæ ad se allatae essent, dicere. Tum ille dixit, duo corpora esse reipubl. unum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite: huic, cum ita meritum esset, caput se vivo non defuturum. His auditis, decrevit senatus, ut vi-derent consules, ne quid resp. detimenti caperet. Hæc sumpta sunt e Mureniana. Jam igitur, cum Asconius dicat, diem, quo hæc habita oratio est, a commissa consulibus rep. duodevicesimum fuisse; profecto si quis rationem dierum ineat, videbit, eam ut nos diximus, habitam vi Id. Novemb. Hac autem in parte aliorum errata persequi piget. *Idem.*

*Mullium]* Scripsi hic *C. Mallium*, non, quomodo vulgati, *C. Manlium*. Putavi me tuto hac in re et sine reprehensione librorum veterum consentientem auctoritatem sequi posse, in quibus constanter hoc nomen et

apud Sallustium, et in his ipsis orationibus apud Ciceronem ita percipitum extat. Ego quidem usus aliquando sum antiquissimo libro, qui asservatur apud Gemblacenses, quem certa opinio est, et res ipsa docet, scriptum esse Sigisberti docti viri manu, qui in eo loco ante sexcentos plus minus annos claruit, in quo non aliter hoc nomen scriptum deprehendi. *J. Lipsius.*

CAP. IV. § 8 *Noctem illam superiorem*] Non ita, ut opinor, locutus esset, si proximam noctem indicare voluisse. *Muret.*

*Venisse inter falcarios]* Priscianus lib. xviii. col. 118. ‘venisse inter falcarios’ interpretatur, ‘venisse in locum ubi sunt falcarii.’ Veteribus glossis ‘falcarius’ est falcifer, et falcifex. ‘Falx,’ præter usitatam significationem, est etiam sica. Juvenal. Sat. viii. 201. ‘Nec clypeo Graculum pugnantem, et falce supina.’ Vetus Scholiastes, ‘Thracum armatura intelligenda est, quibus proprium telum sica.’ Glossæ Veteres, ‘Sica, Thracius ensis incurvus.’ Glossæ Isidorii, ‘Falcarius, gladiator falcem ferens.’ Cicero pro Sylla cap. 5. ‘Emisso jam ex urbe Catilina, ille (Antonius) arma misit, cornua, tubas, falces;’ ubi male nonnulli scripserunt fasces. Jam fidem facere si quam potest vetus in Catilinam declamatio, cui nomen est adscriptum Porci Latronis, M. Leccæ domum ad nocturnos cœtus delegerat Catilina, ut ‘remotam ab omni celebritate, constipatam multitudine arbicularum, et ab omni suspicione prodendi facinoris non mediocriter abhorrentem . . . quo telorum innumerabilem copiam constitundam atque ostentandam curaverat.’ Si habitabat fabros inter falcarios Lecca, ejus erat domus ad hanc, quam declamator commemorat, telorum comparationem valde opportuna. *Buherius.*

*In M. Leccæ domum]* Scribendum

*M. Leccæ* ex auctoritate argentei denarii, in quo M. hic PORCIUS LAECA descriptus est. *F. Ursinus.*

§ 9 *Reperti sunt duo equites Romani]* Magna in his duobus nominandis scriptorum dissensio. Sallustius C. Cornelium, equitem Rom. et L. Vargunteium senatorem nominat; in quo dissentit a Cicerone, qui utrumque equitem fuisse ait. Nam de C. quidem Cornelio omnis dubitatio tollitur ex oratione pro Sylla. Dio dnos dieit; sed neutrui nomine appellat. Plutarchus Marcium, et Cethegum vocat, de quorum priore nihil alibi reperio: sed Plutarchum falli constat; cum aperte Cicero C. Cornelium unum ex iis fuisse affirmet. Quanquam enim Cethego quoque idem et prænomen et nomen fuit, tamen hunc C. Cornelium, de quo hic agitur, facile probari potest, non esse C. Cornelium Cethegum. Quid ita? quod Cethagus quidem in carcere strangulatus est. At hic adhuc vivebat, quo tempore Cicero P. Syllam, ipsius filio accusante, defendit. Omnium autem fœdissime labitur Appianus; tribus enim manifestis erroribus, in hac re tradenda, seipsum involvit. Primum in tempore; ait enim hoc consilium initium esse, cum jam Catilina ex urbe discessisset. Deinde in his duobus nominandis; ait enim fuisse P. Lentulus et Cethegum: non dixisset antem Cicero duos equites, si ex iis unus P. Lentulus prætor fuisse: illud vero palmarium, quod Cethegum quoque prætorem fuisse tradit. Ut, si hunc sequare, nenter eorum eques Rom. fuerit; nedum uteque, ut Cicero dicit. Non fuisse autem Cethegum prætorem, ex eo intelligitur, quod quæ religio servata est in Lentulo, ut magistratu cogeretur abdicare se, antequam ei cervices frangerentur, eandem proiecto senatus in Cethego retinuisse. Quod ubi lectum, aut cui unquam vel fando auditus est? Ac vereor interdum,

ne mea in ejusmodi scriptoribus reprehendendis ab aliquo culpetur audacia. Quod si id obtrectandi studio facerem, egometipse me temeritatis impudentiaque damnarem. Nunc cum investigandæ atque eruendæ veritatis desiderio incensus faciam, pro qua summus philosophorum non aliena tantum, sed sua etiam cuique, si res ferat, evertenda esse placita pronunciavit; neminem puto æquum rerum æstimatorem fore, qui mihi non id laudi potius, quam vitio, ascribat. Etenim sive eos merito accuso; quis me propterea vituperandum duxerit? sive injuria; prodeat aliquis, qui eadem opera et culpa illos, et errore me liberet. Nam quemadmodum ait Æschines, privatorum inimicitii multa in repub. corrigi; ita in litteris quoque plurima litteratorum hominum, non inimicitii quidem, sed modestis, et ab omni contumelia remotis dissensionibus corringtontur. *Muret.*

§ 10 *Vix dum etiam cœtu resto dimisso*] Fulvia enim media nocte ipsamet ad Ciceronem profecta, hoc ei indicavit. Plutarchus, Sallustius. *Idem.*

CAP. V. *Quæ cum ita sint*] Argumentationis summa est: Si omnia tua consilia nota sunt, exire debes. Sunt autem nota. Tibi igitur est exendum. Annota autem, ut hæc tota pars tum brevibus membris, tum incisis, tum etiam iis, quæ incisis breviora sunt, contineatur: quod dicendi genus ad imperandum, et ad perterrefaciendum aptum esse, tradit Demetrius. *Idem.*

§ 11 *Proximis comitiis*] Habitis a me; quibus designati sunt Silanus et Murena. *Idem.*

*Petisti*] Verbum gladiatorium. *Idem.*

§ 13 *Non jubeo*] Ne poterat quidem. Nulla enim lex erat apud veteres Romanos, quæ ullum maleficium exilio multaret; sed in exilium ibant, qui legis multam sufferre in

civitate noblebant. Ita Cicero pro Cæcina. *Idem.*

CAP. VI. *Quid enim Catilina*] Quasi deposita consulis persona, suasoris personam suscipit; ut, quod postea dicet, videatur, non odio, sed misericordia Catilinæ commoveri. Saudit igitur, ut ex urbe exeat: quod vita ei snavis esse non possit, ubi oderit omnes, odio sit omnibus, ubi invidia flagret, ubi ære alieno sit obrnatus, ubi nefaria ipsius de disperditione reip. consilia omnibus nota sint. At hæc simulata suasio longe amarissimam Catilinæ insectationem continet. *Idem.*

*Quod privatuarum rerum dedecus non hæret infamia*] Victorius et Manutius non aliter. Forsan, inquit Gruterus, non inhæret tuæ famæ? Lambinus, non hæret in fama, cui acquiescit Turnebus Adv. xxx. 15. Buherius denique, quod privatuarum rerum decus non hæret infamia? Multa scilicet in Catilina erant bona et decora naturæ, quæ omnia illa vitiis corrupterat. Vile pro Cælio cap. 5. et 6. Quod ediderunt Victorius et Manutius, facile intelligi posse arbitror, si quis animadvertis, famam in homine improbo esse infamiam. Hoc ergo vult Cicero: Nullum est privatuarum rerum dedecus, quod tuo nomini, tuæ famæ et infamiae, non hæreat. *Oliv.*

§ 14 *Vacuum*] Suspiciose significat, eam ab ipso necatam. *Muret.*

*Alio incredibili scelere*] Vel quod filium occiderit, ut est apud Sallustium; vel quod filiam suam, ex adulterio susceptam, in matrimonium duxerit: quod ei objicit Cicero in oratione, quam habuit in Toga Candida. Plutarchus eum, præter parcidium fratris, ait, filiæ suæ virginis vitium obtulisse. *Idem.*

*Proximis Idibus*] Quo die usuram creditæ pecuniaæ fœneratori solvere necesse erat. Horat. Epod. ii. 69. *Manut.*

*Sed ad summam reipublicæ]* Meus primus optimus et Pithœi rectissime scribit, *sed ad summam remp.* ‘*Summa resp.*’ est res quæ pertinet ad salutem totius reip. Plantus in Mercatore, ‘Nam si istuc jus est senecta ætate scortari senes, Ubi loci res summa est nostra publica?’ Vid. Gronov. ad Liv. xxvi. 10. *Grær.*

§ 15 *Pridie Kalendas Januar.]* M. Æmilio Lepido, L. Volcatio Tullo coss. cum P. Autronius et P. Cornelius Sylla coss. designati, ambitus pœnas dedissent; inque illorum locum L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus suspecti essent; Catilina, qui, repetundarum reus a P. Clodio Pulchro factus, consulatum petere prohibitus esset, indignatione et odio in remp. accensus, cum Autronio et Sylla, (certe quidem cum Autronio) aliisque nobilibus viris, consilium initit interficiendi ad Kal. Jan. novos consules, restitnendique consulatus iis qui abdicare coacti erant, occupatamque rempublicam pro sua libidine moderandi. Id consilium initum est circa Nonas Decemb. Ejus rei causa, pridie Kal. Jan. Catilinam Cicero ait in comitio stetisse cum telo: tnm, ut opinor, cum abeuntes magistratu consules ad populum e Rostris ex more verba facerent. Postridie eum M. Crassus, qui et ipse conjuraverat, mutato, ut creditur, consilio, non affuisset; ideoque C. Julius Cæsar, ipse quoque ejus conjurationis participes, signum, quod convenerat, non dedisset, (erat autem signum, ut togam de humero dejiceret) res ulterioris progressa non est: sed dilata in Non. Fehr. Tum quoque aliquod amicum P. R. numen effecit, ut Catilina, prinsquam armati convenissent, signum daret. Id P. R. saluti fuit. Hæc e Sallustio, Asconio, Suetonioque collegi. *Muret.*

§ 16 *Quibus abs te initiata sacris]* Sententia est: Ita te geris, ut vovisse videaris alicui Deo, te sicam illam

in consulis corpore defixurum. Hac enim Cottam primo, Torquatum, deinde me consulem s̄a pe jam e medio tollere conatus es. *Idem.*

CAP. VII. § 18 *Quæ tecum, Catilina, sic agit]* Longe pulcherrimum exemplum πρωτωποιας, quam vel conformatiōnem, vel personæ fictionem Latine vocare possumus. Porro et hoc, et alterum, quod in hac ipsa oratione reperiemus, et illud Appi Cæci in oratione pro Cœlio, puto ad imitationē Platonis efficta esse, qui hoc modo leges in Critone, veteres Athenienses pro patria mortuos in Menexeno loquentes introduxerat. *Idem.*

*Tu non solum ad negligendus leges]* Negligit leges ac quæstiones, qui eam metu a peccando non continentur: easdem perfringit, qui, cum in judicium adductus, manifesto tenetur, aliqua tamen via elabitur. Catilina autem primum accusatus fuerat repetundarum, Lepido et Tullio coss. atque absolutus per prævaricationem accusatoris P. Clodii: deinde etiam cædis, consulibus Cæsare et Figulo, ut est apud Dionem, et tunc quoque absolutus. Hoc quoque ipso tempore interrogatus erat lege Plantia ab L. Paulo. Ita Sallustius. *Idem.*

CAP. VIII. § 19 *M. Lepidum]* Qui consulatum cum Volcatio gesserat. *Idem.*

Q. *Metellum prætorem]* Q. Cæciliini Metellum Celerem dicit; qui, biennio de more interjecto, consulatum postea cum L. Afranio gessit. *Idem.*

*Virum optimum]* Ironiam esse, annotat Fabius lib. ix. Et sane, quomodo idem Catilinæ sodalis, et vir optimus esse potuisse? *Idem.*

*M. Marcellum]* Constat, non esse eundem, quem, paulo post, virum fortissimum vocat; id est, eum pro quo extat oratio ad Cæsarem. Opinor, hunc M. Marcellum illius C. Mar-

celli, de quo in Sextiana defensione mentio est, patrem fuisse. *Idem.*

*Emori]* Ita Victorinus. Sententia est: Si non potes a te impetrare, ut hic moriaris, sive manus tibi ipse inferens, sive aliena manu tens, fuge hinc in solitudinem. *Græv.* Alii numero plurimi cum Mureto, *morari.*

§ 21 *P. Sextio]* P. Sextio Gallo, quæstori C. Antonii consulis, pro quo extat Ciceronis oratio. *Idem.*

*M. Marcello]* Hic ille est, ut ante dixi, quem postea apud Cæsarem defendit Cicero. *Idem.*

*Usque ad portas prosequantur]* Mos antiquus erat prosequendi eos qui in exilium abirent. Sic in oratione, quæ proxime hanc sequitur: ‘Vel ejecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem urbe prosecuti sumus.’ *Id.*

**CAP. IX.** § 24 *Ad forum Aurelium*] Est is locus prope laevam Arminiaë, sive Floris amnis ripam, vulgari nunc vocabulo *Monte Alto*, oppidum satis celebre. Nomen et originem habuit ab Aurelio quodam, qui Aureliam Viam a Roma Pisæ usque, sub initium hand dubie subactæ a Romanis Etruriæ, stravit. Quis autem fuerit ille Aurelius incertum est. *Cluver. Ital. Antiq. II. 2.*

*Aquilam illam argenteam]* Romanorum legionum proprium signum fuisse aquilam, constat. Cum autem legio divideretur in decem cohortes; prima cuiusque legionis cohors semper suscipiebat aquilam: ut est apud Vegetum. Erat autem aquila parvum sacellum, sive, ut Cicero hic loquitur, sacrarium; in quo inerat aquilæ effigies, vel argentea, ut hic videmus, vel aurea. Id sacellum hastæ impositum ex inferiore parte acutæ, quo in terram defigi posset, portabat is, qui Aquilifer dicebatur. Narrat Dio lib. XL. Aquilas autem illas divino cultu affici solitas esse, et ea quæ modo recitavi, indicant, et Ciceronis hoc loco verba confirmant. *Idem.*

**CAP. X.** § 26 *Verum etiam bonis occisorum]* Qui sunt illi occisi, et a quo sunt occisi? Forte quos Jain pro occisis habebant. Sed omnes quatuor libri quos evolvi, et Pith. excerpta, *bonis otiosorum*, hoc est, in pace, tranquille viventium. Sic quoque P. Manutii editio. ‘Otium’ est pax Ciceroni, ‘otiosus’ in pace vivens, pacisque cupidus. Dies noctesque cogitat, ut bello civili moto illis, qui pacem malebant, bona eripiat, et sibi vindicet. *Græv.*

**CAP. XI.** § 27 *Mactari]* Usum quendam bojus verbi, panceis, ut arbitror, notum, quem ante hos decem annos annotavi, et publice docui, cum etiam tum adolescentulus, Linni, quod Pictonum oppidum est, et humaniorum litterarum, et juris civilis studiis florentissimum, Amphitronem Plautinam enarrarem, tradere hoc loco institui; simulque locum Plautinum, a quibusdam, qui eum non intelligebant, corruptum, declarare. Mactare igitur hostiam alicui Deo, usitate dicimus; ut, ‘Cœlicolum regi mactabam in littore taurum.’ At mactare Denui quempiam aliqua hostia, minus saepè usitatum illud quidem, sed tamen a veteribus dictum esse constat. Atque inde jocandi occasionem arripuit Plantus: apud quem Mercurius, assumpta Sosiae forma, cum Amphitronem advenientem ludificaretur, et a fontibus repelleret, multis ultiro citroque jacatis conviciis, ad postremum ita eum alloquitur, ‘Sacrfico ego tibi:’ cumque miratus Amphitrono subjunxit, ‘Qui?’ respondet ille, ‘Quia enim te macto infortunio.’ Ubi jocus est, ut dixi, e vocabuli ambiguitate quæsitus. Num cum mactare aliquem, interdum sit, ei sacrificare, ad hanc verbi notionem Mercurius respiciens, ei se sacrificaturum pollicetur. At postea illudens, pro hostiæ nomine, ponit vocem ‘infortunio.’ Quid autem sit, ‘mactare aliquem infortu-

nio,' nemo nescit. Hoc qui non intelligebant, corrumperunt et versum et sententiam, adjectis duabus vociis, hoc modo: *Sacrifico ego hunc tibi, Jupiter.* Ejusdem autem locutionis exemplum est in interrogatione in Vatinium: 'Cum inanida ac nefaria sacra suscepitis, cum inferorum animas elicere, cum pnerorum extis Deos Manes mactare soleas.' At extra hos duos locos, hand scio, an ullum præterea illius exemplum in veterum scriptis reperiatur. Muret.

CAP. XII. § 29 *Ego, si hoc optimum]* Dissolutio propositæ argummentationis; quæ quidem propositionibus duabus, earumque rationibus continentur. Prior propositio: *Ego, si id e repub. fore judicassem, Catilinam, nulla interjecta mora, morte multassem.* Ratio: Non enim metuerem, ne nulla tam pulchrum facinus invidia sequeretur. Quod si aliter caderet, tamen gloriam eam potius, quam invidiam, dicerem. Altera propositio: *Sed satius esse duco, ut emittatur.* Ratio: *Quoniam, eo imperfecto, video fore, ut hoc malum reprimatur tantum paulisper; ejecto autem, et profligato cum suis, ut in perpetuum comprimatur.* *Idem.*

*Invidiam virtute partam, gloriam ]* Potestne virtus invidiam parere? Atqui si invidia, aut odium est, aut quoddam odium; virtutem autem etiam vitiosi amant; quomodo e virtute potest invidia existere? Sed tamen et Pindarus alienbi queritur, et exempla docent, et communis omnium vox, quam ego quidem pro oratione habendam esse duco, clamat, pulcherrimis factis invidiam plerunque comitari. Demus igitur nos aliquantis per huic cogitationi; est enim res digna cognitu. Hujuscemodi autem disputationes qui non amant, prætereant. Ego, quando hic, ut poëtae loquuntur, menti calor incidit, sequar enim quocumque ducet; et

vel mihi, nt dicitur, canam, et Musis, vel iis, quibus paulo φιλοσοφικάτερον ingenium est, serviam; quæramque, quæ sit origo invidiæ, quæ natura; qui, quibus, et quas ob res invideant; tum quæ sint ea, quæ quasi cursum invidiæ sistant. Atque hinc ordior. Omnes affectus ab ingenito cuique sui ipsius amore proficiuntur. Hic unus quasi fons cæterorum omnium est: quia enim amat se quisque, idcirco quæ sibi bona esse vel scit, vel putat, ea et absentia desiderat, et objecta persequitur, eorumque tum adeptione, conservatione, amplificatione gaudet, tum contrariis rebus offenditur. Malorum autem contraria ratio est. Atque hoc quidem principiū disputationis ponatur a nobis, summaturque hoc loco, quasi concessum; longiorem enim orationem requirit. Cum igitur sibi quisque carissimum sit, fit ut se omnibus bonis ornatum ac florentem videre cupiat; ægrene ferat, si quid ejus generis in alio videat, quod in se desideret. Hæc origo, quasique radix invidiæ est. Dolent autem, aut quod ipsi careant eo, quod alius habeat; aut quod alius habeat id, quo ipsi careant. Interestque inter hæc. Nam qui dolet, quod ipse caret, dolet malo suo; qui, quod alius habeat, alieno bono: itaque ea demum invidia est, non quod tu careas; sed, quod alius habeat, dolere. Quod si progrediatur affectus hic etiam longius, ut doleas, id boni esse alii, quod tibi quoque sit; hæc jam non invidia est, sed illa quam Graeci ξηλοτυπίαν, Cicero 'obtrectationem' vocat. Non igitur invidus est, qui alium formosum, valentem, opulentum, eruditum, πολύφιλον videns, dolet, se quoque tales non esse. Hac enim ratione omnes invidi essemus: sed eni hoc ipsum per se ægre est, quod hæc in alio sint, is demum est invidere censendus. Neque vero proprie invidia odium est; sed est tamen quid-

dam odio affine. Nam et odisse homines sceleratos dicimur, quibus non invidemus: et odium vel ex injuria accepta, opinata, expectata, vel ex opinione aliqua pravitatis et sceleris nascitur; cum invidia longe alios habeat fontes: et odium interdum laudabile est; invidia nunquam: et qui odit, male esse vult; qui invidet, non male omnino, sed aliquando minus bene. Ut si domus in vicino posita ædium tuarum luminibus officiat, non eam quidem funditus excisam, sed illam tantum partem, quæ tibi molesta est, sublatam velis. Quanquam in hac similitudine hoc dissimile est; quod invidus iis, quæ nihil ipsi officiunt, alienis prosperitatibus affligitur. Invidiam tamen odium quoddam plerumque comitatatur: ideoque ipsum invidiæ nomen interdum pro odio ponitur. Ac quoniam imminutio boni, malum quodammodo est, alienis malis gandere invidus dicitur: unde illud poëta, ‘Risus abest, nisi quem visi fecere dolores.’ Eleganterque Bio, quendam, qui hoc morbo laborabat, ridentem conspicatus, ‘Huiccine,’ inquit, ‘boni quid contigisse dicam; an alii cuiquam aliquid mali?’ Optimus tamen et dicendi et sentiendi magister, Aristoteles, ista distinguit, ut aliud φθόνον vocet, aliud ἐπιχαιρέτασθαι. Cum autem invidia dolor quidam sit, et dolor omnis fodicit, atque exedat eum in quo est; merito dicitur, ipsam invidiam esse supplicium sibi. Nunc qui quibus, et propter quæ fere invideant, strictim explicemus. Invident igitur, non qui sua sorte contenti sunt; (nam etiam poëta, in quorum scriptis longe verissima omnium affectuum expressio est, cum amoribus suis secure frnuntur, negant se vel Jovi invidere) sed qui semper majus aliquid requirunt, quales præcipue sunt ambitionis atque avari. Illi enim quicquid ad gloriam, hi quicquid ad opes accedit alienas, sibi quodammodo de-

trahi credunt. Invident etiam fere inferiores superioribus: unde dictum est, ‘Summa petit livor;’ non tamen iis, qui longo intervallo superiores sunt, ut Diis aut regibus; neque procul remotis, ut Scythæ Persis; sed et ejusdem artifici homines inter se. Unde est apud Hesiodum, ‘Figulns figulo;’ quod tamen ita intelligendum est: si gloriam ex eo studio, aut pecuniam aucupentur. Alioqui enim similitudo studiorum amoris potius causa est: nonnunquam etiam superiores inferioribus, ut Crassus et cæteri nobiles crescenti adhuc Ciceronis gloriæ invidebant: et novis potius, quam nobilibus; juvenibus potius, quam ætate provectis: ut enim ignis exoriens plurimum fumum, ita maximam invidiam gloria exoriens excitat. Quo pertinet Themistoclis dictum, qui adolescens dicebat, ex eo se intelligere, nihil dum a se splendide gestum, quod nondum invidiæ dente peteretur. Magnam etiam invidiam facit ostentatio sui: vereque scripsit Euripides, τὸ σεμνὸν esse omnibus odiosum. Et æquales æqualibus, et nobiles nobilibus, omninoque pares paribus ideo facile invident, quia aut antevertere ipsi aliis volunt, aut, ne alii sibi antevertant, timent. Et iis, qui tradita sibi potentia immodeice utuntur; cujusmodi invidiam in Catilinæ causa Cicero metuebat. Omnino autem invident aut felicitatem, aut partem aliquam felicitatis: quocirea sapienter Pindarus, κρέσσων οἰκτηρῷ φθόνος. Vereque vulgo dici solet, tribus ex optimis rebus tres pessimas oriri; e veritate odium, e familiaritate contemptum, e felicitate invidiam. Invident autem non tam virtutem, quam præmia virtutis, ut opes, honores, imperia: nemo enim suam fortitudinem invidit Regulo aut Deciis: at Ciceronis consulatus maximam invidiam habuit. Ac tum maxime accenditur invidia, cum genere, aut ejusmodi re aliqua superiori glo-

ria ab inferiore præripitur. Itaque hæc interdum vel exitii causa est, ut Gobriæ filio contigit. Non igitur ἀπέστως invidiam parit virtus; sed virtus gloriam, invidiam gloria. Vitatur autem invidia, si te modeste et æqualiter cum aliis geras, nunquam te illis, ut ait comicus, anteponens. Minuitur etiam, si non omnia tibi uno quasi tenore procedant. Ægre ferunt enim homines, aut unum præ cæteris excellere, aut uni, quasi fortunæ filio, omnia prospere succedere. Sæpeque sapientes viri in secundissimis rebus aliquid sibi evenire incommodi optarunt; hoc est enim, quod dicitur, invidiæ sanguinem mittere. Terminatur autem sine dubio

quidem morte: unde illa, ‘Pascitur in vivis livor: post fata quiescit,’ et, ‘diram qui contudit Hydram, Comperit invidiam supremo fine domari.’ Sed et confirmata jam, et ad summum perducta gloria invidiam extinguit; sic enim et aucto jam igne fumis evanescit, et sol ad summum cœli erectus minimam umbram efficit. Quamlibet multa, aut innumerata potius possem in hoc argumento dicere: sed hæc ipsa, vereor, ne nimium multa sint; quæ tamen quoquo modo accipientur a lectoribus, juvat, ut ait poëta, induluisse furori. *Muret.*

CAP. XIII. § 32 *Malleolos*] Vide *Vegetum* iv. 18. *Idem.*

## ORATIO II.

CAP. I. § 1 *Tandem aliquando*] Perterrefactus superiori oratione Catilina, ex urbe sese, intempsa nocte, cum paucis, ut ait Sallustius; eum trecentis, ut ait Plutarchus, conjuratis eduxerat. Postridie Cicero, cum senatum habiturus esset, interim dum senatores convenirent, hanc orationem ad populum e Rostris habuit. *Muret.*

*Vel ipsum egredientem*] Ejicimur nolentes, emittimus volentes: sed utrumque ab alio: egredimur autem ipsi per nos. Ejectus igitur Catilina; nolebat enim exire, donec Ciceronem oppressisset: vel potius emissus; qui enim sua omnia consilia erui e tenebris, et e privatae domus parietibus in lucem erumpere videret, in urbe tuto esse posse se non putabat: vel potius neque ejectus, neque emissus est, sed per se egressus. Nihil enim erat ei longius, quam ut esset in Manlii castris. *Idem.*

*Prosecuti sumus*] Qua de consuetudine a nobis superius dictum est: non tamen ita hoc dicit, quasi revera Ca-

tilinam prosecutus fuerit; sed tantum hoc genere loquendi significat, nullum exeunti ei vim adhibitam fuisse. *Idem.*

*Abiit, excessit, evasit, erupit*] Non est congeries idem significantium; sed crescit veluti per gradus oratio. ‘Excessit,’ plus est quam abiit. ‘Evasit,’ tanquam ex eo loco, in quo jam sine periculo versari nequiret. ‘Erupit’ cum impetu quodam, et alacritate auimi gestientis pervenire in Manlii castra. *Idem.*

*Sine controversia*] Non est, ut quidam exponit, ne ipso quidem Catilina repugnante: sed idem valet, quod paulo post, ‘sine dubio;’ et infra ‘sine dubitatione’ ἀπρεκέως. *Idem.*

*Loco ille motus est*] Id est, de statu dejectus: quem enim locum sibi quisque ad dimicandum cepit, is et a Græcis στάσις, et a Latinis ‘status’ dicitur. Unde Ciceroni in controversiis forensibus status vocatur, in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio. *Idem.*

CAP. II. § 3 *At si quis est talis*]

Nunc ingreditur ad declarandam rationem consilii sui; cur non interficiendum potius, quam emitendum esse Catilinam duxerit. Artificiose autem facit, ut non modo non improbet, sed magnopere etiam landet eorum sententiam, qui eum interfici debuisse dicebant; et tamen ab omni reprehensione se liberet. Tale enim dilemma afferri adversus Ciceronem poterat. Aut conjuravit Catilina, aut non conjuravit: si conjuravit, interficiendus fuit: si non conjuravit, ne ejiciendus quidem. Hinc ita respondeat, ut illum interfici debuisse fateatur, sed ostendat tamen magis e republica fuisse, ut emitteretur. *Idem.*

*Sed quam multos fuisse putatis?* Tria hominum genera ponit, in quorum invidiam incursum erat, si Catilinam interfecisset: unum eorum, qui, ipsum Catilinæ inimicum esse, propterea quod eum in consulatu acerbum competitorem habuerat, putabant; ideoque, quæ ab ipso deferrentur, non credebat, quod ab odio proficiisci existimarent; alterum eorum, qui ita stulti erant, ut non putarent, aut etiam ut defendenter; tertium denique improborum hominum, qui Catilinæ conatus et inceptionibus favebant. *Idem.*

*Invidiae meæ?* Qua mihi invidetur, non qua ego aliis inviderem. Sic infra, ‘invidiae meæ levandaæ causa.’ Utroque autem modo dici invidiam, ipsem docuit lib. iv. Tusculanum. Ego vero video, multa quoque alia nomina a veteribus eo modo usurpata esse. Utilitas enim mea sæpe quidem est ea, quam ego percipio; sed interdum ea quoque, quæ ex me percipitur. Terentius Eunuchus, ‘In ea re utilitatem ego faciam, ut cognoscas meam.’ Cicero ad Tironem: ‘Utilitatibus tuis possum carere: te valere, tua causa primum volo; tum mea, mi Tiro.’ Sic negligentia tua, qua tu negligeris; et odium tuum, quo te alius prosequitur,

Terentius, ‘Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo.’ Sic insidiae alicujus, non quas ipse tendit, sed quæ ipsi tenduntur, Cicero pro Cælio: ‘Quod in alicujus agrestis periculo non prætermitteret, id, homo eruditus, in insidiis doctissimi hominis dissimilandum putare?’ Multa his consimilia reperiet, si quis accurate observare volnerit. *Idem.*

§ 4 *Tongillum, mihi eduxit?* Illud mihi ad sententiam nihil, ad sermonis elegantiam, et, ut ita dixerim, urbanitatem, longe plurimum adjungit. Sic infra, ‘Qui mihi accubantes in conviviis.’ Et pro Murena, ‘Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annos.’ Terentius Phormione, v. 8. 21. ‘Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum finit senes.’ *Idem.*

*Amare in prætexta columnia cœperat?* Ita reperio etiam in calamo exaratis libris. Neque tamen dubium est, quin ea vox aut omnino redundet, aut aliquo modo corrupta sit. Ego certi nihil pronunciare audeo. *Idem.* Quidam emendarunt, quem amare prætextatum in Gallia cœperat. Ursinus. Credam a Cicerone scriptum *infumare*, donec verisimilius quidpiam oriatur e MSS. *Buherius*. Opinatus sum aliquando Ciceronem scripsisse, quem armare, in prætexta, columnia cœperat, hoc sensu: Quem jam a tenera ætate, et adhuc adolescentulum Catilina ad omnem columniandi artem formare cœperat; quique adeo vexandis per falsas criminationes innocentibus viris assuefactus, timeri fortasse possit in foro; in pugna et acie non possit. Quin Latinum sit ‘armare columnia,’ non dubitabit, qui legerit, aut legisse meminerit, ‘armare accusatorem omnibus rebus;’ ‘perditos magistratus Deorum immortalium regione armare;’ ‘temeritatem concitatae multitudinis auctoritate publica armare;’ ‘armatus anadacia, ingenio.’ Quæ omnia Ciceronis sunt; ut etiam, ‘armare cloquen-

tia,' 'uno versiculo armati consules,' &c. Catilina porro, quod narrat Sallustius de B. C. cap. 26. et amplificat Cicero pro Cœlio cap. 5. et 6. homo erat omnium artium; et adolescentes, quos illexerat, ad cœdes et facinora, vel, si qui nimis imbelles forent, certe ad frandes et ad calumniam forensem exercebat. Sic restituta in locum, unde exciderat, una dñntaxat literula, hanc puto salebram posse complanari. *Odinus.*

CAP. III. § 5 Q. *Metellus*] Missi sunt prætores, Q. Pompeius Rufus Capnam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum; hisque permissum, uti pro tempore atque pericolo exercitum compararent. Hæc Sallustius. Equibus constat de delectu, quem habuit Metellus in Piceno. De Gallico autem, e Dione cognoscitur; qui narrat, cum senatus provincias decrevisset consulibus, Macedoniam et Galliam; Ciceronique Macedonia, quæ lucrosior erat, obtigisset; Ciceronem sponte eam concessisse C. Antonio, ut hominem magno ære alieno, ob idque non alienum a suspicione conjurationis, oblata lucri spe, ad bonas partes adduceret: ac ne ipsum quidem in Galliam ivisse, sed, cum sibi sumpsisset urbis custodiam, eo Q. Metellum misisse. Atque hoc est, quod Cicero tam sæpe a se provinciam reipubl. causa prætermissam finisse jactat. *Muret.*

*Vadimonia deserere*] Vadimonium deserere, est, quem in diem tu alium, alias te vadatus fuerit, eum diem non obire. In desertores autem vadimoniæ, poena infamiae constituta erat; et in eorum bona creditores a prætore mittebantur. *Idem.*

*Qui fulgent purpura*] Significat senatores esse: soli enim senatores purpuream tunicam lato clavo insignem ferebant. *Idem.*

§ 6 *Superioris noctis*] Non intelligit eam noctem, quæ proxime antecesserat: neque enim conveniret,

quod statim subjungit, 'Patefeci in senatu hesterno die.' *Idem.*

CAP. IV. § 7 *Testamentorum subjector*] Ut Græcis ἵποβάλλεσθαι, ita Latinis 'subjicere,' est interdum falsum et adulterinum quippam veri ac germani loco supponere. *Idem.*

*Circumscriptor*] Qui inducendi ac circumveniendi homines, quasi artificium quoddam tenet. Hoc quoque a Græcis sumptum, quibus περιγράφειν interdum valet 'decipere.' *Idem.*

CAP. V. § 9 *Diversa studia*] Vide orat. pro Cœlio cap. 5. et 6.

§ 10 *Obligurierunt*] Unus e veteribus libris, *abligurierunt*: idque fortasse verius est; nam obliguriendi verbum non memini alibi legere. *Muret.*

*Ebriosos*] Omnes ad unum libri veteres, *ebrios*, quod valde probo: nt enim dormiens vigilanti, ita ebrios sobrio opponitur. *Idem.*

§ 11 *Unius*] Cn. Pompeii.

CAP. VI. § 12 *Paruit, quierit*] Verissimam hujus loci scripturam retinuit solus Duisburgensis, *paruit, irit. Hesterno*, &c. Græv.

CAP. VIII. § 18 *Unum genus est eorum*] Sex a generibus hominum Catilinæ copias conflatas esse dicit: de quibus singulis ordine videbinus. Primi sunt, locupletes, obærati, amantes possessionum. His id consili dat, ut, divendita aliqua parte possessionum, dissolvant ea quæ debent. Quod ut etiam cogantur faceie, tabulas auctionarias propositurn se esse profitetur. *Muret.*

*Tuas possessiones sacrosanctas futuras putas*] 'Sacrosanctas,' intactas dicit, et ab omni injuria tutas. Sic sacrosancta potestas tribunorum plebis, qui non sine capitali piaculo attungi violenter poterant. *G. Budæus, Annot. prior. in Pandect.*

*Tabulas novas*] In tabulis argenti- riorum prescribebatur, quid enique quisque acceptum expensumve ferret. Catilina igitur, qui videret mag-

num in civitate æs alienum esse, pollicebatur, se publice incensurum omnes argentariorum tabulas, ita ut nemo, quod aeris alieni antea contraxisset, persolvere cogeretur. *Muret.*

*Certare usuris cum fructibus]* Est velle usuras sortis creditæ solvere fructibus, seu redditibus, quos capimus ex fundis possessionibusque nostris, cum tamen usuræ fructus prædiorum superent. *Græv.*

*CAP. IX. § 19 Alterum genus est eorum]* In secunda quasi cohorte Catilinariae legionis ponit eos qui cum ære alieno obruti essent, ad honores tamen, et imperia quoquo modo pervenire cupiebant. Ideoque studebant novis rebus, quod facile cernebant, se quieta rep. nunquam ea, quæ optabant, consecuturos. *Murct.*

*Concedi sit necesse]* Si Catilina, quod optabat, consecutus fuisset, sine dubio tradidisset honores, mandassetque imperia, non iis qui votis tantum ipsi fassisent, spectatoresque se ociosos præbuissent; sed iis quorum in bello gerendo virtutem et industriam expertus eset. *Idem.*

*§ 20 Tertium genus]* Duo priora genera erant eorum qui favebant quidem conjurationi, sed ita tamen, ut arma non caperent, neque ad exercitum proficiserentur. Hæc, quæ nunc enumerat, eorum sunt, qui in exercitu erant. *Idem.*

*Quas Fesulis Sylla constituit]* Puto vocem *Fesulis* delendam esse: non enim plures colonias Sylla Fesulis constituerat. Ac suspicor, errori occasionem præbitam e similitudine, quæ est inter hunc locum et alium quemdam e sequenti oratione, ubi Ci-

cero de P. Furio loquens, ‘Qui,’ inquit, ‘est ex iis colonis quos Fesulus L. Sylla deduxit.’ Imperiti enim, qui ibi Fesulas nominari viderent, hic quoque nominandas putarunt. *Idem.*

*CAP. X. § 21 Quartum genus]* Primum genus, obœrati, amantes possessionum: secundum, obœrati, honorum cupidi: tertium, Syllani milites: quartum, urbani decoctores: quintum, scelerati, sicarii, parricidae: sextum, impuri et impudici. *Idem.*

*Vadimoniis, judiciis, proscriptionibus bonorum]* Præclarus ordo. Primum enim vadatur creditor debitorem. Si debitor vadimonium deserterit, judicium adversus eum datur; mittiturque creditor in possessionem. Si per triginta dies bona possessa fuerint, proscribuntur. *Idem.*

*§ 22 Manicatis et talaribus tunicis]* Quorum nrumque mulieribus permisum, viris vel maxime indecorum habebatur. Vide Gellium VII. 12. *Idem.*

*Velis amictos, non togis]* Togarum laxitatem et tenuitatem significat. *Idem.*

*§ 23 Cohortem prætoriam]* Nam ipse prætor, id est, imperator, perpetuo circa se habeat. *Idem.*

*CAP. XI. § 24 Tumulis]* Tumulus a tumendo est: ubi enim tumet terra, ibi tumulus dicitur. Sed in quibusdam veteribus libris hoc loco legitur *cumulis*; quod fortasse verius sit; ut cumulos silvestres vocet illam rusticorum hominum temere coacervatam atque accumulatam manum. *Idem.*

### ORATIO III.

*CAP. I. § 1 Rempublicam, Quirites]* Hanc orationem alii scripserrunt habitam esse Non. Decemb. ipsis:

qua in re, non magno negotio, manifesti erroris convinci queunt. Etenim ea, quæ proxime hanc sequitur, ha-

bita est in senatu Nonis Decemb. quod epistola prima libri secundi ad Atticem Cicero ipse testatur. Hæc antem biduo ante habita fuerat, ut indicant verba illa e sequenti: ‘Is et nudius tertius in custodiam cives Rom. dedit, et supplicationem mihi decrevit; et indices hesterno die maximis præmiis affecit.’ Constat igitur hanc habitam esse III Non. Decemb. Continetur autem quatuor præcipnis partibus. Primum enim brevi exordio populum et sibi conciliat, et attentum ac docilem reddit. Deinde narrat, quem in modum a se patefacta atque oppressa conjuratio fuerit; quidque super ea re decreta a senatu. Hanc narrationem sequitur amplificatio, quæ constat commemoratione prodigiornm, quibus hæc conjuratio præsignificata fuerat; et comparatione illius cum cæteris civilibus intestinisque bellis. Postremo brevi peroratione commendat se liberosque suos populo Romano, et se in suscepta defensione reip. etiam deposito magistratu, constantissimum fore pollicetur. Muret.

§ 2 *Debet dies is?*] Lege, nt est in veteribns libris, *dedebit is.* Non enim de die loquitur, sed de seipso: ac seipsum cum Romulo tacite confert. *Idem.*

§ 3 *Paucis ante diebus?*] Hic vicesimus quartus a Catilinæ profectione erat dies. *Idem.*

CAP. II. § 4 *Belli Transalpini?*] Bellum in ulteriore, tumultum in ceteriore Gallia dicit. Inter hæc antem vocabula quid intersit, disces e Cicero Philipp. VIII. Muret.

§ 5 *Quorum opera?*] Emenda e veteribns libris, *quorum opera utor assidue in rep. præsidio cum gladiis miseram.* Ut sit, miseram præsidio; non antem, *in præsidio rep.* *Idem.* Unus e principiis quatuor editionum curatoribus, Mureti emendationem Lambinus approbavit. Grævius admisit in contextum. Ego nolui. Ut enim

scite animadvertisit Buherius, eorum opera nteris in *republica*, quos in consilium advocas: opera in *rep. præsidio* ab iis ponitur, qui manu eam defendunt. Reatinos autem adolescentes illos non adhibebat sane ad consultandum Cicero. Eorum igitur opera non utebatur in *republica*; sed in *præsidio reipublicæ*. Oliv.

§ 6 *Tertia fere vigilia exacta?*] Vigiliarum, in qnas nox a veteribus distribueretur, meminit et Julius Pollux libro primo: sed earum ratio planius explicatur a Suida, qui ait, *vigilium*, id est, φυλακήν, esse quartam partem noctis. Tertia igitur vigilia fere exacta, est quatuor fere horis antequam dilucesceret. Muret.

CAP. 4. § 8 *Ut srrorum præsidio uteretur?*] Catilina enim, ut narrat Sallustius, servitia repudiabat. Id Lentulo displicebat. *Idem.*

*Ille?*] Catilina. *Idem.*

*Exciperet?*] A venatoribns sumptum. *Idem.*

§ 9 *Ex fatis Sibyllinis?*] Fata Sibyllina dicuntur oracula Sibyllina, libri Sibyllini fatales, et fatidici. Castalio.

*Decimus annus?*] Vid. Cic. in Bruto cap. 67. et quæ ibi ad hunc locum annotat Corradus.

*Post Capitolii autem incisionem?*] L. Scipione et C. Norbano coss. custodum negligentia Capitolium conflagravit; quod a Q. Catulo postea, Hortensio et Metello coss. restitutum est. Muret.

§ 10 *Saturnalibus?*] XVI Kal. Jan.

CAP. V. *Præcepissent?*] Ita est et in libris veteribus. Sed nihil secius, legendum censeo, *recepissent.* Recipere autem hoc loco est, polliceri. Muret. Si hanc lectionem *præcepissent* probabimus, quæ in omnibus libris, et manuscr. et vulg. reperitur, sic eam interpretabimur: Ut item illi facerent, videlicet senatus, et populus Gallorum, quæ sibi, nempe senati et populo Gallorum, legati

præcepissent, id est, præscripsissent, et faciendum esse ostendissent. Sed Murens censet legendum *recepissent*, ut sit hic Ciceronis sensus, quæ sibi, nempe Lentulo, legati eorum, recepissent, id est, spopondissent, et sno periculo promisissent. Quod valde probo. *Lamb.*

§ 12 *Qui sim ex eo, quem ad te misi, cognosces?* Apud Sallustium, hoc literarum Lentuli exemplum ita relatum est: ‘Qui sim, ex eo, qnem ad te misi, cognosces. Fac cogites, in quanta calamitate sis: et memineris, te esse virum: confideres, quid tuæ rationes postulent: auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.’ *Muret.*

CAP. VI. § 13 *De summa reip.*] Lambinus in margine *rep.* Consulatur *Cujac.* Observ. XII. 32. *Grut.*

*Dictæ sunt a principibus?* Ab iis, qui primi sententiam rogati sunt. De ordine autem rogandi sententias videatur *Gell.* IV. 10.

*Sine ulla varietate?* Nondnm igitur constitutum erat de supplicii genere: qua de re postea variae sententiæ furerunt. *Muret.*

§ 14 *Ut P. Lentulus, cum se prætura abdicasset?* Qnomodo prætor erat Lentulus, tam senex? Intelligendum est, hanc ipsius secundam præturam fuisse. Cum autem lege Cornelia eundem magistratum capere, nisi interjecto decennio, non licet; verisimile est, enim primam præturam gessisse L. Licinio Lucullo, et C. Aurelio Cotta coss. Eo magis, quod interjecto ex more biennio, consul fuit una cum Cn. Aufidio Oreste. Cum igitur jam consularis, a censoribus Gellio et Lentulo, qui severissimam censuram egernit, proibi gratia, senatu motus esset, exacto legitimo tempore, ad reenperandam senatoriam dignitatem, denuo præturam petierat, quam tum gerebat. Id testatum reliquerunt *Plautius et Dio.* *Idem.*

CAP. VII. § 16 *Somnum?* Quamvis

superius Lentulum somnolentum fuisse in omnibus, quæ ageret, ostenderit, et commode sic possit intelligi ‘somnus;’ non frustra tamen *somnium* in antiquissimis codicibus habetur, quo significat illam spem, qua ex libris Sibyllinis somniabat imperium Romauum *Lentulus. Græv.*

*Jam ad cæteras res?* *Jam ad certas res,* omnes libri veteres. Et ita emenda. *Muret.*

CAP. VIII. § 18 *Nam, ut illa omittam?* Sed ea omnia, nemo melius, nemo copiosius persecutus est, quam Cicero ipse longe pulcherrimus versibus, quos recitat *Quintus de Divin.* lib. I. *Muret.*

*Neque prætermittendum, neque relinquendum?* Prætermittimus ea, quæ ne attingimus quidem: relinquimus jam suscepta. Fieri etiam potest, ut duo idem *valentia* conjunxerit. *Idem.*

§ 19 *Cotta et Torquato coss.*] Teneri non possum, quin hoc loco versus Ciceronis, quibus hæc continentur, propter mirificam ipsorum pulchritudinem, adscribam: ‘*Nunc ea Torquato,*’ &c. *Idem.* Vide de *Divin.* I. 12. Tibi vero non placent Ciceronis versus. At placuerunt Mureto, nam hic vides. Placuerunt Camerario in *Soph.* *Trach.* Placuerunt Turnebo *Advers.* II. 9. Placuerunt Casanbono in *Capitol.* *Gord.* Placuerunt Buherio in *Tuscul.* II. 8. Veniam hanc igitur peto a te, ut errare cum illis malim, quam tecum vera sentire. *Olivet.*

CAP. X. § 23 *Ad omnia pulvinaria?* Supplicationes interdum huic, aut illi Deo, interdum ad omnia pulvinaria, id est, omnibus Diis, constituebantur. Iabant per urbem coronati pueri, matronæ, virgines, nonnquam etiam lauream manu tenentes, canebantque hymnos compositos in laudem Deorum, ac decernebantur supplicatio vel ad avertendum aliquod malum, quod aut premeret, aut

immineret, vel ob rem bene ac feliciter gestam. Muret.

§ 24 *Dissentit M. Lepidus*] Cum impediare, ne Sylla in Campo Martio se peliretur, (qui honos regibus tantum ante Syllam tributus fuerat) et acta illius rescindere conaretur. Liv. lib. xc. Appian. de Bell. Civ. lib. i. Plutarchus in Pompeio. Florus l. 3. c. ult. *Idem*.

*Q. Catulo*] Hic est Catulus ille, qui Ciceronem patrem patriæ nominavit; quique tuum erat princeps senatus, atque adeo civitatis. *Idem*.

*Non tam ipsius interitus*] Animadverte, qnam considerate loquuntur. Non enim prorsus negat, Lepidi mortem luctuosam fuisse (agit enim ad populum, et Lepidus tenuiorum se propugnatorem adversus Syllanos haberi voluerat), sed negat eam tam luctuosam fuisse, quam cæterorum. *Id.*

CAP. XI. § 26 *Eandemque diem intelligo*] Dies hinc idem valet, quod tempus, ut in Divinatione, ‘ Biduo breviorem diem.’ Quod autem hic dicit Cicero, tale est. Intelligo, eandem diem, id est, idem tempus propagatum esse, et ad salutem urbis, et ad memoriam consuls mei: quod quidem tempus spero aeternum fore. Itaque quamdiu stabit urbs, tamdiu recordabuntur homines, uno tempore duos in hac republica extitisse cives, &c. se autem, et Cu. Pompeium significat. Muret.

CAP. XII. § 28 *Quo quidem mihi libeat ascendere*] Nam nullus est magistratus superior consulatu, praeter dictaturam. Hanc autem optare boni civis non esset. Non enim fere dicebatur dictator, nisi periculosissimis reip. temporibus. *Idem*.

## ORATIO IV.

CAP. I. § 1 *Video P. C.*] Hanc orationem qui dicunt habitam esse vii. Id. Decemb. eorum errorem Cicero ipse coarguit, qui, eam Nonis habitam esse, libro secundo ad Atticum scribit. Est autem in deliberativo genere. Suadet enim patribus, ut fortiter atque animose decernant. Cumque dñæ contrariæ sententiae sint, una D. Silani, qui conjuratos ultimo supplicio afficiendos esse censemebat altera, C. Cæsar, qui ab eis mortem removebat, cæterorum suppliciorum omnes acerbitates sententia sua complectebatur; non improbat ille quidem sententiam Cæsaris, sed tamen non obscure ad illam alteram inclinat, eamque senatu approbare conatur. Quoniam autem multi eraut, qui Ciceroni ipsi metuentes, amplexabantur mitiorem sententiam; idecirco ipse statim a principio, cum maxima significatione caritatis erga patriam suæ orat, obtesta-

turque eos, ut, omni alia cogitatione omissa, nihil aliud quam salutem dignitatemque publicam sibi in decernendo proponant. Muret.

*Data est*] Fataliter concessa. Tarentins: ‘ est istuc datum Profecto mihi, grata ut sint, quæ facio, omnia.’ *Idem*.

§ 2 *Hæc sedes honoris, sella curulis*] In optimo illo libro, omnibus litteris aperte prescriptum est, *Hæc sedes honoris, id est, sella curulis*: ex quo, non est obscurum, quid suspicari aliquis possit. Ego tamen, hoc quidem loco, ἐπέχω. *Idem*.

*Si P. Lentulus*] Vide superiorem Orat. cap. 4.

CAP. II. § 3 *Qui mihi videtur amplecti*] Omnes, quos mihi quidem videbile licenter, veteres libri ab impressis discrepant. Ita enim in illis legitur, *Quem mihi videtur amplecti respub. tanquam obsidem consulatus mei.* Quam ego scripturam omnino veram

esse arbitror. Cur autem obsidem consulatus sui filium vocet, hæc causa est. Qui liberis carent, eos verisimile est de salute publica minus sollicitos esse, quam quibus sunt liberi. Nam hi non minus liberorum causa, quam sua, salvam rempublicam velle debent; nisi omnem exuerint humanitatis sensum, ut illam repudient στρογγὺν φυσικὴν, quæ ingenerata est non hominibus modo, verum etiam feris, eaque de causa, ut alibi retulimus, timuchi apud Massilienses non fiebant, nisi qui et uxorem et liberos haberent. Parvulus igitur Ciceronis filius, qui patri maxime cordi erat, quasi obses erat reip. qui confirmaret, patrem nihil gesturum, nisi quod videretur saluti fore. *Muret.* Ciceronis filius annum unum agebat, ut patet ex Epist. ad Att. 1. 1. eumque amplectebatur respublica tanquam obsidem paterni consulatus. Quibus enim periculis non ultiro se offerret pro respublica Cicero, cum, ea servata, parvulus etiam filius conservaretur, et amplissima præmia sperare posset? Sic nimirum loqui respublica videbatur: Tunc, Cicero, filium fidei tuæ obsidem habeo: si tu me servaveris, et ille salvus erit, qui ex te natus est, et ego ipsam jam grandiorum factum, in gratiam bene meritum de me patris ornabo, ac tuebor: si tu remissius egeris, neutrum fiet. *Ferrat.*

*Gener]* C. Calpurnius Piso: hic enim tum Tulliam in matrimonio habebat, quæ postea Crassiped, deinde Dolabellæ nupsit. *Muret.*

*Una cum repub. pereamus]* Hunc locum primus sic interpolavit Lambinus. Omnes libri veteres manu exarati, omnes editi ante Lambinum, verissime et pulcherrime, una reipub. peste pereamus. Non intellecta vi locationis una peste perire, hunc locum corrupit Lambinus, quem miror hic non reprehendisse Gruterum, cum tamen ei insultandi ubique captet

omnes occasiones. *Græv.*

§ 4 C. Memmum] Magna interscriptores in hoc nominando varietas. Alii *A. Nonium*, alii *Nummum*, alii *Mummium* vocant. Quarum appellationum quæ verissima sit, illi solicietius viderint, qui, vel quod abundant otio, vel quod aliud præstare non queant, quasi hac una in re omnis eruditio sita sit, ita nihil aliud agendum putant. Mibi consilium non est in talibus, φλυαρίας τε καὶ λεπτολεσχίας diutius immorari. *Muret.*

CAP. III. § 6 *Statuendum robis ante noctem est]* Tum quia periculum erat, ne noctu aliquis tumultus excitaretur, ut per vim eriperentur ii, qui in custodiā dati erant: tum quia se natum ante noctem dimitti oportebat. Varro enim apud Gellium, docet, senatus-consultum ante exortum, aut post occasum solem factum, ratum non fuisse. *Idem.*

CAP. IV. § 7 *Video duas adhuc esse sententias]* D. Junius Silanus, primus sententiam rogatus, quoniam, ut diximus, consul designatus erat, in eos, qui in custodiā traditi essent, et præterea in L. Cassium, P. Furium, P. Umbrenum, Q. Annium, si deprehensi forent, ultimum supplicium decreverat. Ei omnes assensi sunt, usque ad Ti. Neronom, qui, ut ait Sallustius, de supplicio, præsidii additis, referendum esse censuit; ut autem, ait Appianus, censuit, eos, in custodiis habendos, donec Catilina bello profligatus foret; ut tum tota res accuratius cognosceretur. Cæsar autem, ubi ad eum ventum est, morte eos afficiendos negavit, sed publicanda bona, ipsos per municipia disperdiendos, et perpetuo in vinculis habendos censuit. Addidit alia, quæ hic a Cicerone ponuntur; tantumque valuit dicendo, ut nonnulli ex iis, qui priore loco sententiam dixerant, eam, ipsius oratione permoti, mutaverint; inter quos ipse Silanus, si Sallustio credas, pedibus se in sen-

tentiam Neronis iturum esse dixit: si Plutarchum et Suetonium sequare, professus est, se ultimi supplicii nomine, non mortem, sed vincula intelligere. Cæsari assensi sunt omnes usque ad Catonem, qui gravissima oratione ita disseruit, eos morte esse multandos, ut in eandem sententiam reliquos omnes adduxerit. Cæsaris et Catonis orationes leguntur illæ quidem apud Sallustium; sed non iisdem, ut puto, verbis, quibus ab illis habitæ sunt.

*Muret.*

CAP. V. § 9 *Concionatorum*] Eorum qui omnes ventos concionum colligere consueverunt. *Idem.* Non hi sunt concionatores, sed qui seditiosis concionibus populum concitant in senatum et optimates, quales erant Gracchi, aliisque tribunitii spiritus homines. Malam in partem accipitur plerumque vox concionatorum. *Grævius.*

§ 10 *Video de istis*] Notat quempiam e senatoribus, qui, ut popularis haberetur, eo die venire in senatum nolnerat; ejusque stultitiam ostendit, qui vereatur judicare de iis, quos multis iam præiudiciis condemnarit. Ei autem ex contentione anteponit Cæsarem, quem revera popularem esse dicit, id est, studiosum salutis publicæ. *Muret.*

CAP. VI. § 13 *Cum avum jussu consulis*] Hic nihil est, cur quisquam, mutando, aut corrigendo, ingeniosus videri velle debeat. Dixit enim Cæsar, P. Lentulam sororis suæ virum vita privandum esse: idque confirmavit hoc argumento, quod avus quoque suis, multo minus atroci scelebre infectus, tamen jussu Opimii consulis interfectus fuisset. Avus autem maternus L. Cæsaris fuerat M. Fulvius Flaccus; nam ejus filiam L.

Cæsar, hujus Lucii pater, in matrimonio habuerat. *Idem.*

*Lægitionis voluntas tum in republica]* Cum C. Græchus agros dividere, et frumentum plebi dare institueret. *Idem.*

*Atque illo tempore]* Meminit Cicero Philip. VIII. et Val. Max. V. 3. *Idem.*

CAP. VII. § 15 *Ex multorum annorum dissensione*] Propter Sempronias et Cornelias leges de iudiciis. Lege Asconium. *Muret.*

*Revocatos*] Lege Aurelii Cottæ. *Idem.* Vide Indieulum Legum.

*Scribæ ad ærarium*] Ipso die convevenerunt ad ærarium scribæ, ut sortirentur officia, qui scriba esset consulis, qui tribuni plebis. Viderunt conjuratos adduci ad senatum. Dimiserunt sortem: et omnes promisebunt præsidium. *Anon.*

*Frequentasset*] Vulgatis *frequentes* *advocasset*. Sed hoc est Latinis frequentare. *Græv.*

CAP. VIII. § 16 *Qui sua virtute fortunam civitatis*] Multi libri veteres, *Qui fortuna sua hujus civitatis jus consecuti*: idque verum esse arbitror. Nam, consequi jus civitatis, probe et usitate dicitur: consequi fortunam civitatis, nescio, an usquam legatur. *Muret.*

CAP. XI. § 23 *Quam neglexi*] Provinciam Galliam, adeoque imperium, et exercitum deposuerat in concione, quam deinde sortitus est Q. Metellus Celer prætor. *Ferrat.*

*Pro triumpho*] Si enim fuisset in provincia, triumphum spectare potuisset. *Idem.*

*Urbanis opibus*] Eloquentia, et auctoritate, tum in iudicis, tum in senatu, clientelas provincialium sibi comparabat, ac tuebatur. *Muret.*

## PRO MURENA.

**ARGUM.**—Comitiis consularibus, quæ consul Cicero habuit, D. Junius Silanus et L. Licinius Murena consules designati sunt. Post comitia Murenam de ambitu competitor ejus accensavit clari nominis jurisconsultus Ser. Sulpicius cum tribus subscriptoribus, M. Catone, probitate sensuque erga rempublicam insigni viro, Cn. Postumio, Ser. Sulpicio adolescente. Defendit eum Cicero, defensum jam a Q. Hortensio et M. Crasso. Inunda in primis oratio est: nam et jurisconsulti propter Sulpicium exagitantur; et Stoica disciplina, cui deditus erat. Cato facete lepideque deluditur: adeo ut Cato, dignam consule gravitatem ei detrahens, dixerit id, quod in Plutarchio legimus, ‘Dii boni! quam ridiculum consulem habemus!’ *Manutius.*

**CAP. I.** § 1 *Renuntiari]* Cur non ejus collega Antonius? quia consul priore loco creatus, comitia habebat consularia. *Manut.* Ostendit Gruchius de Comitiis lib. i. consueuisse inter se comparare consules, aut certe sortiri, nter habiturns esset comitia; non semper illud negotium datum ei, qui prior renuntiatus esset. *Ferrat.*

*Me rogante]* Non, precante, sed interrogante: ut cum diceret: ‘Rogo vos, Quirites, velitisne L. Licinum Murenam consulem fieri. Quod si populus probat, suffragiorum tabellas ferebat ita inscriptas, U. R.’ id est, Ut irogas. *Manut.*

**CAP. II.** § 3 *Ad certam rationis normam dirigenti]* E Stoica disciplina. *Idem.*

*A me uno]* A se uno tradebatur Murenae respublica, non ab Antonio Ciceronis collega. *Græv.*

*Periculum judicij præstare debet]* Efficere, ut alienatio illa et venditio

rata sit: ne quid is, qui emit, damni patiatnr. *Manut.*

*Qui se nexu obligavit]* Est, qui se suaque bona nexa et obligata fecit ad evictionem præstandam. Hæc dicebatur traditio nexu. Vide Fabri Selestria ii. 23. et Salmas. de Modo Usurar. cap. 18. *Græv.*

§ 4 *Quod natura affert]* Nunc sic Latini loquuntur? Recte Lambinus in margine, et Muretus in manu exaratis notis observarunt legendum esse *quod natura fert.* Sed sic quoque Quintilianum legisse Institut. v. 11. dudum Sylvius notavit. *Idem.*

*Duos consules]* Silanum et Murenam. Unus enim esset, Murena condemnato. Decembri mense, et post Nonas habita videtur oratio, conjuratis imperfectis: cum dixerit supra, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur. *Manut.* Vide tamen Victorii Var. Lect. vi. 18. ubi probat habitam esse ante Non. Decemb. nondum sumpto de Lentulo aliisque conjuratis supplicio.

**CAP. III.** § 5 *Legem de ambitu]* Legem tulerat, ut damnati ambitus decem annorum exilio punirentur; Calpurnia enim honorum tantum pectione, et senatu privabat. *Ferrat.*

**CAP. IV.** § 9 *Te advocato]* Te consulto, et cui tu de jure consultus responsum dederis. *Idem.*

*Quem contra reveris]* Sæpe enim eveniebat, nt amici adversario consultus responderet, in causa tamen suam amico presentiam commoderet; ac ne tunc quidem sine molestia ferebat, amici adversarium litem perdere. *Idem.*

**CAP. V.** § 11 *Sedere in equis triumphantium prætextati]* Moris erat, ut qui triumphans in urbem introibat, liberos ac cognatos utrinque sexns, si quidem prætextati essent, in cur-

ru juxta se haberet; sin grandiores essent, equis jugalibus funalibusque imponeret. Quod si plures essent, equis singularibus vecti currum prosequerentur, ut seribit Zonaras tom. II. Annalium ex Dione. Vide quæ notavimus ad Sneton. Tiber. cap. 6. Græv.

*Donis militaribus]* Ob virtutem a patre acceptis. *Manut.*

**CAP. VI.** § 13 *Saltatorem appellat]* An ergo saltare in vitio erat? Non magis quam ædificare, loqui. Vituperationem nihilominus continent *ædificator, locutor:* quoniam in his, atque ejus generis nominibus aliis implicata est notio immoderationis, quæ vitio nunquam caret. *Olivet.*

*Tempestivi convivia]* Sunt ‘tempestiva convivia,’ quæ de die, aut ante solemnum cœnæ horam, quæ erat nona, inibantur, ut illius Marii, de quo Juvenalis: ‘Exul ab octava Marius bibit,’ &c. Hæc vero tempestiva convivia erant probrosa. Nulla fuisse Romanis nota ‘intempestiva convivia’ pluribus docuit Salmasius ad Flavii Vopisci Florianum. *Græv.* Vide de Senectute cap. 14.

**CAP. VII.** § 16 *Pater enim fuit, equestri loco]* Animadverte patricii generis equitem Romanum esse. Nam Sulpicia gens patricia. Equestri auctem loco is est, qui ab equestri ordine in senatorium non transiit. *Manut.*

*Q. Pompeio]* Qui cum Cn. Cæpione consul fuit anno Urbis conditæ 609. *Ferrat.*

*Ut Scaurus memoriam prope intermortuam]* Hoc Asconii verbis explanatur: ‘Scaurus,’ inquit, ‘ita fuit patricius, ut tribus supra eum ætatis jacnerit domus ejus fortuna. Nam neque pater, neque avus, neque etiam proavus, ut puto, propter tenues opes, et nullam vitæ industriam honores adepti sunt. Itaque Scauro æque a novo homini laborandum fuit.’ *Manut.*

**CAP. VIII.** § 17 *Novis hominibus]* Hic quærendum est, quinam Romæ diccrentur novi homines; res euim non satis per se perspicua videtur. An ii, qui primum in familiam suam consulatum attulissent? Nequaque; nam L. Murena, qui, ut infra habetur, primus in familiam veterem, primus in municipium antiquissimum, consulatum attulerat, nosquam homo novus dicitur, cum illius pater et avus prætores fuissent. An ii, qui primi ex sua gente adepti essent magistratum? Multo minus; nam infinitum prope illorum numerum extitisse puto, quorum neminem appellatum fuisse novum hominem legimus. Quapropter, qui ad consularem dignitatem pervenissent, ex illis orti familiis, ex quibus antea nemo vel magistratum gesserat, vel fuerat senatus; eos demum novos homines dicebant. Tales fuisse, quicunque a Cicero hic recensentur, quorum maiores ex plebe, aut ex ordine equestri. Sribit Asconius in Comment. ad Orat. contra Competitor. ‘Sex competitores in consulatus petitione Cicero habuit, duos patricios, P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam; quatnor plebeios, ex quibus duos nobiles, C. Antonium, et L. Cassium Longinum: (dicuntur nobiles, quia ex illorum majoribus nonnulli consules fuerant) duos, qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificinm, et C. Licinium Sacerdotem: (hi neque nobiles erant, nullo gesto a majoribus consulatu, neque novi homines, quorum patres aut avi aliquem magistratum ceperant) solus Cicero ex competitoribus equestri erat loco natus; adeoque consulatum adeptus, non tamen ante consulatum, novus homo. *Ferrat.*

*Jacebant]* Frustra commemorabant. *Idem.*

§ 18 *Cum multi . . . fiant]* Subintellegendum ‘quæstores.’ Sic in hoc

*unus, petitor scilicet, solus primus quæsturam possit obtinere.* Lamb.

*Lege Titia] Steph. Pighius in fastis Romanis ad annum 488, existimat C. Titium trib. pl. illo anno legem tulisse, de quæstorum numero duplicando, et provinciis quæstoriis angendis, sortiendisque ex S.C. hanc esse illam legem, quam hic Cicero dicat Titiam. Nihil adhuc probabilius a quoquam est allatum, quamvis sit mera conjectura.* Græv.

*Provinciam tacitum] Tacita vocatur, quia fuit una ex provinciis quatuor quæstoriis Italiæ, in qua nulla rerum materia; cum longius absent a bellica tempestate.* Idem.

§ 19 *Ab utroque dissimillima ratione tractatum est]* Franc. *ab utroque dissimillima ratione certatum est.* Quod longe præfero. Réliquum tempus, post quæsturam, in contentionem vocatur. Uter reliquo tempore magis servierit reipublicæ, et utiliorem operam navarit, magisque ut prodesset, contendenterit, hic Cicero inquirit, comparans utriusque in rem publicam merita. Ab utroque certatum est de bene merendo de patria, sed dissimillima ratione. Alter certavit in militia urbana, alter foris in bellica. ‘Tractare tempus,’ non memini quemquam dixisse. ‘Se tractare,’ pro talem se præbere, se sic gerere, apud nostrum semel iterumque legitur: sed ‘tractare tempus’ quid sit, non intelligo. Idem.

*Cap. ix. Respondendi, scribendi, carenti]* Tribus verbis jurisconsultorum consuetudinem expressit. Respondent enim de jure consulentibus, cum dicunt, Hoc in lege scriptum est, hoc ius postulat. Id responsum vel voce tantum, vel si rudior, et imperitior esset is, qui consulebat, scriptum dabatur. Inde natus est jocns ille in Ep. ad Valerium jurisconsultum: ‘Qui istinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas; partim contumeliosum,

quod male respondeas.’ Et ad Trebatium: ‘Qui istinc veniunt, superbiam tuam acensant, quod negent te perennetantibus respondere.’ ‘Scribere’ autem dicuntur, cum formulas scribunt litigantibus. Quo spectat illud ad Trebatium: ‘Quod si scribere oblitus es; minus multi jam te advocate causa cadent.’ ‘Cavere,’ de iisdem proprie usnrpatur. Cavent enim cum aliquem consilio juvent, atque instruunt, sive is litiget, sive contrahat. Ad Appium Ep. III. 2. ‘L. Valerium jurisconsultum valde tibi commendo, sed ita etiam, si non est jurisconsultus. Melius enim ei cavere volo, quam ipse aliis sollet.’ Et ad Trebatium: ‘Tu, qui cæteris cavere soles, in Britannia ne ab esedariis decipiaris, caveto.’ Et in procœmio Topicorum ad eundem: ‘Cum tu mibi meisque sæpe cavisces.’ Manut.

§ 21 *Apud exercitum]* Objectio in persona expressa. Habet autem interrogationis figura hoc loco indignationem. Ut, ‘Quis tu es, quis mihi es, cur meam tibi?’ Est autem in pronomine elegans idiotismus, qualis et in aliis linguis animadvertisitnr. Phormione: ‘Qui mihi ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes.’ Camerar.

*Ista nostra assiduitas]* Hoc loco Cicero, ‘præsentem esse, et ante oculos civium versari,’ plus interdum obesse quam prodesse ad honores consequendos ponit. Contra vero pro Cn. Plancio mirum in modum prodesse præsentiam, ita illa scilicet causa postulante, vult ostendere. Idem.

*Cap. x. § 23 Aliis ego te virtutibus continentiae, gravitatis]* Legendum videtur potius, *aliis ego te virtutibus, continentia, gravitate, justitia, fide, cæteris omnibus, &c.* Quis enim ita loquitur, virtus continentiae, virtus justitiae? &c. Omnino genus loquendi mihi est insolens, et inauditum. Ego

tamen nihil mutavi. Consideret igitur lector eruditus. *Lamb.*

**CAP. XI. § 25 Posset agi lege]** Agere lege, est, suum jus in judicio a praetore legibus petere. *Verr. Act. I.* ‘Quis unquam isto praetore, Chelidone invita, lege agere potuit?’ ‘Lege agere,’ non quotidie, sed fastis tantum diebus licebat. Fasti autem dies non omnibus olim noti erant, sed a pontificibus petebantur: postea publicati sunt ab eorum scriba Cn. Flavio. *Ad Attic. lib. vi.* ‘Quid ergo profecit, qui protulit fastos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi petrentur a paucis. Nec vero pauci sunt auctores Cn. Flavium scribam fastos protulisse, actionesque composuisse.’ *Livius lib. ix.* ‘Civile jus, repositum in penetralibus pontificum, evulgavit; fastosque circa forum in albo proposuit, ut, quando lege agi posset, sciretur.’ *Manut.*

**Tanquam a Chaldaeis]** Qui, siderum observatione, quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset, praedicebant. Petebantur igitur agendi dies a pontificibus, tanquam ab iis, qui, tanquam Chaldaei, de bonis malisve diebus divinare possent. *Idem.*

**Inventus est scriba quidam, Cn. Flavius, qui cornicum oculos]** Totam hanc historiam ex Pomponii Enchiridio cognoscere licet: cujus verba extant in Pandectis juris civilis, titulo de origine juris: unde haec pauca sumam, atque hinc adscribam, eorum, quibus haec ignota sunt, gratia: ‘Deinde, inquit, ex his legibus eodem fere tempore, actiones compositae sunt, quibus inter se homines disceptarent; quas actiones, ne populus, ut vellet, institueret, certas solemnnesque esse voluerunt: et appellabatur haec pars juris, legis actiones. Et ita eodem pene tempore, tria haec jura nata sunt: leges xii tabularum: ex his fluere coepit jus civile: ex iisdem, legis actiones com-

positae sunt. Omnia tamen harum et interpretandi scientia, et actiones, apud collegium pontificum erant, ex quibus constituebatur, quis quoque anno praesesset privatis: et populus prope centum annos hac consuetudine usus est. Postea cum App. Claudius disposuisset, et ad formam redigisset has actiones, Cn. Flavius, scriba ejus, libertini filius, surreptum librum populo tradidit: et adeo gratum id munus populo fuit, ut tribunus pl. fieret, et senator, et aedilis curulis. Hinc liber, qui actiones continet, appellatur jus civile Flavianum.’ *Lamb.*

**Qui cornicum oculos]** Proverbium est de iis, qui callidos et prudentes et circumspectos, qui cavere et scirent et deberent, fallunt ac circumveniunt. Nam cornix cum aliorum animalium oculos potissimum appetat, ipsam scilicet suis maxime propicere oportet. *Camerar.*

**Notas quasdam composuerunt]** ‘Formulas actionum’ significat, quas qui non tenuisset, id est, non quemadmodum oporteret, egisset, causa caderet. *Idem.*

**CAP. XII. § 26 Manu consertum]** *Gell. xx. 19.* exposuit veterum morem in disceptandis vindiciis, cum peteretur res, quae ‘fundī’ esset, id est, ut nunc loquimur, ‘immobilis.’ Nos possumus etiam, ut opinor, simpliciter accipere, ex jure manu consertum vocari, qui ad judicium accipientum, id est, in jus vocetur. ‘Conserere’ enim ‘manus,’ et ‘conferre manus,’ contendere est, et pugnare. Ut autem intelligatur non belli neque armorum pugna, sed civilis disceptatio, additur ex jure. Haec autem a priscis sine dubio, ut et alia quædam ad tales modum facta et usurpata fuere, non ex cogitata a jurisconsultis, quemadmodum Cicero ait; sed quia vere fieri desiissent, et species tantummodo quædam illorum remaneret, ideo ‘fictas res’ et ‘com-

mentitias' Cicero appellavit. *Cam.*

*Tibicinis Latini modo]* Obscurum, et plane ignotum morem ex historia Livii conabor eruere, quo hic locus illustretur. Narrat ille, ix. 30. iratos tibicines, quia prohibiti a proximis censoribus fuerant in aede Jovis vesci, Tybur uno agmine abiisse; additque: 'Adeo ut nemo in urbe esset qui sacrificiis præcineret.' Hinc manifestum est, tibicines consuevisse sacrificiis præcinerere, neque alios munus illud obire potuisse. Nunc, quid essent Latinæ feriæ videamus. Quotannis in monte Albano ab omnibus populis Latini nominis communia quædam sacra fiebant, ex instituto Tarquinii Superbi, ut refert Dionysius lib. iv. quæ Latinæ feriæ dicebantur; in his autem sacrificabant pro omnibus, cum septem et quadraginta urbes essent; sed principatum sacrorum Romani habebant; hoc est, primum pro populo Romano, deinde pro reliquis singulatim, solemnes preces fundebantur... Idcirco apud Liv. xli. 20. hæc habentur: 'Latinæ feriæ fuisse ad diem III Non. Maii, in quibus quia in una hostia magistratus Lanuvinus precatus non erat populo Romano Quiritium, religioni fuit.' Cum igitur in communione illo sacrificio quælibet urbs sacrificaret etiam separatim; cumque sacra non fierent, nisi præcinentib[us] tibicine, an septem et quadraginta tibicines in montem Albanum veniebant, quia totidem erant urbes, teste Dionysio? Dixerim potius, unum tantum adhibitum fuisse tibicinem, qui modo in hanc, modo in illam partem transiret, ut eujusque populi magistratus suum certum locum occupahat, et omnium sacrificiis singillatim præcineret. Quæ quidem consuetudo notari hoc loco videtur. *Ferrat.* Hæc velim conferas cum iis quæ adnotavit Turnebus in *Agrar.* ii. 34.

*Tum vero]* Videtur rectissime dis-

tinxisse Petrus Ciacconius, *Tum vero nullo usu utrisque, petitori nimirum, et unde petitur. Græv.*

*Utrisque superstitionibus præsentibus]* Utrisque litigantibus. *Superstitionibus* autem valet, præsentibus. Itaque necesse non fuit addere *præsentibus*: quod additum ab aliquo fortasse est interpretandi gratia. *Plantus:* 'Superstitem utrumque mouui, ne injussi abeant.' *Manut.*

*Inire viam]* Quid sit 'inire viam,' et 'redire viam,' quod prætor jubebat, explanatur sequentibus illis verbis: 'Homines, cum recte, atque in loco constitissent, juberi abire, ut, unde abissent, eodem statim redirent.' Id enim fiebat in judicio ante prætorem, docente jurisconsulto. *Idem.*

*Sed anne tu dicas]* Ego hæc, et ipsius ætate Ciceronis obscura, et breviter hic ab eo pronunciata, vix arbitror esse, qui intelligat. *Idem.*

§ 27 *Quæ potestate mulierum]* Videatur Cujacins *Observ.* vii. 11.

*Ad coëmptiones faciendas]* Vide *Gronov.* de *Pecunia Veterum*, l. iv. c. 7. *Græv.*

*Ut, quia in alicujus libris]* Suspectum mihi est istud *exempli causa*, cum præcessisset ut, quæ vocula idem hoc loco notat, quod *exempli causa*. Deinde mire scribitur *id nomen invenerant*. Quod fuit illud nomen? Atqui nullius nominis facta fuit ante mentio. Vereor ne multis centonibus hic locus sit inquinatus. Forte Cicero scripsit, *Ut quia Caia in alicujus libri exemplo invenerant, putarunt, omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caius vocari. Exemplum libri est ἀπόγραφον libri. Locus est scaber. Id.*

*Quæ coëmptionem facerent]* Hæc longe alia est coëmptio, et multum a priore differt. Illa coëmptione hereditas venditur seni eidam imaginaria quadam negotiatione, quæ ab illo ipso emptore imaginatio redditur heredi; sed hic coëmptione uxori

in manum viri convenit. Est enim triplex ratio matrimonium contrahendi apud Romanos, confarreatione, usu, coëmptione, de quibus multa Brissonins et Hotomanus. *Idem.*

*Jam illud]* Hæc Cicern irridens, formulas jurisconsult. collegit. Quæ a Probo tales quædam annotantur: I. D. T. S. P. Id est, In diem tertium sive perendinum. Et, T. I. A. V. P. V. D. Id est, Tempore judicem arbitrumve peto ut des. Varro ait, ‘Quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis.’ Ideo in actionibus videmus dici, Q. R. S. L. D. O. Id est, Quam rem sive item dicere oportet. *Camer.*

**CAP. XIII.** § 28 *Licet consulere?*] Vel concessio consulti significatur, vel hoc dicebat is, qui operam petebat jurisconsultorum, ‘*Licetne consulere?*’ scilicet libros Fastorum. *Anon.*

*Rebus prolatis]* Res prolatæ dicebantur, cum feriari licebat, munereum urbanorum vacatione concessa; quo tempore iudi fiebant votivi, Romani, &c. *Manut.*

*Qua de re agitur, addere]* *Videre, pro addere, reponeendum crediderim.* Cur credam, his adducor exemplis: de Fin. lib. II. ‘Omnis in quaerendo, quæ via quadam, et ratione habetur oratio, prescribere primum debet, ut quibusdam in formulis, quæ res agatur; ut, inter quos disseritur, conveniat, quid sit id, de quo disseritur.’ Subjungitque de Epicuro, ‘Negat definiri rem placere: sine quo fieri interdum non potest, ut inter eos, qui ambigunt, conveniat, quid sit id, de quo agatur.’ Et lib. V. ‘Si est quisquam, qui acute in causis videre soleat quæ res agatur.’ Et de Fato: ‘Hæc disserens, qua de re agatur, et in quo causa consistat, non videt.’ Et in Bruto: ‘Qua de re agitur, illud, quod multis locis in jurisconsultorum iudicium formulis, id ubi esset, videbat.’ *Idem.*

*Controversum jus]* Quod interpretationis est dubia, et de quo disputare licet in utramque partem. *Idem.*

**CAP. XIV.** § 30 *Ut ait ingeniosus poëta]* Ennius.

§ 31 *De rege Pyrrho]* Epirotarum rege, qui anno urbis 473. a Tarentinis vocatus, in Italiam contra Romanos venit. De eo triumphavit post annos quinque M. Curius Dentatus. Testis omnis historia. *Manut.*

*De Philippo]* Persei patre, ultimi Macedoniæ regis: de quo, et de Macedonia capta triumphavit L. Aemilius Paulus: de Philippo autem T. Quinctius Flamininus. Livius, Plutarch. *Idem.*

*De Ætolis]* De quibus triumphavit M. Fulvius Nobilior, anno urbis 566. Livius, Eutropius, alii. *Idem.*

*De Pseudophilippo]* De quo, et de Macedonia devicta triumphavit Q. Metellus proprætor: unde Macedonici cognomen: quod Livius, Pausanias, alii præterea tradiderunt. *Idem.*

*De Corinthiis]* De quibus, et de Achæis Mummius triumphavit, Achæisque cognomen est adeptus. *Idem.*

*Cum Antiocho]* Cui victo pacis conditiones hæ datæ sunt: ut Europa abstineret, Asiaque omni, quæ cis Taurum est, decederet; 15. millia talentorum Euboicorum daret; mille talentum per 12. annos daret Eumeni regi, qui populum Romanum in bello juverat, 4000. talenta redderet. *Idem.*

**CAP. XVII.** § 36 *Sunmo ingenio, opera, gratia]* Hotoman. *Observ. II.* 13. reponit *opibus*; sed præter libros veteres. Intelligitur autem ‘forensi;’ quod annotavit ad oram Gulielmus. *Grut.*

*A Q. Maximo]* Cui Eburno cognomen fuit propter candorem. *Manutius.*

**CAP. XVIII.** § 37 *Duae res vehementer in prætura desiderata sunt, quæ ambæ in consulatu tum Murenæ profuerunt]*

Duae res deerant Murenæ, cum præturam peteret: hinc minus visus est gratiosus, quam competitor Sulpicius. Ambas deinde habuit in petitione consulatus; hinc eundem illum competitorem superavit. Pergit exponere, quænam illæ duæ res fuerint: ‘Una, expectatio munieris, quæ et rūmore nonnullo, et studiis, sermonibusqne competitorum creverat.’ Ædilis Murena non fuerat, adeoque nullos fecerat ludos; expectatio igitur, hoc est, frustratio munieris obfuit illi cum præturam peteret, quod omissa ædilitate, populum sibi magnificentia ludorum, et apparatu, ut cæteri fere consueverant, non conciliasset; præcipue cum omissionem ædilitii munieris neque dissimularet populus ‘rūmore nonnullo,’ et competitores suos ipsorum ludos verbis extollerent, et studiose amplificarent. Quid deinde? ‘Munus amplissimum, quod petitio præturæ desiderabat, prætura restituit.’ Sortitus enim prætoriam provinciam urbanam, magnifice ludos Apollinares, quos a prætore urbano fieri quotannis necesse erat, apparavit Murena. Qua ratione multum apud populum gratiæ illi accessit, consulatum petenti. *Ferrat.*

*Nondum decesserant*] Nondum Lu-  
cullus cum exercitu Romam venerat  
ad triumphum, cum Murena prætu-  
ram peteret. *Idem.* Vide Acad. II.  
1.

§ 38 *Omen prærogativum*] Præro-  
gativa centuria; ejus voluntatem  
et judicium centuriatis comitiis reli-  
quæ centuriæ sequebantur: ut omen  
ea comitiorum fuerit. *Manut.*

CAP. XIX. § 40 *L. Otho*] L. Ros-  
cins Otho, tribunus plebis Cicerone  
consule, legem tulit, ut in theatro  
equitibus Romanis quatuordecim gra-  
duis proximi, spectandi causa, daren-  
tur: quæ lege restitutam ait Cicero  
equestri ordini cum dignitate volup-  
tatem. Livius, Asconius, Plut. *Idem.*  
Vide Tom. vi. in Fragmentis Oratio-

num de L. Othonē.

*Trinos ludos*] Primos Cereri, Libe-  
ro, et Liberæ; secundos Floræ; ter-  
tios Jovi, Junoni, et Minervæ. *Verr.*  
III.

CAP. XX. § 41 *Sors juris dicundi*] Hoc est, provincia juris dicendi. *Sors* enim quævis provincia alieni imposita vel cum sorte, vel sine sorte. Sic apud nostrum ‘sortis conjunctio’ est societas collegii. *Sors autem juris dicendi* est prætura urbana, quam qui consecutus erat, dicebatur ‘honora-  
tus prætor.’ Illi etiam soli et pere-  
grino prætori jurisdictio dicebatur  
assignata esse: reliqui prætores, qui  
quæstiones sortiti erant, carebant ju-  
risdictione. Hinc Tac. Agric. cap.  
6. ‘Idem præturæ tenor et silentiu-  
m. Nec enim jurisdictio obvenerat.’  
*Græv.*

*Æquitatis largitio*] Recte largitio-  
nis nomen ad æquitatem adjinxit;  
nam sæpe quod ius negat, æquitas  
largitur. *Manut.*

§ 42 *Quæstio peculatus*] Tu sortitus  
es quæstionem, hoc est iudicium de  
peculatu, seu furto pecuniae publicæ.  
Cæteri enim prætores, excepto urba-  
no et peregrino, sortiebantur inter se  
quæstiones. Ista quæstio dicitur tris-  
tis et atrox, quia peculatus rei in squa-  
lore, omnesque illius necessarii in  
lachrymis versabantur. *Græv.*

*Scriba damnatus*] Scribam Servins  
prætor de peculatu damnaverat; quo  
totus ordo scribarum ‘alienus,’ hoc  
est, offensus. *Manut.*

*Syllana gratificatio*] Sylla victor iis,  
qui suas partes in bello juverant, de  
publico largitus est: ea largitio post  
illius interitum, peculatus nomine in  
judicium vocata; multique Servio  
prætore condemnati. Unde illi pars  
civitatis infensa. *Idem.*

*Lites severe aestimatæ*] Æstimatio  
litis est quantum solvere, aut quid  
sufferre damnatum oporteat. *Camer.*

*Liberalitatis*] Omittens in delectu  
habendo, quos vellet. *Ferrat.*

*Minui]* Favent enim candidatis, ut sibi in provinciis gratiam illi rependant. *Idem.*

CAP. XXI. § 43 *Amisso jam tempore]* Cum præterierit occasio. *Manut.*

*Accusandi terrores]* Accensandi de ambitu, ut nunc accusas Murenam. Quos terrores jam tum candidatus jaciebas. *Idem.*

*Populi opinionem a spe adipiscendi avertunt]* Efficiunt, ut populus opinetur, enim qui terroribus ejusmodi nititur, adipisci consulatum non posse. Qui enim candidatus competitoribus suis minatur, is parum sperare consulatum videtur. Qnod cum populus animadvertis, desperantem deserit, et amicorum studia debilitantur. *Idem.*

§ 44 *Omnium]* Candidatorum. *Idem.*

§ 45 *Testatam rem]* Ipsi enim candidati desperationem suam testantur. *Ferrat.*

CAP. XXIII. § 46 *Legem ambitus]* Lege Tullia de ambitu lata in gratiam Sulpicii, tria maxime perscribantur: pœna in eos, qui suffragia venderent; exilium in eos, qui largitionem ficerent; et ne reis de ambitu excusatio morbi prodesset. Hinc infra innuit, Murenam infirma valetudine judicio adesse. *Idem.*

*Exilium]* A te flagitatum est: quod Calpurnia lex non irrogabat. *Manut.*

§ 47 *Morbi excusationi pœna addita est]* Videtur Servius et petuisse a senatu, et obtinuisse, ut lex ferretur de cogendis omnibus ad comitia consularia, pœna addita, si quis morbum excusaret. *Idem.*

*Aut incommodo morbi cæteri vitæ fructus relinquendi]* Aut, si propter morbum ad comitia non ivissent, postestate suffragandi in posterum privarentur. Sic enim illud accipio, cæteri vitæ fructus relinquendi. *Idem.*

*Cui minime proderunt]* Non enim ideo legem illam tuli, quia milii pro-

dasset. *Idem.*

*Confusionem suffragiorum flagitasti]* Petierat Servius, non ut, latis suffragiis, centuriæ numerarentur, quod fieri solebat; sed ut omnia centuriarum omnium suffragia confunderentur; iisque numeratis, quis consil factus esset, quis rejectus, intelligeretur. Ita fiebat, ut ambitus tolleretur, cum nullius centuriæ beneficium apparet. *Idem.*

*Prorogationem legis Manilie]* Ut lex Manilia de suffragiorum confusione, quæ jam abrogata fuerat, in posterum valerer. *Idem.*

*Æquationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum]* Confusis suffragiis hoc se quebatur, ut eorum, qui suffragia fe rebant, non gratia, non dignitas extaret. *Idem.*

*Edititios judices]* Non ut sorte eligerentur, sed ipse accensator judices ederet. *Ferrat.*

§ 48 *Occurro restræ sapientiæ]* Id est, anteverto expectationem quantum possum eorum, quæ mihi dicenda esse intelligitis. *Camer.* Recepit satietati Lambinus, sed invitis libris omnibus. Quos ego post Victorium, Manutium, Gruterum consului, sapientiæ præ se ferunt, quamvis et ipse mallem satietati, si libri suffragarentur. *Græv.* Probat etiam satietati Hotomanus Observ. II. 13.

CAP. XXIV. § 49 *Observationes]* Quis largiretur, quis acciperet. *Manut.*

*Testificationes]* Tabularum consecratio, quæ fit adhibitis testibus. *Græv.*

*Seductiones]* Cum seorsum ab aliis, cum quibus erant, diceret. *Idem.*

*Subscriptorum]* Qui subscriberent accusationi. *Manut.*

*Dissimillimo genere]* Dissimilitudo erat in hoc potissimum, quod Fesniani et Arretini a Sylla spoliis belli civilis quasi essent ditati, cum illas colonias ibi dictator constituisset. De his vide Catil. II. 9. Alii vero a Sylla bonis erant exuti et possessionibus,

quas assignaverat suis colonis, qui itidem sequebantur Catilinam spe recuperandi amissos fundos et prædia in his turbis. *Græv.*

CAP. XXV. § 51 *Unum debile, infirmo capite]* Si contrariis contraria referenda, legendum videtur *firma capite*; ut unius corporis debilitas cum alterius firmitate, et ejusdem firmum caput cum nullo capite conferatur. Unum autem debile corpus firmo capite, sunt partes optimatum, quare caput est senatus, consul, prætor, et reliqui magistratus; alterum vero corpus firmum sine capite, plebs est, enjus multitudo si ducem habeat, optimates facile vincit. Sed quid disputo, quasi ambigua conjectura sit? mecum sentit Plutarchus, aut ego potius cum illo, ut antiquitati honor habeatur. Ejus hæc verba sunt in Ciceronis Vita: Τὸ γὰρ δευτὸν πράττω, εἰ, δυοῦ σωμάτων, τοῦ μὲν ἰσχυροῦ καὶ κατέφθινηκότος, ἔχοντος δὲ κεφαλὴν, τοῦδε ἀκεφάλου μὲν, ἰσχυροῦ δὲ, καὶ μεγάλου, τούτῳ κεφαλὴν αὐτὸς ἐπιτίθημι; *Manut.* Ut contraria contrariis referantur, legi vult Manutius *firma capite*. At non optimam comparationem, et contrapositis elegantem quaerebat Catilina; sed quam tempori, loco, et personis, ad excitandam confidentiam, maxime convenientem putabat. Eo certe consilio id in senatu dixerat, ut multos novarum rerum studiosos ad conjurandum pertraheret. An vero id efficiebat facilius, si firmum esse diceret caput optimatum, contra quos arma latiri erant, quam si infirmum? Legendum igitur *infirmo capite*, ut nomine *capitis* Cicero consul intelligatur, quem ignobilem, timidum, ac minime strenuum dicebant. *Ferrat.*

CAP. XXVI. § 54 *Divisorum]* A quibus pecunias populo pro Morena divisas esse, Postumius dicebat. *Manut.*

*Adolescenti]* Quis non intelligit, Ser. Sulpicij filium significari? qui et ipse

cum Postumio, et Catone, patri Morenam accensanti subscriperat. *Iadem.*

*Equitum centuriis]* Equitum centuriæ octodecim a Servio rege institutas narrat Livius, et suffragium in prima classe tulisse. Hos a L. Natta Morenæ privigno ad prandium invitatos objecerant adversarii. *Ferrat.*

CAP. XXVII. § 55 *Etiam in veteris fortunæ discrimen adducitur]* Primum est ei timendum, ne dignitatem, et quam habet relictam a patre, avo, majoribusque suis, et quam ipse adeptus est, amittat; deinde, ne, dum studet novæ laudi, veteris etiam fortunæ jacturam faciat. Dividit Cicero Morenæ statum in dignitatem et fortunam. *Manut.*

§ 56 *Sodalis filii]* Filii scilicet L. Morenæ. *Ferrat.*

§ 57 *Prætorius candidatus]* Prætorius candidatus Postumius præturam petere destiterat, ut candidatum consularem accusaret Morenam. Quod mirari jure licuit. Cur enim suos potius competitores non accensaret? an exspectabat, nt amicus aliquis alienam persequeretur injuriam? Nimirum, ait Cicero, ejusmodi hoc est, nt si desultorius in quadrigarum currículum incurrat. Quid enim desultorio cum quadrigis? Desultorii dicebantur, qui ex uno equo in alterum, non intermisso cursu, celerrime desiliebant. Varro de Re Rust. II. 7. ‘Aliter quadrigarins, ac desultor.’ Liv. lib. XXXIII. ‘Desultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam sèpè pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare moris erat.’ *Manut.*

CAP. XXVIII. § 58 *Expectatio tribunatus]* Designatus erat tribunus pl.

*L. Cottam]* Vide omnino Val. Max. VIII. 4.

§ 59 *Serv. Galbam]* Idem ibid.

CAP. XXIX. § 60 *Inquit ille fortissimo viro senior magister]* Ex aliqua

fortasse tragœdia sumptum, de Chirone Achillem, cuius magister fuit, instruente. *Manut.*

§ 61 *Cujus inventorum æmuli*] Hoc est, sectatores. Gronovius ad illud Livii i. 18. *Græv.*

*Gratia nunquam moveri*] Nihil facere, ut gratiam ab aliquo ineat. *Idem.*

CAP. XXX. § 62 *Petunt aliquid publicani*] Ut de minuenda vectigalium mercede; quibus restitutus unus, et pervicit Cato. Vide ad Attic. lib. i. *Manut.*

*Dixi in senatu, me nomen consularis candidati delaturum*] Valet hoc maxime ad cansam Murenæ sublevandam. A Catone accusatur, non quod contra leges fecerit aliquid, sed quoniam in senatu semel dixit Cato, se nomen consularis candidati delaturum. Alter quispiam, qui Stoicus non esset, fateretur, id se dixisse iratum, et dictum ac mentem mutaret. Hoc fateri non vult Cato, ne quid fecisse videatur indignum sapientis gravitate atque constantia. Idcirco itaque reus est Murena, quoniam Stoici docent, irasci non esse sapientis, et se Cato putat sapientem esse. *Oliv.*

CAP. XXXI. § 64 *Custodia*] Nam eodem anno tribunus pl. Cato, Murena consul futurus erat. *Ferrat.*

§ 65 *Fines officiorum*] Id est, extremum et ultimum, quod est τέλος. Hæc etiam Cicero et alibi finium verbo indicavit. Praeclara translatio a terminis agrorum aut regionum, quibus illorum spatia et territoria definitur. Hæc nunc protinus longius quam natura rerum pateretur, Stoicos ait, id est, in ultimo et extremo quodam bono constitnendo excessisse modum conditionis et usus vitae humanæ. Quando enim ad illud rectum, quod ipsi κατόρθωμα, pervenietur, aut quæ hujus erit usurpatio in convictu et consuetudine hominum? Fuisse igitur hoc consilium illorum Cicero putat, non quod perveniri ad

tantam perfectionem posse credere, sed ut annitentes procederent longius. *Camer.*

*In dissolvenda*] Cum periculum est, ne misericordia justitiae obsit, et æquabili severitati. *Ferrat.*

§ 66 *Eruditissimum*] Panætium.

De L. Philippo] Locus unus ex iis, quibus, contra veteres libros, conjecturam libenter sequor. Quis enim historiæ peritus de L. Philo non probabit magis, quam de L. Philippo? Philus doctrina, et sapientia clarus; itaque conjungitur, item ut hic, cum Scipione, Lælio, Catone, in Orat. pro Archia, cap. 7. ‘Esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem, Africanum: ex hoc C. Lælinum, L. Furium, modestissimos homines et continentissimos: ex hoc fortissimum virum, et illis temporibus doctissimum M. Catonem illum senem.’ Sic et aliis in locis. At de L. Philippo, tanquam sapiente et docto, quæ loquitur historia? *Manut.*

CAP. XXXIII. § 69 *Rogatos*] Ut in Campum Martinum advenienti ex provincia Murenæ obvia in prodirent. *Idem.*

*Dedactum*] In Campum, honorem aliquem potentibus insinuorum hominum filii. *Idem.*

*Societates*] Publicanorum. *Idem.*

Tota natio candidatorum] Prætorii candidati, ædilitii, quæstori, &c. *Idem.*

CAP. XXXIV. § 70 *Aut promerendi, aut proferendi beneficij locum*] Lambinus referendi. Male. ‘Promeremur’ beneficium alterius, ‘proferimus’ nostrum. Gruter. ‘Proferre beneficium,’ pro ‘conferre’ nusquam legitur. Nihil tamen sine libris muto. Si in ullo eorum quos ego vidi, aut quos Gruterus aliisque inspexerunt, invenissem referendi, recepissem id sane cum Manutio. Nam vulgata lectio est insulsa et aliena a Latino sermone. Expectandum est, donec

meliores codices ernantur. Nam de Lambinianis merito dubitanthomines eruditii. *Græv.*

*Uno basilicæ spatio]* Cum spatiamur in basilica, vel semel, non modo iterum et sæpe. *Manut.*

§ 71 *Si, ut suffragantur, nihil valent gratia]* Manutius hoc totum abundare arbitratur, et nihil omnino requiri post illud, *Si nihil erit præter ipsorum suffragium, tenue est.* Ego et necessarium alterum illud membrum esse judico ad absolvendam sententiam, et duobus modis exponi posse contendeo. Nam suffragari nihil aliud est, et significat, quam suum dare suffragium, ne ab ipsis verbi notione recedatur. Jam constat, hanc superioris membra esse approbationem, *Si nihil erit præter ipsum suffragium, tenue est;* nimirum, si in referenda gratia nobilibus viris, pro tot ac tantis sibi collatis beneficiis, nihil tenuiores habeant, præter suffragium, tennis admodum est compensatio. Qua de causa? *Si ut suffragantur, nulla valent gratia;* quoniam, prout suffragantur, et in ferendis suffragiis, nulla tenuiorum gratia est. Hac eadem Orat. cap. 23. ubi agitur de postulatis Sulpicii a senatu repudiatis: ‘Confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis Maniliae, æquationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum.’ Lex Manilia, iam vel abrogata, vel repudiata, jubebat, confusis omnium centuriarum suffragiis, eos esse consules (idemque puta de cæteris magistratibus) qui plura tulissent. Eadem lex ut restitueretur, Sulpicius petebat, cui si senatus assensus fuisset, primo nullius centuriæ beneficium apparuisset, hinc tollebatur gratia; deinde omnes simul omnium classium centuriæ suffragium tulissent, hinc dignitatem, et jus snorum suffragiorum, primæ et secundæ classis centuriæ amittebant, a quibus plerumque absolvebantur comitia. Habes igitur, duas tantum classes, ut

plurimum, gratia valuisse in ferendis suffragiis, hoc est in suffragando, quod fere ab iis absolverentur comitia centuriata, de quibus loquimur, antequam reliquæ classes intro vocarentur; proindeque tertia, quarta, et quinta, in suffragando, nulla gratia valebant. Hi erant tenuiores, de quibus ut pateat vere esse dictum, ‘*Si nihil erit præter ipsorum suffragium, tenue est;*’ additur ratio: ‘*Si (pro quoniam) ut suffragantur (prout suffragium ferunt) nulla valent gratia.*’ *Ferrat.*

*Non vocare domum suam possunt]* Est, non invitare ad cœnam, seu convivium. *Græv.*

§ 72 *In Circo]* Circensibus ludis in Circo, gladiatoriis in foro. *Manut.*

CAP. XXXV. § 73 *Tabernas]* Ut ex iis ludos spectare posset. *Idem.*

*In tuam nimiam diligentiam conjecta sunt]* Non in Murenae culparum. Videt populus, nimium te diligentem in his criminibus fuisse; Murenam tamen expertem culpæ putat. *Idem.*

§ 74 *Verum esse]* Pro, æquum esse. Quo sensu Cicero sæpe accipit, ut jam sa-pe diximus. *Hotom.*

*In robore]* In dura quapiam materia, ac ligno. *Victor. Var. Lect. III. 15.*

*Alteri]* Cretenses, quos debellavit Q. Metellus, hinc dictus Creticus.

*Alteri]* Lacedæmonii.

CAP. XXXVI. § 75 *Triclinium]* Lectos sterneret; in triclinio enim lecti sternebantur. Tribus autem in rebus Tubero peccavit: quod hædini pelibus usus est pro veste pretiosa; quod Punicanis, hoc est ligneis lectis, pro eburneis et argenteis; quod vasis Samiis, hoc est fictilibus, pro Deliacis, aut Corinthiis. *Ferrat.*

§ 77 *Cur ante petis, quam insur-ravit]* Cur ad homines accedit, et sindicium, favorem, gratiam petis, antequam servus monitor corum tibi no-

mina insusurraverit? De servo monitore Horat. Epist. i. 6. 50. et Od. ii. 18. 11. ‘Pauperem dives me petit.’ *Olivet.*

*Sin perpendere]* Si autem hæc, quæ in petitione facis, perpendere velis ad præcepta ejus, quam profiteris, disciplinæ, reperiri poterunt prævissima, et homine Stoico valde indigna. *Idem.*

CAP. XXXVII. § 79 *Natura et fortuna]* *Natura*, ob probitatem et honestatem ingenii; *fortuna*, quod ipsi etiam expediret salvam et incolu- niem esse rempublicam. Ut paulo post: ‘Fortuna constitutum ad otium amplexandum.’ *Camer.*

§ 80 *Nolite admirari, &c.]* Victorii ac Manutii hæc lectio est; quæ cur Lambino et Grætero displicuerit, non video. Valet hæc sententia ad confirmandam superiorem, ‘Magni interest esse Kal. Jan. in rep. duo consules,’ quoniam magnum a Catilinæ sociis imminet reipublicæ periculum. Hi homines, inquit, nihil mediocre agitant animo; vias non inueniunt concitandæ multitudinis tritis aliis hactenus factiosis, promulgationem legis improbabæ, aut perniciosa largitionem; sed atrocibus consiliis, viis adhuc innisatis, malum querunt reipublicæ, quale nullum aliquando est auditum. Quæ statim exponuntur clariss: ‘Inita sunt in hac civitate consilia,’ &c. *Olivet.*

CAP. XXXIX. § 85 *Qui impedituri]* Hunc locum esse mutilum, et in exemplis fideliter editis notatur, et

satis per se manifestum est. *Camer.*

*Hunc jam qui impedituri sint, videtis. Illa pestis immanis]* Ita hunc locum emendavit Pantagathus addito verbo *videtis*, quod deest in vulgatis. *Ursinus.*

*Catilinæ]* Legendum *Catilina* potius videtur. Quid, ut libere dicam quod sentio, vox *Catilina* fortasse aliena est, et ex annotatione nata. Nam per immanem et importunam pestem, *Catilina* describitur ac significatur. *Lamb.*

CAP. XL. § 86 *Fidem restram vel defensoris]* Hic mihi suspicionem mendicari varietas affert antiquorum exemplarum. In duobus *restram* abest: in altero legitur, *Fide in vos defensoris*; unum cum pervulgatis libris consentit. Placeret, *Fide defensoris, et amici officio adductus*. Fides enim proprie defensoris est, officium amici. Quid porro fidem hic judicum orare opus est? Quale autem videtur, (ut verba quoque consideremus) *fidem restram oro?* Quæ si parum aut nihil habent momenti, dissensio certe veterum librorum contemenda non videtur. *Manut.*

CAP. XLI. § 88 *Quo se miser vertet]* Conferas licet cum iis quæ de Graccho habentur de Orat. i. 26.

§ 89 *Nova pœna]* Legis a Cicerone late de ambitu. *Ferrat.*

§ 90 *A sacrī patriis]* Ædes et Iu- cius Sospitæ Junonis communis Lanuviniis municipiis cum populo Rom. erat. *Idem.*

*Facere]* Sacra facere. *Idem.*

## PRO L. FLACCO.

**ARGUM.**—Accusatum a D. Lælio L. Flaccum de repetundis ex Asia, cui triennium post præturam præfuerat, Cicero defendit. Tota fere defensio ex confutatione testimoniū Asiatiorum et Græcorum, qui Flaccum oppugnabant, ex ipsis Flacci superiorē vita, magnisque erga rem publicā meritis constat. *Manut.*

**CAP. I.** § 1 *Prope quingentesimo anno]* Anni vere numerantur a Vale-  
rio Poplicola, patriæ liberatore, ad  
consulatum Ciceronis, quo prætor  
Valerius Flaccus patriam a conjura-  
tione Catilinæ incolunmē servavit,  
666. sed Ciceroni mos est non sub-  
tiliter annos interdum numerare.  
*Manut.*

**CAP. II.** § 4 *Confirmationem]* Flac-  
co absoluto in gratiam extinctæ per  
ipsum conjurationis, senatus auctorita-  
tem confirmabit, qui et conjuratos  
puniri voluit, et præmio dignos cen-  
suit, qui tunc temporis reip. operam  
navaverant. *Ferrat.*

**§ 5 Damnatus est is]** C. Antonius, a  
M. Cælio accusatus, a Cicerone de-  
fensus. *Infra cap. 38. ‘Oppressus  
est C. Antonius,’ &c. Manut.*

**Utrum]** Imperfecta sententia, cum  
nonnulla desiderentur. *Idem.*

**CAP. IV.** § 10 *Quibus verbis]* Δά-  
νεισθε μοι μαρτυρίαν. *Lamb.*

**Nunquam nobis]** Cum rei patronus  
eos interrogat, nunquam respondent  
ad id, quod rogantur: cum accusator,  
plura etiam dicunt, quam rogantur.  
*Ferrat.*

**Liberthus]** De quo infra.

**De villico]** De quo infra.

**Recuperatorum]** In causis civilibus  
prætor recuperatores dabat, qui de  
iis judicarent. Flaccus autem nefas  
esse putaverat, Cælium publicanum  
sedere judicem contra alium publi-

canum, quem fore damnandum ma-  
nifestum erat. *Ferrat.*

**CAP. VI.** § 13 *Lege hac]* Quam  
paulo ante Cæsar consul de repetun-  
dis promulgaverat. In illa autem  
lege certus comitum numerus accu-  
satori in requirendo assignabatur, ob  
invidiam illarum rerum, quas in  
Flaccum fecerat Lælius. *Idem.*

§ 14 *Distributis partibus]* Multis ex  
suis comitibus in varias Asiae partes  
distributis, qui sermonem illum de  
Cn. Pompeio dissiparent. *Idem.*

**Regum]** Mithridatis, et Tigranis.  
*Ferrat.*

**Testimonii denuntiatione]** Quiotil.  
v. 7. ‘Duo, inquit, genera sunt tes-  
timoniū, aut voluntariorū, aut eorum,  
quibus index in publicis iudiciis lege  
denuntiare solet. Quorum altero utra-  
que pars utitur, alterum accusatori-  
bus tantum concessum est.’

**§ 15 Locupletes]** Hi passi sunt fieri  
psephismata, ne cogerentur venire  
Romam ad testimonium dicendum;  
tenuiores, viaticum sperantes, si Ro-  
mam ipsi a civitatibus mitterentur  
legati; stulti, Pompeii auctoritate  
permoti. *Ferrat.*

**CAP. VII.** *Tributim, et centuriatim]*  
Tributim, cum scisceret plebs; cen-  
turiatim, cum populus universus ju-  
beret. *Manut.*

**Auctoribus]** Iis qui plebiscitum,  
populive jussum suaderent. *Idem.*

§ 17 *Cymæus]* Ab Asiae urbe Cy-  
ma, enjus psephisma proferebatur:  
qui ob exportatum frumentum virgis  
cæsus, et Flacco proinde iratus, data  
Lælio concione, populares suos, ut  
decreatum in Flaccum facerent, horta-  
tus est. *Ferrat.*

**Ego]** Cum accusarem C. Verrem.  
*Manut.*

**CAP. IX.** § 20 *Falsas rationes]* Ta-

bulas publicas civitatum recitaverat accusator, in quibus erat summa pecuniae, quam ex aerario et vectigalibus sumptuam se Flacco deditisse dicebant. *Ferrat.*

*Hypsaeum*] Qui Pompeii Mithridatico bello quaestor fuit. *Manut.*

*His auctoribus*] Pompeio, et *Hypsaeo*. *Idem.*

§ 21 *Triduo*] Postquam Romam delatae fuissent. Hoc autem caput unum erat legis Corneliae, qua Flacus fuerat accusatus. *Ferrat.*

CAP. X. *Illa exspectatio*] Testium, qui loco tertio dicebant. Quid enim dicturi essent, audita accusatione et defensione expectabatur. Nam si eorum studium cum accusatore sociatum est, scitur quid dicturi sint, non expectatur. *Sylv.*

*Quo revertantur*] Non enim eos amplius hospitio Lælius recipiet. *Ferrat.*

§ 23 *Summa est in testibus*] Vis totius causæ. *Camerar.*

CAP. XIII. § 30 *Rogabamus*] Lambinus ex Turnebi conjectura reposuit *erogabamus*; neque mihi ea conjectura displicet. Gruterus intelligi vult 'populum.' Quasi vero in sumptibus ex aerario faciendis ad populum latum esset, et non potius ad senatum a coss. relata, et a senatu decreta res esset. Si esset ea rogatio facta, a tribuno profecto populari facta esset: quod esset contra jus et auctoritatem senatus, non minus ac si rogaretur provincia alicui. Itaque Cicero non dixisset *nos rogabamus*, quod ad senatum referendum est necessario. *Idem.*

CAP. XIV. § 33 *Non refert vero. Quid lucretur?* Cum enim genus imperatae pecuniae suscipit] Recte hunc locum viri docti exponunt: *Non refert* scilicet in tabulas accepti et expensi. *Quid lucretur*, etsi non referat? Cum enim onus imperatae pecuniae suscipit, (sic non solum Maffei codex, quem consultuit Manutius, et merito

probat, et quos inspexit Faernus, sed et Francii secundus) quod est, cum onus in se suscipit rationis redditæ de imperata pecunia, se illam accepisse, et bene expendisse; fateatur se fecisse, quod tu tanquam crimen ei objicis. *Græv.* *Onus* valde probo; neque audacior tamen fui Manutio et Faerno, qui probabant illud, sed a quibus receptum non est. *Oliv.*

CAP. XV. § 34 *Prodeant. Etiamne præconem mentiri coegeristi?*] Forte transpositione verborum hic locus est corruptus, quem sic restitues, *Citat præco voce maxima legatos Acmoneenses, Prodeant. Procedit unus Asclepiades. Etiamne præconem mentiri coegeristi?* *Græv.*

*Mentiri*] Legatos enim citavit, cum unum citare debuerit. *Ferrat.*

§ 35 *Ab A. Sextilio*] Acceptam ab A. Sextilio. Sed mendosa summa. Quis enim credat, privatum hominem ausum esse dicere, Flacco se tot drachmas deditisse, quot civitatem publice? Quare velim ex hac summa centum drachmarum millia detrahere. *Manut.*

*Ex tempore*] Pro ratione temporis, prout diversitas temporum possulat, servientes tempori; pro qua statim dicit, *temporis causa* scripsisse. *Græv.*

CAP. XVII. § 40 *Judicium fieri videtur*] Species in eo quædam judicii est. *Manut.*

*In causa liberali*] In qua agebatur de libertate illius. *Ferrat.*

§ 41 *Illum effugere non possit*] Quia testimonium jam in Flaccum dixit. *Manut.*

*Mithridatico*] Subaudi negotio, aut testimonio. *Græv.*

CAP. XVIII. § 42 *Ad illam ætatem*] Ad senectutem, ad illam, quam videotis, ætatem. *Manut.*

§ 43 *Pro socio*] Quod socium fraudasset. Vide pro Quintio, cap. 3.

*Ninium amplecteretur*] Id est, ni-

mium diligeret. Sed ita rempubli-  
cam amplectebatur, ut eam spoliaret.  
*Sylv.*

*Falsas esse voluerunt]* Pro, corrum-  
pere voluerunt, cum falsum servo-  
rum numerum professi sunt. *Manut.*

**CAP. XIX.** § 44 *Confidentissima litterarum]* Quæ perscribit omnia di-  
ligenter. *Manut.* *Turneb.* *Advers.*  
xxx. 4. *conjicit et conficiendarum lit-  
terarum diligentissima.* Sic etiam  
Francii codex. Quæ lectio vide-  
tur esse planior, et auribus Tullianæ  
copiæ et candori adsuetis gravior.  
Potest tamen vulgata defendi forte  
ex lib. v. de Finibus: ‘Sed hæc cum  
corporis bona sint, eorum confici-  
entia certe in bonis numerabimus.’  
*Græv.*

*Majorem etiam]* Hæc summa erat  
perscripta in tabulis, ut relata operi  
publico, cum tamen dicerent datam  
Flacco, idque occultatum, quod eum  
timerent. *Ferrat.*

§ 45 *Judicatum]* Pecuniae Hermip-  
po debite condemnatum. Qui cum  
judicatum non solveret, Hermippo ad-  
dictus est, et ab eo ductus, ut in ejus  
scilicet potestate esset. Id enim jus  
erat creditoris in debitorem, qui ju-  
dicatum non solveret. *Manut.*

*Usque Tmolo]* Non accepit præ-  
sens, sed usque a monte Tmolo pe-  
titiv. *Idem.*

*Huic uni]* Manntius huic una: etsi  
una sufficere videbatur, auget sola.  
Et utrumqne, inquit, alibi quoque  
Cicero conjungit.

*Intulit]* Non solum pecuniam pro  
frumento non dedit suis civibus; sed  
induxit, et intulit in rationes sum-  
pus falsos, quos se fecisse dicebat.  
*Ferrat.*

**CAP. XX.** § 46 *Cornici oculum]*  
Vide supra, *Orat.* pro *Murena*, cap.  
11.

*Percussit]* Fefellit, damno affecit.  
*Manut.*

§ 48 *Addictus Hermippo]* A Flacco  
prætore Hermippo datus est, ut ei

serviret, quod pecunia credita ei dis-  
soluta esset. Addictus a servo quid  
differat, *Quintil.* vii. 3. scribit: ‘Ser-  
vus,’ inquit, ‘cum manu mittitur, fit  
libertinus: addictus, recepta liber-  
tate, est ingennus,’ &c. *Sylv.*

**CAP. XXI.** § 49 *Missus]* Dismissus  
est, cum pro sua persona mancipia  
quædam dedisset. *Ferrat.*

*In duplum iret]* Apparet ita fuisse  
olim datum judicium iterum de re  
judicata, ut qui judicatum negaret,  
si contra eum pronunciatum secun-  
do fuisset, perderet alterum tantum,  
quantum judicato contineretur. *Ca-  
mer.*

§ 50 *Q. Naso]* Loens aliqua decla-  
ratione indiget. Quod enim dicat Q.  
Nasonem judicem sumptum, intelli-  
gendum est, eum arbitrum a parti-  
bus lectum. Quod vero sequitur,  
‘ab eo judice abiit,’ subandiendnm  
‘Heraclides.’ Ea vero verba, ‘quod  
judicin lege non erat,’ sic intellige:  
Quia judicium illud non erat lege  
constitutum, sed partium voluntate;  
nam arbitraria, quæ nos ‘comprouisa’  
appellamus, e libera partium vo-  
luntate dependent. Ut si actor cau-  
sam prosegni noluerit, nulla id lege  
facere cogatur. Idcirco Heraclides  
qui actor erat, ab eo judice abiit, et  
causam totam reliquit. *Faërn.*

§ 51 *Nudum esse voluisti]* Nudum,  
bis dixit, primum Deciani turpem li-  
bidinem, deinde avaritiam carpens.  
*Manut.*

*Occupavisti]* Occupare pecuniam,  
est in quæstu collocare. Fiduciam  
accipere, est fundum accipere ea  
lege, nt eum aliquando restituas,  
fide utrinque data, sine testibus et  
litteris. Fundus alicui commissns  
dicitur, qui loco pignoris creditoris  
obligatus, proprijs ejus efficitur,  
debitore ad diem non solvente. Deci-  
anns igitur pecuniam dedit Lysanias,  
accepto fundo, quem restitueret, re-  
stituta pecunia ad certum tempus, ut  
ille dicebat. Lysanias eo tempore

non solvit, et ideo ad se devolutum fundum Decianus putabat: quem tamen se redditum pollicebatur, si ille contra Flaccum testimonium dixisset. *Ferrat.*

CAP. XXIII. § 54 *Erat ei Castriciano nomine irata]* Castricio Tralliani debebant pecuniam. Castricius ad Flacci iudicium Trallianam civitatem adduxit. Ut Tralliani Castricio creditam pecuniam solverent, Flaccus judicavit. Eam ob causam Flacco Tralliani irascebantur. *Sylv.*

*Exsiluerunt]* Sic Henricus Stephanus ex antiquo codice reponit *exsiluerunt*, ubi vulgo legitur *siluerunt*. *Lamb.*

*Ad hujus dies festos atque ludos]* In honorem magistratum populi Romani solebant institui ludi ac dies festi a provincialibus, collata publice pecunia ad impensas illorum. Hoc aliquando fiebat vero studio, aliquando a coactis, aliquando ab assentatoribus, ut indicatur actione Verr. II. ubi exagitat hoc festum. Sed et alibi in Epistola ad Atticum dicit, se recusasse ludos et statnas aut fana, et dicit se aliis oneribus et sumptibus civitates liberasse. Nam gravabantur certe hoc nomine provinciales. *Camer.*

§ 56 *In quæstum]* Id est, Tralliani collocarunt hanc pecuniam, non impenderunt in institutionem honorum, ad quos fuit collocata, et quibus fuit destinata: et ita quasi fuit abalienata a Flacco. *Idem.*

CAP. XXIV. § 57 *An id, quod Pergami]* Id est, plane idem, quod Pergami: quod Asiæ caput erat. *Manut.*

*Una epistola]* Significat id, quod in Maniliiana cap. 3. exposuit his verbis: ‘Uno die tota Asia, tot in civitatibus, uno nuncio, atque una litterarum significatione cives Romanos necandos, trucidandosque denotavit.’ *Idem.*

§ 58 *Est confitendum]* Aut ille motus ex Mithridatis epistola consilio

principum est excitatus; aut, si temeritate multitudinis, non consilio principum, ita delicta vulgi et omnium imperitorum, quos Mæandrius concitavit, insector, ut ea separem a publica causa, et civitatem hac lædendi Flacci culpa liberem. *Idem.*

CAP. XXV. § 59 *Ex quibus]* Hoc est, ex Trallianis ipsis. *Ferr.*

*Si non licuit]* Nisi cum facturus erat ludos, licuit filio, omni ludorum spe intercepta post ejus mortem. *Idem.*

*Impetraverunt]* Ut illis dimitteret omnem usuram, quam inde perceperant. *Idem.*

CAP. XXVIII. § 66 *A gradibus Aureliis]* Circa quos Judæa gens versari solebat. *Manut.* Gradus Aurelii, forum Aurelium, et tribunal Aurelium a Cicerone saepè dicitur. *Sylv.*

§ 68 *Judicatum]* Agebat enim per judices Flaccus, in auro deprehendendo, quod Hierosolymam deferebatur. *Ferrat.*

§ 69 *Elocata]* Quasi loco mota, susque sedibus pulsa. *Manut.*

*Serrata]* Facta tributaria, serva. Videantur interpretes ad Justiniani lib. I. tit. 3.

CAP. XXIX. § 70 *Purpuram Tyrianam]* Vel in lato clavo, si senator erat; quod non arbitror, cum annos triginta Pergami fuisset; vel in angusto, si eques Romanus. *Manut.*

*Unis vestimentis]* Quod eandem, quoties ad urbem rediret, tunicam referret. *Idem.*

§ 71 *Miseriores habes]* Facis, ut sint miseriores. Habemus aliquem miserum, habemus sollicitum, ut Tarent. ‘Omnes sollicitos habemus servos.’ *Camerar.*

*Pater tuus]* Qui iisdem in locis pari crudelitate negotiatns est. *Ferrat.*

*Habcre]* Non emere, sed habere; quia fraude occupaverat. *Manut.*

§ 72 *Pedibus compensari pecuniam]* Quia quo minoris emuntur, eo laboriosius visuntur longinqui agri; et

quod in pecunia lucrum fit, pedum labore compensatur. *Idem.*

*Ad Caicum]* Phrygiæ fluvium, ex Mysia fluentem. *Idem.*

*Agamemnon]* Vide Eustathium Iliad. A. in illud Homeri παλιπλαγθέντας. *Idem.*

*Emisses]* Emere debebas. *Idem.*

*Cap. xxxi. § 75 P. Scipioni]* Ei qui Tib. Gracchum occidit: quo facto Pergamum in exilium abiit. *Idem.*

§ 76 *Imponebant]* Nolim hoc verbo aliquem falli: non enim hoc dicit, Deciani præsentis capiti coronam auream vere esse a Pergamenis impositam. Nam impositam non esse, ex verbo litteris intelligitur. Sed *imponebant litteris*, valet, imponendam psephismate decernebant. Aliud est autem litteris, aliud re ipsa impone-re. Sed cum litteris, tum te, inquit, ludebant. Nam revera tibi non plus aurum committebant, quam mone-dulæ; cui si quis committeret, amis-sum sciret: avis enim illa anrum et argentum avide furatur, auctore Plinius, xxix. 10. *Idem.*

*Proscriptiones]* Prædiorum, quæ Decianus a se empta dicebat. *Idem.*

*P. Orblius]* Tres Asiæ prætores nominat, P. Orbium, P. Globulum, L. Flaccum. Orblius, inquit, contra te decrevit; in Globulum fuisti gratiosior, id est munera contulisti; ideo nihil contra te decrevit. Flac-cum decrevisse fateris, verum inimi-citiis et iracundia incitatum. *Idem.*

*Cap. xxxii. § 77 Decrevissent]* Locus corruptus. Alii aliter emen-dant. Lambini, quæ textui subjuncta est, sive lectio, sive conjectura, sit instar omnium.

*In consilium]* Ut judex esses. In quo tibi honorem habuit, oblitus ini-micitarum, quæ patri tuo cum illius patre fuerant. *Manut.*

*Quæ quidem quam sancte solita sint observari]* Quænam? fuisse militem in ejus legione vocatum ab eo esse in consilium: quæ tu, Deciane, non

observas; Flaccum enim accusas. *Idem.*

§ 78 *Nobis]* Συνεκδοχικῶς, id est, a mea parte et Flacco. *Camer.*

*Sed edixisset]* Quod pro imperio fit: cum decernatur jure, causa cum consilio cognita. *Manut.*

*Quas easdem]* Locus depravatus. Mihi et apertior et melior sententia videtur, si legatur, *Queis easdem mulieres amandas apud Pataranos requisivit.* Quas enim mulieres, id est Amyntæ uxorem, et filiam, reddendas esse Flaccus decreverit, eas cum Decianus, ne redderet, apud Pataranos amandasset, Q. Cicero litteris requisivit. *Idem.*

§ 79 *In censu dedicaristi]* Profes-sus es, in censum retulisti. Antiqua locutio, sed exemplis parum confir-mata. Sic locutum Africanum mi-norem, teste Gellio cognoscetur. ‘In uno scorto,’ inquit vii. 11. recitans Africani verba, ‘majorem pecuniam absumpsisti, quam quanti omne in-strumentum fundi Sabini in censu de-dicavisti.’ *Idem.*

*Convicta ab Apollonidensibus]* Judi-cio tibi adempta ab Apollonidensi-bus, condemnatione *Polemocratis.* *Idem.*

§ 80 *Censui censendo]* Non poter-rant censeri, adeoque subsignari bona, quæ non haberent jus civile, et non essent mancipi, hoc est, nisi ita essent sua, ut possent abalienari. *Ferrat.*

*Subsignari]* Id est, in tabulas pub-licas referri. *Manut.*

*Tempus]* Bellum ejusmodi, ut ubi-que tributum imperari necesse esset. *Idem.*

*Tributum]* Nam Apolloniæ cense-bantur nomine Amyntæ, Romæ no-mine Deciani. *Ferrat.*

*Dividi non potest]* Quia in liberas civitates deduci coloniæ non pote-rant. *Idem.*

*Centum triginta]* Sestertiorum cen-tum triginta millia: parva omnino

summa; cum præsertim Decianus gloriatus esset. Quod si **CXXX.** pro centies tricies accipiamus, præclare Deciani gloriæ satisfiet. In quo Cicero jocatur, mentitum esse Decianum ostendens gloriæ causa. *Manut.*

*Eum [maximam habiturum esse familiam. Responsum est, ejus facta non videri. Idem visum est postea Flacco, cum rem cognosceret: itaque decrevit.] Habetis.]* Hæc uncis circumsepta Lambimus in veteri codice invenit. Editionibus aliis absunt: neque nos habemus pro germanis. *Grut.*

**CAP. XXXIII.** § 81 *Scilicet defendum Decianum]* Ironia: pergitque cum eodem joco: ‘Non est, mili crede, corruptus.’ *Manut.*

§ 82 *Redimeretur]* Quod ab eo Flaccus emeret. *Idem.*

*Ut duceret judicium]* Hoc est, ut produceret, ut moram necteret. *Camer.*

*Sex horas lex dedit]* Tres accusatori, totidem defensori in causa repetundarum. *Manut.*

*Subscriberis tui]* Subscriptores dicabantur, qui faventes accusatori, et accusationem una facientes, subscribant ad accusatoris nomen suum in reum. *Camer.*

*Fortasse fecisti et tu et populi sermo, ne exciperes]* Nulla fere mutatione turpis ex hoc loco eluitur maenla; nam si legatur fecisset ut ex populi sermone excideres, vitii nihil supersit. Si locum, inquit, illi tanquam subscriptori tuo ejusdem agendæ causæ dedisses, fortasse tuam laudem obsecrasset. *Manut.*

*Usque ad coronam]* Adduxisti in populi conspectum; sed verba facere, quod erat subscriptoris munus, non sivisti. *Ferrat.*

§ 83 *Ita enim dixisti]* Ita frigide, ita jejune Flaccum accusasti, ut corruptus ab eo videri possis. *Manut.*

**CAP. XXXIV.** § 81 *Ad ipsum]* Quod Valeriae propinquus esset, et illa in-

testato esset mortua. *Idem.*

*Coëmptione]* Vide Topic. 3.

§ 85 *Occasio]* Inter impressionem et vim, occasionem nominari non placet, sed conjungi malum cum eo, quod sequitur, *non tempus*, hoc ordine: *Non impressio, non vis, non occasio, non tempus.* *Manut.*

**CAP. XXXV.** § 86 *Doti dixerat]* Eo ipso, quod in manum conveniebat. Id Cicero negat. *Ferrat.*

*Ne nostrum in prætermittendis provinciis]* De se ipso dicit, qui post consulatum ire in provinciam noluit; cum postea consilium mutaverit, et in Ciliciam iherit. *Manut.*

*Litteras misit]* Flaccus.

**CAP. XXXVI.** § 89 *Decisionis arbitri fuit]* Arbitrus hic non est, qui decidat item et controversiam inter Andronem et Flaccum, ut explicat Manutius, sed testis transactionis, qui præsto fuit cum paciscerentur tanquam testis. ‘Decidere’ enim est transigere. *Græv.*

*Obsignator]* Non pecuniæ, ut vult Manutius, sed pactionis, seu decisionis. *Obsignator* est hic, qui aliter dicitur ‘signator.’ Sic ‘signatores testamentorum,’ sunt testes, arbitri, qui testamento subscrubunt nomina, et id suis signis obsignant. *Idem.*

**CAP. XXXVII.** § 91 *At fructus]* Accusator hoc dixerat. *Ferrat.*

*Si dat]* Incipit argumentari: quæ quidem argumentatio est obscura nobis, quibus negotium non est notum. *Camer.*

*Nihil detrahit de vivo]* De eo quanti est, quod emisti. *Camer.* ‘*Lucrum*’ et ‘*vivum*’ in emptione sunt ad hunc modum: si quis rem valentem triginta scutatos viginti scutatis emat, ‘*vivum*’ est viginti scutati, ‘*lucrum*’ decem. *Sylv.*

§ 92 *Cur Albanum venire]* Cur fundum Albanum vendi jubet?

*Ab negotio]* Jocatur. Nullum enim erat Falcidio in Græcia negotium, nisi ut pergræcaretur, id est, cum

Græcis ipsis, Græco more bibendo,  
contenderet. *Manut.*

CAP. XL. § 102 *O nox illa]* Qua  
Flaccus et Pontinius prætores in  
transitu pontis Mulvii legatos Allo-  
brogum, cum litteris mandatisque ad  
suos cives, et eodem itinere ad Ca-  
tilinam missos, comprehendenterunt.  
*Manut.*

*O nonæ illæ Decembres]* Quo die  
expositis in senatu, atque editis con-  
jurationis indiciis, consule Cicerone,  
quid fieri placeret, consulente, sena-  
tus censuit, ut P. Lentulus, cum se  
prætura abdicasset, itemque alii octo  
qui cum eo conjuraverant, in custo-  
diam traderentur. *Idem.*

## PRO P. SULLA.

ARGUM.—P. Cornelius Sylla, L. Syllæ dictatoris propinquus, consul designatus cum P. Autronio Pæto, damnatus erat cum collega de ambitu, et in eorum locum accusatores L. Cotta et L. Torquatus legis beneficio successerant. Eundem Syllam accusavit aliquanto post de conjuratione L. Torquatus filius. Defendit Hortensius primum, deinde Cicero. Absolutum esse, satis ex eo constat, quia Gabinium accusavit. Qua de re ad Q. Frat. lib. III. epist. 3. *Manut.*

Vict. et Lamb. editio scribunt *Sylla*: sed aliæ, ut et nummi et inscrip-  
tiones, *P. Sulla*: et sic quoque ratio postulat. Non enim est hæc vox a *Sibylla*, ut Plutarchus aliisque volunt: sed a *Sura* est ἐποκοριστικὸν *Sulla*: quæ mei doctoris J. F. Gronovii est sententia. *Græv.* Quod si ego neque a Victorio et plerisque Italibus, neque a Lambino et Gallis omnibus volui dis-  
sentire, ignoscant alii, quibus *Sulla* magis placet. Atque ut hoc agam pancis: curnam ratio *Syllam* recusat, *Sullam* postulat, quoniam, ut censem J. F. Gronovius, a *Sura* diminutivum est *Sulla*? At virum habeo non minus eruditum, quem opponam, G. J. Vossium in Etymol. voc. *Sybillæ*: ha-

beo Plutarchum, qui scripsit Σύλλας. Is et saepè cum Romanis, et Romæ diu fuerat, sciebat Latine, et monu-  
menta rerum Romanorum multa per-  
legerat. Si in hoc vocabulo, prior syllaba eadem erat, quæ prima est in *Surena*, in *Sulpicio*, cur non scripsit Σούλλας, ut scripsit Σουρῆνας, et Σουλ-  
πίκιος? Dixerint antiquarii *Sullam*, ut 'lacrumas,' 'Burrum,' 'Bruges.' Tamen et 'lacrymas,' inquit Cicero Orat. 48. et 'Phryges,' et 'Pyrrhum,' (addo et *Syllam*) aurium causa dici-  
mus. *Olivet.*

CAP. I. § 1 *Modestiae]* Ut nemo eum denuo accusaret, cum damnatus de ambitu id modeste tulisset. *Fer-  
rat.*

*Autronii]* Sic scribendum est hoc nomen, per *u*, inquam, in prima syl-  
laba, non per *n*. *Lambinus*. *Autro-  
nii* scribendum hic et infra, ex auctoritate veterum librorum et numismati-  
cum. *Ursinus*. Hic ipse est, de quo Cic. in Bruto cap. 68. ubi primam syllabam non per *u*, sed per *n* scrip-  
simus, Victorium secuti et Corradum.

*Redomiti]* Pro domiti ponitur, ut 'recubor' pro cubor, 'redimo' pro  
emo, 'refero' pro fero, ut refero ad  
senatum; 'reformido' pro formido,

'refugio' pro fugio, et hujus generis alia. *Græv.*

§ 3 *Judicium, qui]* Hoc est: plusne momenti sit in meo, quam in Hortensii et aliorum iudicio, quo perpendimus, quo statuimus, quis nobis sit defendendus reus, quis deserendum? *Anonymus.*

CAP. II. § 4 *Celebrari]* Venerant non ut patroni causam acturi, sed ut advocati reuni sua præsentia, suaque auctoritate sublevaturi. *Manut.*

§ 5 *Hoc genere quæstionis]* Lege Luctatio de vi. *Ferrat.*

§ 7 *Autonio]* Apparet eum bis esse damnatum: de ambitu primum; deinde, quod hic significatur, de maiestate. *Manut.*

CAP. III. § 9 *Partiendæ invidiae]* Quasi una cum illi etiam in conjuratos animadverterint: quod apud populum invidiosum erat. *Ferrat.*

§ 10 *Ratio reip.]* Cum alterum nocentem noverim, alterum esse innocentem certo sciam: quo modo ostendit, se minime levem esse et inconstantem. *Idem.*

CAP. IX. § 27 *Ex domesticis imaginibus]* M. Manlium significat, qui, dejectis ex Capitolio Gallis, postea, cum in suspicionem regni venisset, de rupe Tarpeia deturbatus est. *Manut.*

CAP. X. § 31 *Is tribunus pl.]* Fortasse Metellus Nepos, qui Ciceronem abeuntem consulatu concessionis habendæ potestate privavit, cum diceret, ei qui in alios animadvertisset indicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. Quod si Metellus Nepos est; habita hæc oratio Silano et Murena coss. *Idem.*

CAP. XI. § 33 *Quam ego defugiam]* Defugere auctoritatem, est negare se auctorem fuisse. Nos Galli dicimus, désayouer. *Lamb.*

§ 34 *Quæ juratus]* Ultimo consulatus die juravit, a se servatam esse rempublicam. Id ipse narrat in orat. in Pisonem, et in ea pro Domo. *Manut.*

CAP. XII. *Contubernalis in consula-tu]* Ita tunc mos erat; ut adolescentes quotidiano convictu et sermone clarorum virorum, administrandæ reipublicæ scientiam perciperent. Sic L. Gellius C. Carbonis in consulatu contubernalis fuit: ut in Bruto. Sic M. Cælius Q. Pompeio proconsuli contubernalis in Africam est profectus: ut in orat. pro ipso. *Id.*

*Princeps juventutis]* Dicebatur, qui primus erat ex equitibus lectus a censoribus, et in albo primo loco scriptus. *Græv.*

CAP. XV. § 43 *Quantum vellet]* Id est, ne quis plus aut minus de periculo reipublicæ aut alicujus cogitatret, quam res fuisse. *Sylvius.*

§ 44 *Cum familiarī meo]* Cum aliquo ex meis familiaribus. *Ferrat.*

CAP. XVIII. § 50 *Te enim existi-mo]* Hoc sensu: Ideo tuum factum non reprehendo, quod existimem, et te ipsum prudenter statuere, quid tibi faciendum sit; neque optimum amici alicujus iudicium in ea re tibi defuisse. *Ferrat.*

§ 51 *Reliquerit]* Nam si indicaret ipse, indicii præmium, id est absolutionem, consequeretur. Cum vero per filium indicat, præmium reliquit. *Manut.*

*In confessione]* Culpam enim fateatur, cum Syllæ consilia sibi nota fuisse dicit, qui gladiatores Fausti simulatione ad cædem ac tumultum emerit. *Idem.*

*Sin tu ais illum comitatum Autronii, &c.]* Locus procul dubio corruptus: quem P. Faber Tolosanus, nunc supplicium libellorum in regia magister, vir doctiss. sic emendare ac restituere conatus est: *Sin tu ais, Syllam comitatum Autronium et Catilinam, &c.* in qua conjectura vult ille comitatum esse participium. Ego sic: *Sin tu ais, Syllam in illo comitatu Autronii et Catilinæ fuisse, cum in campo, &c.* *Lamb.*

§ 52 *Informat ad hoc adumbratum*

*indictum filium]* Id est, instruit ad hanc rem, ad hanc causam. *Sylvius.* Pith. et Franc. 1. *informat ad hoc adumbratum indicium filii:* et sic vestigia editiones. Quod perperam interpolarunt recentiores. *Ad hoc ἀρχαῖκῶς scribitur pro adhuc.* ‘*Informat adumbratum indicium filii,*’ hoc est, in filii illo ficto indicio instruendo et componendo adhuc laborat. Utrumque vocabulum ‘adumbratus’ et ‘informo’ est a pictorum arte petitum. *Adumbratio* est σκιαγραφία, cum lineæ modo extremæ umbræ, quam corpore in sole faciunt, circumscribuntur, ut Quintilianus ait. Unde Cicero de Nat. Deor. I. i. ‘*Cedo mihi istorum adumbratorum Deorum lineamenta atque formas.*’ Hinc ‘adumbratus’ et ‘expressus’ opponuntur. Ut in Tusc. III. ‘*Gloria est solida quædam res expressa, non adumbrata.*’ *Græv.*

*Falcarios]* Vide Catil. I. 4.

**CAP. XIX.** § 54 *Fausti simulatione]* Id est, simulando Faustum Syllam Lucii filium scripsisse, ut gladiatores P. Sylla emeret, quos ipse Faustus testamento patris deberet. *Sylv.*

*Arrepta est familia]* Objectio accusatoris, repente gladiatores illos esse emptos, ad cædem scilicet ac tumultum. Solutio: At ii si empti non essent, alios emere potuit, quibus Fausti munus præberet. Est autem brevi cum objectione brevis item conjuncta solutio; ut objectionis infirmitatem solutionis brevitas ostendat: inferatur enim solutio per prænomen quæ. Nam cum dici posset, ‘At ea si esset præternissa,’ dicitur, ‘Quæ si esset præternissa.’ Sic pro Archia: ‘At domicilium Romæ non habuit, is, qui tot annis ante civitatem datum, sedem omnium rerum, ac fortunarum suarum Romæ collocavit.’ Familia ‘servos’ hic designat: servi autem gladiatores, ideoque emuntur. ‘Arrepta,’ properationem Syllæ ementis ostendit: quod infra quoque confir-

matur iis verbis, ‘Properatum vehe- menter est, cum longe tempus mun- ris abesset.’ Ex quo miror, cum nec obscuritatis, nec vitii sententia quid- quam habeat, cur nonnullis locum mu- tare, et pro *arrepta*, reponere *atempta*, in mentem venerit. *Manut.*

*Utinam]* Hæc est responsio ad su- periorem objectionem. Urget deinde accusator, ‘Properatum vehe- menter’ defensor, ‘Quasi vero.’ Accus. ‘Necopinante Fausto.’ Def. ‘At litteræ sunt Fausti.’ Accus. ‘At præfuit familiae:’ Def. ‘Jam si in comparanda,’ &c. *Ferr.*

*Iniquorum intidæ]* Qui Fausto in- vident propter opes ei a Sylla patre relictas, quibus non satisfacit hæc familia, ut exigua, parum respondens ejus honoribus, cui. mortuo dabatur. *Manut.*

§ 55 *Ferramenta]* Quibus gladia- tores in pugna uterentur. *Idem.*

**CAP. XX.** § 57 *Per se]* Conjura- tio, quæ Romæ fiebat, nullo modo nitebatur provinciarum discordiis, neque ab alia ulla re quam a se ipsa pendebat. *Ferrat.*

**CAP. XXI.** § 60 *Pompeianos]* Pompeii oppidum fuit in Campania, prope Neapolim. II a populo Romano devicti, parte agri multati sunt. Eo a triumviris, in quibus P. Sylla erat, colonia deducta est. Inter Pompeianos et colonos exorta seditio est, quod nollent Pompeiani colonis tan- tum jus suffragii ac magistratus ge- rendi esse, quantum sibi. Hanc se- ditionem a Sylla excitatam dixit Torquatus, ut Pompeianos in sua po- testate haberet, iisque ad hanc con- junctionem nteretnr. *Syl.*

§ 61 *De ambulatione]* Gulielmus interpretatur *porticum;* ut in ipso Cicerone saepe alias. Et Catullo, ‘In Magni simul ambulatione.’ De por- ticu ergo dissensere cum colonis Pompeiani. *Grut.* Alii, *de ambitione,* quod interpretantur, de magistratu- um petitione. *Ambulatione* tueruntur

quatuor libri veteres a me consulti, et editio prima. Græv.

CAP. XXII. § 62 Rogationis Cæcilia] Ut per vim ferretur lex, quam frater P. Syllæ Cæcilius tribunus pl. de minuenda ambitus pœna promulgaverat. *Manut.*

*De levauda]* Quia damnatus fuerat Sylla de ambitu. Eam pœnam nova lege Cæcilius minuere cupiebat.

§ 63 Primum Cæcilius] Duo fere versus fuerant a scriptore librario omisi; quos ego partim conjectura ductus, partim ab antiquis libris adjutus, repræsentavi. Errans scilicet librarius in nominibns, *Cæcilius*, et *Cæcilium*, a *Cæcilius* ad *Cæcilium* transliterat: et ita versum unum integrum omiserat, quem restituimus. Lamb. In qua re est uterque laudandus. Primum Cæcilius, qui id promulgarit, in quo res judicatas videbantur voluisse rescindere, ut statueretur: *Sylla recte respondit, status enim*] Locum aperte corruptum ita Pantagathus restituebat: In qua re est utique laudandus, per eum Cæcilius, qui si promulgarit, in quo res judicatas videbatur voluisse rescindere, ut restitueretur *Sylla, recte reprehendit: status enim, &c.* Ursin. Primum Cæcilius, &c.] Malui locum notare asterisco, quam admittere Memmiani codicis scripturam Lambini conjectura ferruminatam. Erat viri probi seorsim exhibere codicis Ms. lectionem, et sic deinde subjicere divinationem suam. Nostri Palatini octo nihil variant, nisi quod sept. *Cæcilium*. Henr. Stephanus laudat e Ms. Primum Cæcilius, qui id primum promulgarit, quo frutris casum levare posset: quem quiu res judicatas, &c. quod sane admisissem, si tale quid offendissem in nostris, aut ulla veteri editione: interim uno stare libro, et tali quidem, qui nunquam forte fuit in rerum natura, non est nostrum. Vix oculis meis credo, nedum ut linguae alienæ. Grut.

Eam serebat] Placet quod aliis, afferebat. Nisi si dicas, voluisse Cæcilium eam ferre pœnam, non quæ cum ultima lege, (ultima autem Calpurnia tunc erat, qua Sylla damnatus est) sed quæ cum superioribus congrueret; in quibus aliquanto leviior, quam in ultima, ambitus pœna constituta erat: ut, ‘superioribus legibus,’ valeat, iis, quæ ante ultimam latæ fuerant. ‘Nuper’ autem sit, non multo ante ultimam. *Manut.* ‘Auferre pœnam,’ vix Latinæ aures ferunt. Græv.

CAP. XXIII. § 65 Posita est in senatu] Cum diu de hoc loco cogitasse, animadverti hæc verba, posita est in senatu, populum Romanum latuit, esse spuria et supposititia, ut non tantum sententia et Romani sermonis integritas flagitat, (quid enim est ‘ponere,’ aut ‘deponere legem in senatu?’ quomodo potuit populo Romano latere quod propositum est?) sed et veteres, nti vidimus, libri, in quibus pop. Rom. latuit non legitur. Videntur autem irrepsisse, cum oscillatio librarii repetita esset vox posita ex præcedente versu: lex dies fuit posita paucos, sic enim pro propria legitur in Pithœano, et itidem repetita vox senatum ex sequente versu. Forte margini fuit adscriptum *rogatio*, quod est in Mediolanensi. Spero omnes, qui judicio valent, mihi, ubi hæc verba ineptissima recte consideraverint, assensuros. Delere tamen nondum ausus sum, quia posita est in senatu in omnibus codicibus legitur. Si vel unus melioris notæ illa non agnovisset, ut nonnulli non agnoscant sequentia *populum Romanum latuit*, ea delevissem. Nunc et hic pannus purpuræ Tullianæ, ut multi alii, adsutus est ferendus. Græv. *Populum Romanum latuit*] Vult Gaspar Scipio, Præf. Grammat. Philos. hoc Latinum non esse, vel saltem Ciceronis ætate non fuisse. Græco more dicitur, ‘latet me,’ sed

Latino, ‘latet mihi.’ Itaque in veteribus Ciceronis libris fuit, *P. R. latuit*: quod erat dandi casu legendum, *populo Romano latuit*. Hæc ille pluribus. Vide Catilin. I. cap. 6. *Olivet.*

*De rep.]* Henricus Stephanus emendat *e rep.* ingeniose et erudite. *Lambinus.*

§ 66 *Tamen]* Repone, *tum*, ex nroque Francii, et editione prima. *Græv.*

CAP. XXIV. § 67 *Me hoc demonstrasse]* Quare colligebat hoc accusator? Quia cum primæ conjuratio-  
nis causam innueret Cicero fuisse ju-  
dicium, quo damnati fuerant de am-  
bitu Sylla et Autronius, neutrum  
ab illa excludere videbatur. *Ferrat.*

§ 68 *De quo etiam si quis dubitus-  
set]* Ostendit L. Torquatum dixisse  
quæ non convenient. Nam si P. Syl-  
la conjuravit L. Torquati patrem  
cos. Kalendis Januariis interficere,  
ut consulatum judicio amissum per  
vim recuperaret; non est verisimile  
enī, postquam damnatus est, operas  
et manum comparasse, ut Catili-  
na contra Torquatum suffragaretur.  
*Sylv.*

*Interfecto patre tuo consule]* L. Torqua-  
tum et L. Cottam, cum inirent con-  
sulatum, Kalendis Januariis, interficere,  
et consulatum per vim arripare  
Catilina et Autronius conjuraverant.  
*Idem.*

*Descendere]* In forum, Sic enim  
loquebantur, quia nobiliores in colli-  
bus habitabant. *Manut.*

CAP. XXV. § 70 *Conatum]* Remp.  
scilicet perdere. *Ferrat.*

*Cum indicibus]* Qui viros inno-  
centes falsis criminibus vexarent.  
*Idem.*

CAP. XXVI. § 72 *Quam posse debet]*  
Non enim civis eam in alios cives  
potestatem habere debet, ut illorum  
vita a sua voluntate pendeat; sed  
est vitium temporis. *Idem.*

§ 73 *Celebratio quotidiana]* Celebra-

tur quotidie Syllæ domus civium ho-  
nestissimorum conventu. *Manut.*

*Familiaris dignitas]* Pro, familia-  
rium dignitas. Ut infra, cap. 28.  
*Idem.*

§ 74 *Cum lege retineretur]* Lege  
Calpurnia, quæ de ambitu damnatis  
exilium non irrogabat. Postea de-  
cem annorum exilium addidit Tullia  
lex, a consule Cicerone lata. *Manut.*

CAP. XXVII. *In hoc vos pudore ju-  
dicii]* Cum illum puderet hujus judi-  
cii quo damnatus erat. Sic potest  
exponi, sed puto tamen Tullium scrip-  
sisse, *in hoc vos pudore, judices, et in  
hac vita. Græv.*

CAP. XXX. § 84 *Conceditur]* Hoc  
est, si id ab omnibus mihi conde-  
re tur, ut ea in re standum meæ auc-  
toritati esset, sponte remitterem,  
ac recusarem. *Ferrat.*

§ 85 *Grave esse]* Ironia. *Ferrat.*

*Pudori meo]* Quomodo enim pudori  
suo Cicero consuleret, si defenderet  
quem conjurasse arbitraretur? *Idem.*

*De re P. Syllæ rem ullam]* Vitium  
apparet; itaque nonnulli, *de re*, tan-  
quam supervacaneum, inducendum  
putarunt. In quibusdam antiquis li-  
bris, *de reatu* legitur, quod idem vi-  
tiosum esse constat. Nobis placaret  
*de crimine.* Non enim longe differt  
*crimine a re*, si *crimine contracte* le-  
gatur. *Manut.*

CAP. XXXIII. § 92 *Rejectione in-  
terposita]* Facile est intelligere, unius  
accusatoris in crimine conjurationis  
rejectionem judicum fuisse. Verisi-  
mile est autem in rejectorum locum  
eos deligi solitos ab accusatore, quos  
putaret de reo severissime judica-  
turos, quam Cicero, ex accusatoris  
mente, ‘acerbitatem’ appellat: ju-  
dicum autem gratiam et clementiam  
ancupatur in eo, quod subjungit, ‘a  
fortuna nobis ad præsidium innocen-  
tiæ constituti.’ Et infra, ‘Est ves-  
tri animi atque virtutis, declarare  
non eos esse vos, ad quos potissi-  
mum, interposita rejectione, deve-

nire convenerit.' Quo loco significat, si crudeles judices accusator quæsierit, errasse in delectu; quos enim delegit, a crudelitate longe absesse. *Idem.*

## PRO A. LIC. ARCHIA POETA.

**ARGUM.**—Archias, magni nominis poëta, Antiochenus, Romam venit anno urbis 648, et ab Heracliensibus civitate donatus in gratiam Luculli, Romanam etiam civitatem adeptus est lege Plantia Papiria, anno 661. Sed elapsis viginti et octo annis, Gratius quidam Archiae litem intendit de civitate, ex lege, ut opinor, Papia. Cicero Archiam hac oratione defendit. *Ferrat.*

**CAP. I. § 1 A. Licinius]** Nomen ex Licinia gente sumpsit: enjus beneficio civis Romanus factus fuerat. Cur autem non etiam prænomen, incertum est. *Ferrat.*

**Memoriam recordari ultimam]** Id est, primam, remotissimam. De hac voce plura in *Orat. de Prov. Cons. c. 18.*

**§ 2 Ne nos quidem huic cuncti studio]** Tò cuncti magnas hic turbas dat. Quid enim est cuncti? At Festus cunctos negat dici nisi omnes conjunctos. Manutius exponit 'cuncti' toti, ut sit, ne nos quidem toti huic studio eloquentiæ dediti sumus. Sed ne Carneades quidem mihi persuaserit 'cunctos' totos dici, et de uno homine. Libri Err. Memimii habent partim cuncto, quod respno; partim cure et, quod perspicue verum est. *Passer.* Non male coreculum Galliæ snæ Claudius Puteanus huicce uni studio, sed MSS. nihil mutant. Recepit id tamen in contextum Lambinus. *Grut.*

**Humanitatem]** Vide Gellium, lib. XIII. cap. 17.

**Commune vinculum]** Vide Cic. de

**Orat. III. 6. Vitruvium initio lib. I.**  
&c.

**CAP. II. § 3 Legitima]** De qua lex est, et quæ lege exercetur. *Manut.*

**Severissimos]** Apud qnos extra causam si quid affertur, locum habere non videtur. *Idem.*

**Hac restra humanitate]** Litterarum illarum scientia, de quibus mihi sermo futurus est. *Idem.*

**De studiis humanitatis]** Quæ ad humanitatem informant, quæ animos humanitatem excolunt. Significatur autem historia in primis, et poëtice; nam utraque infra landatur. Gellius alias quoque disciplinas humanitatis nomine comprehendit, cum eam eruditio nomen vocat, et ait propemodum esse, quam παιδιαν̄ Graeci dicunt; exemplis tamen valde probantibus nou uititur. Et in hac ipsa oratione enim ait Cicero, 'Ab iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet,' quid putemus? mathematicæ, et physica significari? At hæc Romæ tum non colebantur: aut virili certe ætate, non puerili; et omnino a perquam paucis. Quare, quod ad Gellii opinionem attinet, nec probare possum, nec improbare audeo: assensum libenter sustineo. *Idem.*

**Tractata]** Id est, oratores ejusmodi personas in judiciis non tractant, quia poëtæ, otium studiorumque secantes, adduci non solent in judicium. *Passer.*

**CAP. IV. § 6 Siciliam]** Ita *Grut.*

et Græv. ex MSS. vulgo, *Ciliciam.*

*Aequissimo jure, ac fædere]* Videtur omnino significare, meliore quodam jure ac fædere Heraclenses fuisse, quam Tarentinos, Rheginos, Neapolitanos. Alioqui cur in eas adscribi cuperet Archias, quasi ceteris, in quos adscriptus antea fnerat, neglectis? quorum etiam tabulis Archiam non uti, quod semper se Heraclensem esse voluerit, infra dicit. *Manut.*

§ 7 *Sexaginta diebus]* Non est per sexaginta dies continuos profiteri, quo quid absurdius? nec post sexaginta dies, ut Lambinus conatur reponere; sed intra sexaginta dies. Dati antem sexaginta dies, ut ii qui longius abessent, satis scilicet haberent temporis quo Romam venirent ad profitendum. Profitetur qui edit aliquid, et publice testatum esse vult, ut profiteri censum, et merces apud publicanos. Græci ἀπογράφεσθαι, de qua voce vide Budæum in Pandecatas. *Passer.*

§ 8 *De civitate ac lege]* C. Puteanus, vir doctiss. censet legendum *hac lege*, quod Lambinus improbat, ego probo: nam *hac lege* reus erat Archias. *Hotom.*

§ 9 *Ante civitatem datum]* Silvani lege, et Carbonis. Quæ civitatem non dabat, nisi qui domicilium in Italia, cum lex ferretur, habnisset. *Manut.*

CAP. V. *Quamdiu incolumis fuit]* Antequam condemnaretur. *Idem.*

*Omnem tabularum fidem resignasset]* Omnem ejus tabulis, in quibus professorum erant nomina, fidem abrogasset. Resignasset, inquit, quia tabulæ obsignabantur annulo prætoris. *Manut.*

*Ad judices]* Ut de litura illa, qnam in suis tabulis deprehenderat, judicarent. *Idem.*

§ 10 *Gratuito]* Nullo eorum merito, nulla, aut humili arte. *Idem.*

*Post civitatem datum]* Lege Silvani

et Carbonis; ut supra.

*Post legem Papiam]* Secundam latam a C. Papio, ‘Ne quis peregrinus pro cive se gereret.’ *Ferrat.*

§ 11 *Apud exercitum]* In exercitu, et apud exercitum, non eodem sensu dicitur: in exercitu, qui miles est; apud exercitum, qui vel negotii, vel rei militaris cognoscendæ gratia, vel quovis potius, quam stipendiæ, nomine, in exercitu est. Archias autem non miles erat, sed pro sua virtute contubernialis imperatoris. *Manut.*

*Iis temporibus, que tu criminaris, ne ipsius quidem judicio in civium Romanorum jure esse versatum]* Hæc mili perobscura videntur et ἀνακόλουθα. Quomodo enim Archias testamentum fecit Romanorum legibus, et adiit hereditates civium Romanorum, si ne suo quidem judicio tum in civium Romanorum jure est versatus? Contrarium Cicero voluit ostendere. Itaque ut hæc ἀνακόλουθa tollatur, pro quæ scribe queis, et sic interpunge: *Iis temporibus, queis tu criminaris, ne ipsius quidem judicio in civium Romanorum jure esse versatum, et testamentum sæpe fecit nostris legibus.* Hæc est vera sententia: Illis ipsis temporibus, quibus tu contendis Archiam ipsum nondum præse tulisse se civem esse, multa pro cive gessit, testamentum fecit, et quæ sequuntur. Igitur falsum est, quod tu criminaris. *Græv.*

*In beneficiis ad ærarium delatus est]* Hunc ego morem deferendi ad ærarium, si qui bene de republica meriti essent, didici olim ex Ep. ad Fam. v. 20. in qua sic est: ‘Quod scribis de beneficiis, scito a me tribunos militares, et præfectos, et contubernales dumtaxat meos delatos esse.’ Qui enim utilem reipublicæ operam in bello quacunque ratione navaverant, eorum nomina, ex bello reversi, vel prætores, vel imperatores, ad ærarium deferebant. *Manut.*

Deferri in beneficiis ad ærarium, non erat emolumennum, verum merus honor, et commendatio illarum personarum apud populm Romanum profutura illis vel ad majora ornamenta ab repnblica consequenda, vel ad pericula, si quæ extilissent, sublevanda, tanquam olim meritis, nt judicio et beneficio principum honestarentur. Sic hic Archiam a Lucullo, sic L. Cornelium Balbum a Pompeio in beneficiis ad ærarium delatum esse ejactat in illorum defensione Cicero. J. Fr. Gronov. De Pec. Vet. III. 17. ubi vide plura. Græv.

CAP. VI. § 13 *Tempestivis*] Vide supra, pro Murena, cap. 6.

*Ex his studiis hæc quoque censemur oratio et facultas*] Dicendi facultas ex poëtarum lectione censemur, id est, pretium et aestimationem meretur, et in primis laudatur: a Græcis δοκεῖν dicitur, quorum imitatione ita loqui solemus. Budæus, in Pand.

CAP. VII. § 16 *L. Furium*] Philum, quem disputationem induxit Cic. in lib. de Rep.

*Adolescentiam alunt*] Recte, alunt, de ætate quæ crescit. Libri veteres in mendo consentiunt; habent enim emnes agunt: ut interdum necessaria conjectura videatur. Manut.

CAP. VIII. § 18 *Inflari*] Est a MSS. nostris omnibus; et id proprius ad vim Græci verbi ἐνθουσιάζεσθαι, quam quod publicatur *afflari*. Grut. *Inflari* nostri quoque omnes libri tuentur. Græv.

*Commendati*] Accedo Gulielmianæ conjecturæ *commodati*. Grut.

CAP. IX. § 19 *Ipsi illi C. Maric*] Qui Cimbros devicit. Manut.

*L. Plotium*] Nominatum a Suetonio inter claros rhetores. Idem.

CAP. X. § 22 *Rudium hominem*] Rudiæ oppidum Apuliæ, fœderata civitas, quo tempore Ennius in civitatem est receptus; quæ postea colonia fuit, a Q. Fulvio Nobiliore deducta, cuius beneficio civis Romanus

factus est Ennius; ut in Bruto legimus.

§ 24 *Noster hic Magnus*] Ergo aedrat Pompeius, qui Messala et Pupio coss. urbem ingressus est: adeoque eodem anno habita est hæc oratio. Ferrat.

§ 25 *Alternis versibus longiusculis*] Imparibus, nt in elegiis. Passer.

§ 26 *Cordubæ natis poëtis pingue quiddam sonantibus atque peregrinum*] Quonam fato evenisse dicam, ut eandem regionem tamdiu eadem lues infecerit? Non enim possum, quio de poëtis Hispanis Mureti iudicium describam e præfatione in Catullum: ‘ Hispani poëtae præcipue et Romani sermonis elegantiam contaminarunt, et, cum inflatum quoddam, et tumidum, et gentis suæ moribus congruens invenissent orationis genus, averterunt exemplo suo cæteros a recta illa, et simplici, in qua præcipua poëtarum sita lans est, et in quam superiores omni studio incubuerant, imitatione naturæ. Itaque fere post Augusti tempora, ut quisque versum maxime inflaverat, sententiam maxime contorserat, eo denique modo locutus fuerat, quo nemo serio soleret loqui, ita in pretio haberet cœpit. Quin etiam fucatus ille splendor, et adulterina eloquentiæ species, ita nonnullorum, qui veræ eloquentiæ gustum non habent, occæcavit animos, ut his quoque temporibus extiterint Hispani duo, homines cætero-qui et in primis eruditæ, et scriptis editis nobiles; quorum alter Lucanum Virgilio, alter Martialem Catullo anteponere veritus non est. Quorum ab utroque ita dissentio, ut, si quis Dens potestatem milii optionemque faciat, non dicam Virgilii, cui videor injuriam facere si eum ullo modo cum cæteris compararem, sed Ennii alienus, aut Furi, quam Lucani, multo similem in scribendo esse me malim: inter Martialis autem et Catulli scripta tantum

interesse arbitrer, quantum interdicta scurræ alicujus in trivio, et inter liberales ingenui hominis jocos, multo urbanitatis aspersos sale. Neque vero negaverim, multa in Martiale quoque non inscienter dicta reperiri; sed profecto deteriorum longe numerus major est. Latinæ quidem orationis nativa illa, minimeque, quasi pigmentis, infuscata germanitas, in Martiale nulla est, in Catullo præcipua.' Ut discederem ab instituto, atque hunc, contra ac sum solitus, pannum assuerem, induxit me, et prope coëgit orationis totius mira suavitate conjuncta utilitas. Quam enim hæc scripta candidate! quam vere! quam opportune huic ævo, nostrisque hominibus! Huc illos voco festivarum scriptiorum artifices, quos pravæ imitationis nescio quæ intemperies atque contagio privat omni bono naturæ; et cum in euratura styli parum vel nihil ponant, sibi ac mulierculis canunt. Oliv.

CAP. XI. § 29 *Non cum vitæ tempore esse dimetiendam*] Sic reposui, scripturæ veteris vestigia secutus, pro eo, quod est in vulgatis libris, *dimittendam*. Lamb. Repugnant omnes veteres libri, quamvis P. Manutius hanc conjecturam Lambini receperit. Græv.

CAP. XII. § 31 *Tum dignitate, tum*

*venustate]* Pro *venustate* legendum *venustate*. Hoc enim dicit: pudorem et integritatem morum in Archia comprobari amicorum ipsius tum dignitate, tum vetustate. Luculli enim, et Metelli, et Catuli, et alii præterea viri gravissimi, quos antea nominarat, non tantum Archiæ amici, sed veterissimi amici erant . . . Inepte in talibus viris, quasi in pulchellis pueris, *venustatem commendari*, &c. Muret. Var. Lect. XII. 15. Hic denotat *venustas*, homines *venustos*, *politos*, ut apud Catullum: 'Et quicquid est hominum *venustiorum*?' Hi aliter dicuntur belli, elegantes, culti homines, qui stndiis et ingenio Archiæ capinnuntur. Cur autem studiis in contextu Gruteri retineatur, cum tamen in notis eam vocem daninet, librariorum negligentia est tribuendum. Græv.

*Si qua] Si affirmantis est. Virg.*  
*'Di, si qua est cœlo pietas.'* Item,  
*'Si qua pios respectant numina.'*  
*Passer.*

*Non modo humana]* Non modo ab hominibus, sed et a Diis profecta commendatio. Hominibus commendatus esse debet, qui hominum laudes commendat posteritati. 'Divina,' quod divino afflantur spiritu potest, unde quoque sancti habentur. Idem.

## POST REDITUM.

### AD QUIRITES.

ARGUM.—Pulsus in exilium Clodia lege Cicero, quod cives Romanos indemnatos necasset, eum decem et septem menses absuisset, tandem revocatus in Urbem rediit prid. Non.

Septembribus, anno Urbis DCXCVI, P. Lentulo Spinthere et Q. Metello Nepote coss. Postridie, hoc est nonis Sept. senatui gratias egit, ut ipse fatetur ad Att. lib. IV. ep. I. et paulo

post etiam populo hac oratione, data a consulibus concione, Dione teste lib. xxxviii. *Ferrat.*

In veteribus duobus codicibus Lambini, hæc oratio sequitur eam, quam habuit in senatu, et præterea habet hanc inscriptionem: ‘Cum populo gratias egit.’ In primo Franci etiam sequenti præponitur, cum hac inscriptione: ‘Oratio qua populo gratias agit pro sui restitutione in patriam.’ Sed in Erfurt. ‘Incipit oratio M. T. Ciceronis cum de reditu suo P. R. gratias egit.’ Illi etiam præponitur oratio in senatu. *Græv.* Quod cum ita esset, huic tamen Grævius alteram in sua editione non præposuit: neque ego a vulgatis rece-dam; in re præsertim nullius mo-menti. *Oliv.*

**CAP. I.** § 1 *Ejus devotionis me esse convictum*] In devotione votum inest, ut ii serventur, quorum causa se aliquis devovet. Ita videtur dicere: Ejus devotionis me compotem esse factum; id est, quem illa devotione fructum petivi, eum tulisse me. *Ma-nut.*

**CAP. II.** § 5 *Necesse*] Necesse est ut ex matrimonio filii procreantur: sed vos me voluntate consulem fecis-tis. *Ferrat.*

*Illis accepi temporibus*] Belli enim socialis initio sumpsit virilem togam; nec multo post secutum est Marianum civile bellum: et in utroque resp. bello versata est in summo dis-crimine. Ideo subjungit, ‘quæ pene amissa est.’ *Manut.*

**CAP. III.** § 6 *P. Popillii*] Quem expulerat C. Gracchus, quia in con-sulatu T. Gracchi amicos insectatus fuerat. *Ferrat.*

*C. Metello*] Lege Q. ut infra. Hie fuit Q. Cæcilius L. F. Q. N. Metellus Numidicus, qui anno U. C. 653. in exilium ivit. *Græv.*

*L. Diadematus*] L. Metellus Dia-dematus fuit L. Metelli Macedonici filius, qui quatuor filios habuit, om-

nes summis dignitatibus illustres, quorum humeris est elatus, teste Plinius, Valer. Maximo, et Velleio Pa-terculo. Primus fuit Q. Cæcilius Metellus, qui consul fuit cum T. Quintio Flaminio, qui post, trium-phatis Balearibus, dictus est Baleari-cus. Alter fuit Cæcilius Metellus Diadematus, qui consulatum gessit cum Q. Mucio Scævola. Tertius erat M. Cæcilius Metellus, cuius col-lega fuit in consulatu M. Æmilius Scaurus. Quartus numero fuit C. Cæcilius Metellus Caprarins, qui in consulatu habuit collegam Cn. Papirium Carbonem. Macedonicus Metellus vero habuit fratrem L. Calvum, enjus duo fuerunt filii, Metellus Numidicus et Metellus Delmaticus, quem perperam eundem esse putant, qui et dictus fuerit Delmatiaris; in qua sententia est quoque cl. Hardinus ad Plinii l. vii. c. 44. et in qua fuerunt olim Sigonius et Onufrius; sed refutata est a Steph. Pighio, qui in annalibus ad annum 635. ex illustri fragmento triumphorum Capitolino-rum ostendit Delmaticum fuisse L. Calvi Metelli, qui erat Macedonici frater, filium. Diadematus autem dictus est, quod ulceris in fronte tegendi causa diademate sit usus. *Grævius.*

*Metellus censorius*] Hic fuit C. Cæcilius Metellus, Caprarius, Q. Macedonici filius, patruelis exulis Metelli Numidici. Censor fuit cum Q. Cæcilio Metello Numidico. Vide an-nales Pighii ad annum 651. *Idem.*

*Metellarum*] Metellæ saepe dicun-tur tres sorores, cum tamen duæ tan-tum fuerint germanæ sorores Macedonici filiæ, tertia vero esset patru-elis filia Calvi, ut observavit cl. et doctissimus Perizonius, Animadvers. Hist. cap. 9. *Idem.*

§ 8 *Unus hic, qui domi*] Optime Francii primus, *Unus qui in foro.* Præcedentia verba aliis explicat, ut ostendat unicum fratrem fuisse, qui

pro se populo fuerit supplex; nam illum unum fuisse, qui potuerit in foro versari, cum id officium ei nec uxor, nec filia, nec filiolus posset præstare. Domestica officia et negotia hic inepte commemorarentur. Itaque delevi *qui domi*, præsidio munitus antiquorum codicum. *Græv.*

CAP. IV. § 10 *Ter.*] Vide Ciceronis Historiam, per Franc. Fabricium, anno Urb. DCXCVI. Cicer. 50.

*Inimico autem*] Q. Metello consule; qui tribunus pl. Ciceronem abennitem concionis babendæ potestate privaverat. *Manut.*

*Is inimicus*] Attilius Gavianus, trib. pl. De quo infra, et pro Sext. 36.

CAP. V. § 11 *Superiores consules*] Piso et Gabinius. *Manut.*

*Ne gratiæ causa*] Ironia. Non enim veriti sunt, sed pactione provincialium irretiti, quæ mei funeris merces fuit, nunquam referre voluerunt. *Idem.*

*Affinis erat*] Piso, quia Ciceronis filia C. Pisonis uxor erat. *Idem.*

§ 12 *Tribunus plebis*] Attilius Gavianus.

*Ut patefactum est*] Quia postero die intercessit, eum se moram nullam esse facturum dixisset. *Manut.*

CAP. VI. § 15 *Uno dissentiente*] P. Clodio. Est autem sermo de SC. quod factum est pro Cicerone in templo Virtutis. *Ferrat.*

CAP. VII. § 17 *Suam classem*] Cuius custos erat, dum ferrentur suffragia. ‘*Attentatam*,’ a Clodianis corrumpere conantibus. *Manut.* ‘*Classem*,’ quam bello Piratico Gellius sub imperio Pompeii obtinebat, eam dicit attentatam fuisse in Thusco Marria Catilinariis. *Florus. Ferrat.*

CAP. VIII. § 18 *Frugum ubertate*] Vide Orat. pro Domo sua, cap. 6.

§ 19 *Infracto*] Multis exemplis Joann. Vorstins de Latinitate merito suspecta, cap. 6. ostendit ‘*infractus*’ Latinis esse idem simplici ‘*fractus*,

ab ‘*infringo*,’ nulloque idoneo exemplo probari posse, ‘*infractus*’ esse non fractus, fortis. *Græv.*

§ 20 *Tum se fuisse miserum*] Hoc quid sit, et quemadmodum oratoris instituto conveniat, fateor me non intelligere. Repugnat enim Marium forti et confirmato animo fuisse, virtutem animi nunquam perdidisse, et simul miserum se esse dixisse. Præterea Ciceronis disputatio ad Marii fortitudinem cum sua virtute comparandam pertinet: ut mihi mirum videatur, si non hoc loco negatio desit, ut sic legatur: *Tum se non fuisse miserum. Hotom.*

CAP. IX. § 23 *Nec id reip. repetere*] Malim petere: ut sit petere, ne colas bene meritos. Respondet autem ad illud, ‘temporibus reipublicæ communique utilitate deponi.’ *Manut.* Non improbo Pauli conjecturam. Ego quoque sine libris emendationibus meliora non promitto. Cogitabam legendum esse, nec id reipublicæ dare, hoc est facere propter remp. ut bene meritum non colas. ‘Dare reipublicæ’ est aliquid in reip. gratiam facere; nam reip. tempora neminem cogunt bene meritum non colere. Egregie id præstitit Atticus, ut C. Nepos in ejus vita ostendit. *Græv.*

*Atque in officio*] Tota ista periodus, ‘*Atque in officio persolvendo dissimilis*,’ usque ad ‘*et qui habet, dissolvit*,’ nec est in Francii primo, nec in Dresdeni, nec in editione principe. Forte ex Planciana, cap. 28. aut libro de Officiis 11. cap. 20. fuerunt huc translata. *Idem.*

CAP. X. § 24 *In sententia simpli citer referenda*] Sæpe a tribunis producebatur ad populum senator aliquis, ut is palam referret, quod actum fuerat in senatu. *Ferrat.* ‘*Simpli citer*,’ est nulla habita ratione hominis aut potentis, aut invidi, sed ut jns, utilitas, et tempus reip. postulabit. *Græv.*

## POST REDITUM.

## IN SENATU.

**ARGUM.**—M. Tullius postridie quam ab exilio in patriam reversus est, hoc est Nonis Septemb. in senatum profectus, orationem hanc habuit, qua nominatim utriusque consuli, dein octo tribunis pl. post septem prætoribus, dein Cn. Pompeio tum temporis privato, postremo senatui universo pro reditu impetrato gratias agit. Consules sunt P. Lentulus, Q. Metellus; quorum ita beneficia commemorat, ut illis restitutionis suæ laudem attribuat. Huic, quod adversatus non sit, simpliciter gratias agit: simulque duos superioris anni consules, quorum opera P. Clodius in ipso ejicendo præcipue usus fuerat, vehementer exagit. Tribuni sunt T. Annius Milo, P. Sextius, C. Sestilius, M. Cuspius, T. Fadius, M. Curtius, C. Messinius, Q. Fabritius: in quibus duo primi nominati, ut principes in Ciceronis salute recuperanda fuerunt, ita potissimum in hac gratiarum actione partem obtinent: duos reliquos Sex. Attilium et Numerium Quintum, a quibus Iesus potius quam adjutus fuerat, ita prætermittit, ut tamen non obscure perstringat. P. autem Clodium, qui tribunus anno superiore fuerat, et lege lata Ciceronem in exilium ejecerat, multis verbis passim divexat. Prætores sunt L. Cæcilius, M. Calidius, C. Septimi, Q. Valerius, P. Crassus, Sex. Quintilius, C. Cornutus, quorum nulli eximie ac præter cæteros gratias agit. Octavum autem prætorem App. Claudiun, P. Clodii fratrem, qui a reliquis dissenserat, prætermittit. Non est autem mirandum tribunos pl. ante prætores nominari; quia multo maiores illorum quam prætorum in comitiis, et legibus vel ferendis vel ab-

rogandis partes fuerunt. Postea Ciceron Cn. Pompeio, qui tum privatus, id est sine ullo magistratu fuit, nominatim singularibus verbis gratias agit, quod pro ipsis salute municipia coloniasque adiisset, et præstantissiman de eo in senatu sententiam dixisset. Diximus autem hauc orationem habitam esse Non. Septembribus postridie quam reversus est: cuius rei auctorem habemus Ciceronem ipsum, qui in epist. 1. lib. iv. ad Attic. his scribit verbis: ‘Postridie in senatu, qui fuit dies Non. Septemb. senatui gratias egimus.’ Unde perspicue intelligitur, primam fuisse hanc, quam post reditum suum habuit, ac propriea orationem ad Quirites posteriore loco collocandam fuisse. *Hotom.*

**CAP. I. § 2** *Quod hæc antea singula]* Subest mendum. Neque enim plena sententia est: quinetiam particula *quod* ab omnibus vetustis libris, quam plurimis etiam impressis abest. Quod si conjecturæ locus potest esse, fortasse particula *tamen*, illius *quod* loco substituta, sententiam impleret; ut sensus sit: Etsi hæc olim accepimus, tamen cum antea singulatim, hoc tempore universe reenperaverimus, multo majus hoc recens beneficium est, quam alia superiorum temporum universa. *Hotom.* Cnr non deletur *quod*, cum sententiam turbet, et nec in ed. prima reperiatur? *Græv.*

**CAP. II. § 3** *Per eum trib. pleb.]* Ælium Ligarem, quia intercessit. *Manut.*

*Per se]* Homo ignobilis, nullis opibus. *Idem.*

*Sub alieno scelere]* P. Clodii, quem secutus est in delenda republica. *Id.*

*Ab his consulibus]* Pisone et Gabino. *Idem.*

*Qui rendiderant]* Clodio, pactione provinciarum, quæ sceleris merces. *Idem.*

*§ 4 Consules modesti]* Εἰρωνικῶς. Hoc enim legis nomine cupiditatem suam tegebant. *Hotom.*

*Impediebantur lege]* Quam Clodius tulerat, ne quis ad senatum de revocando Cicerone referret; neve sententiam diceret: ut paulo infra. *Idem.*

*Non ea, quæ de me]* Nam illa lex nihil me facere vetabat; sed consules ipsos, et eos qui jus ad senatum referendi habebant. *Idem.*

*Meus inimicus]* P. Clodius.

*Magno in periculo]* Festive cum sarcasmo legis sententiam immutat: quasi Clodius significasset, si Catilinarii revixissent, illico revocandum Ciceronem, ut illorum conatibus iterum obsisteret. *Idem.*

*Princeps]* Cn. Pompeius.

*CAP. III. § 6 Quo quidem mense]* Januario. Sermo est de rogatione Q. Fabricii, quam memorat orat. pro Sextio cap. 35. *Ferrat.*

*§ 7 Cum is excessisset]* Cicero.

*Tribuni plebis]* P. Sextii.

*CAP. IV. § 8 Ne pedibus iret]* Hoc est, ne per discessionem S. C. fieret.

*§ 10 Auctorem]* ‘Auctor’ fuit, cum ejus sententiam alii secenti sunt: ‘adscriptor,’ cum pro more nomen ejus in praescribendo S. C. apponetur. *Hotom.*

*Amatorem suum]* Virum Gabinii Catilinam, paulo post appellat, et in oratione pro Domo, ‘Gabinium Catilinæ delicias.’ *Manut.*

*Alter Cethegum]* Piso.

*Quorum alter]* Gabinins.

*CAP. VI. § 13 Cæsoninus Calventius]* Calventius homo Gallus e patria in Italiam venit, Placentiæ consedit: ubi in civitatem receptus est. Inde Romanum cum filia profectus, eam Pi-

soni Cæsonino hujus L. Pisonis patri collocavit. Cic. in Pisoniana, et in eandem Ascon. *Hotom.*

*§ 14 Pseudotyro]* Clam scilicet, et per posticum ostium. *Ferrat.*

*CAP. VII. § 17 Sicut eras]* Piso duumvir erat creatus a Cæsare ad Capuam coloniam deducendam: simul etiam Romæ consul. *Idem.*

*Comitiis]* Quibus consulatum Piso petiit. *Manut.*

*Praefeceras]* Ut primus custos esset in prærogativa centuria, ne qua trans committeretur. Judicium enim prærogativæ tota comitia sequebantur. *Idem.*

*Tertio loco]* Primum fortasse, absente C. Cæsare genero suo, Cn. Pompeium, alteruni M. Crassum, tertium Ciceronem rogavit. In Pisonem: ‘Cui primam comitiis tuis deras tabulam prærogativæ, quem in senatu sententiam rogabas tertium.’ *Idem.*

*Ne unam quidem horum]* Clodius enim, cum rogationem de Cicerone tulisset, statim de provinciis tulit, ut Macedonia Piso, Syriam Gabinius administraret. *Idem.*

*§ 18 Arbitria]* ‘Arbitria’ dicebatur pecunia vesticalis, quæ a sociis pendebatur reipublicæ, pro iure monopolii, ut docuit Gronovius ad Liv. II. 9. *Grær.*

*CAP. IX. § 24 Qua voce]* Legebatur Ubaldinus, *qua voce antea semel:* alii *qua voce ter omnino:* satis longe, ut mili videtur, uteque a vetere scriptura: verumtamen concedamus aliis, quod ipsi nobis non concedimus, ut conjectura liberior esse possit: rem ipsam ponderemus. Videtur Ubaldinus, cum *semel* reponendum putavit, de uno consule P. Valerio Poplicola cogitasse: qui, cum Ap. Herdonius noctu Capitolium arcemque cum exlibris et servis occupasset, ipse pro imperio consulari, nullo S. C. nullo populi jussu, in concione illa dixit, quæ scripta sunt apud Livium

lib. iii. ‘Se arma capere: vocare omnes Quirites ad arma: si quis imperiat, jam se, consularis imperii, jam tribunitiae potestatis, sacratarumque legum oblitum, quisquis ille sit, ubiquecumque sit, in Capitolio, in foro, pro hoste habiturum.’ Quid vero ii, qui ter maluerunt, quam semel, spectarunt? tria scilicet tempora; unum Poplicola consule; alterum L. Opimio, qui Graecum occidit; tertium, C. Mario, qui Saturninum tribunum pl. et Glauciam praetorem. Utra igitur opinio ad Ciceronis mentem proprius accedit, nihil decerno; tantum aliquid dicam veritatis indagandae gratia. Mihi de uno potius consule Poplicola, quam de Opimio simul, et Mario, loqui Cicero videtur. Nam ea major est lans, ut, cum semel tantum, non ter, post urbem conditam consul eos, qui exandire possent, pro universa republica ad arma vocaverit, senatus ad unius salutem defendendam omnibus agris, vicis, opibus cives, totamque Italiam excitaret: ut comparentur senatus factum pro uno cive restituendo cum consulis facto pro universa republica liberanda, quod singulare tamen fuerit post urbem conditam. Attigit eandem rem in oratione pro Sextio, et in Pisonem. *Manut.*

CAP. X. § 25 *Frater inimici*] Sic in oratione pro Cælio fratrem patruellem Clodii Metellum hunc appellat, oratorie potius, quam ex juris consultorum subtilitate; qui consobrinum potius dixissent, quia P. Clodius Cæciliae filius erat, quæ hujus Metelli Nepotis amita fuerat. *Hoc tom.*

P. Servilius] Isauricus, qui et consulatum et censuram gessit, et de Isauris, quos in Cilicia domuit, triumphavit. *Idem.*

*Communisque sanguinis*] Nam Isauriens Q. Metelli Macedonici nepos erat ex filia: quod ex orat. pro Domo intelligitur; ubi Cicero eum allo-

quens, Macedonicum ejus proavum appellat. *Idem.*

*Fratrem ab inferis*] Significat Q. Metellum Celarem, qui Cicerone consule prætor cum esset, ei in opprimenta coniuratione adjutor ac socius exstitit. *Idem.*

CAP. XI. § 27 *Calumniarentur*] Astute rem prodicerent: id enim interdum est calumniari: unde illud in ep. ad Lentulum: ‘Res ab adversariis nostris extracta est variis calumniis.’ Et pro Sextio: ‘Cum omni mora, iudificatione, calumnia senatus auctoritas impediretur.’ *Manut.*

*Quid? ut ad illam diem, res cum reddissent*] Hunc locum P. Manutius ex loco simillimo, qui est in oratione pro P. Sextio, non longe ab extremo; qui sic legitur in libris vulg. atque, *ut iidem ad res redeentes, &c.* ubi tamen quidam docti legi volunt *ad suos redeentes*, sic legendum existimat, *quid ut iidem, ad res cum rediissent, rogarentur, ut pari studio convenienter?* a quo nunc dissentio. Nam contra atque ille existimat, locus orationis Sextianæ mendosus est: hic autem emendatus, et integer: aut si locus Sextianæ emendatus est, hic ex illo non est mutandus, cum mendo vacet. Quod ex Planti verbis in Captivis demonstro. Sic igitur Plautus statim in principio: ‘Prolatis rebus, parasi venatici sumus. Quando res redierunt, molossici, odiosicique, et multum incommodistici.’ Ex quibus perspicuum est, ‘res prolatas’ dici, cum lites, et res forenses ac iudiciales intermissi jussæ sunt; ‘res rediisse,’ cum repetitæ sunt. Sic igitur hunc locum explico primum; deinde ad eum, qui est in Sextiana, veniam.

Quid (inquit Cicero) quod decrevisisti, ut rogarentur municipia, ut pari studio Romam convenienter ad illam diem, id est, ad illud tempus, cum res rediissent, id est, quo tempore res intermissæ ac prolatæ repetenter? Venio nunc ad illa verba

Sextiana : ‘ Decreverit eodem tempore senatus, ut iis, qui ex tota Italia salutis meæ causa convenerant, agerentur gratiæ; atque ut iidem, ad res redeuntes, ut venirent, rogarentur.’ Dico igitur in his verbis, atque ut iidem, ad res redeuntes, &c. subesse mendum: idque sic esse purgandum, ac tollendum, atque ut iidem ad illam diem, cum res redissent, ut venirent, rogarentur. Ut idem dicatur in Sextiana, quod hic dicitur, et locns ille ex hoc emendetur. Qnod si quis dicat, iisdem verbis manentibus, eandem fere sententiam constare posse, hoc modo, ut iidem ad res redeuntes, id est, negotia sua intermissa repetentes, rogarentur, ut veuiren: pri-  
mum, si hoc confitear, non continuo ei assentiar, qui hujus orationis locum ex illo mutare conetur. Deinde hoc dico ineptam esse hanc sententiam, ‘ ut iidem ad res redeuntes, rogarentur, ut venirent.’ Nam, si hoc sentit Cicero, decretum esse, ut tum, cum ad res suas redibant, rogarentur, ut venirent: quando venirent? nam quo tempore, aut ad quod tempus venirent, non dicitur. Sin hoc significat, decretum esse, ut ro-  
garentur, ut tum venirent, cum ad res suas redirent; quid ineptius, atque adeo quid absurdius, ant repugnantius dici potest, quam aliquem rogare, ut veniat tum, cum redeat?

*Lamb.*

§ 28 *Illa dignitate*] Qui senatores fuerunt; ut in Pisonem. *Manut.*

*Rogatores*] Qui tabellas distribuerent: Diribitores, qui lata jam suffragia dirimerent: Custodes, qui pnueta notarent singularum centuriatum. *Ferrat.*

§ 29 *In colonialia*] Capuae, ubi gerebat duumviratum, collega L. Pisone consule. *Manut.*

*Nemo erat emptus intercessor*] Hoc in Ælium Ligurem tribunum pl. conjicit; qui Kalendis Jun. referente L. Ninnio de Cicerone revocando, emp-

tus a Clodio, intercessit. *Idem.*

*Privilegii*] Clodii legem qua pulsus est, invidiae causa privilegium vocat. *Idem.*

CAP. XIII. § 32 *Consul*] Gabinius.

*Alter consul*] Forte scripsit Cicero, Alterum consulem, ut me et rem publicam non modo desereret, sed etiam hostibus reipublicæ proderet, pactionibus Clodius suorum præmiorum obligarat. Nam eos quo referas, quamcumque lectionem amplecteris, non habebis. Nam si legas cum Hotomano et Augustino consules, delendum est eos. Dicendum enim erat, Alter consules pactionibus obligarat. Sin vero legas, *Alter consul*, qui sint, quos pactionibus obligarit, non iuvenies. Quamvis autem utrosque Clodius obligarit consules, quia tamen in præcedente περιοπῇ dixerat, alterum consulem gradus clivi Capitolini demolitum esse, ne equites possent ejus institutum inhibere, in hac addit, alterum consulem pactionibus Clodii inductum se et rem publicam prodidisse. *Græv.*

Erat aliis ad portas] C. Cæsarem significat, qui (teste Plutarcho) cum Galliam utramque cum imperio et exercitu obtineret, tamen non prius ad bellum profectus est, quam Cicero ex Italia pulsus esset. Clodii enim benevolentiam sibi retinere voluit, ne ea quæ consul contra leges et auspicia gesserat, a tribuno pl. rescindentur; ut in Pisoniana Cicero significat. *Hotom.*

§ 33 *Simulatione collegiorum*] Legem Clodii significat, ut collegia, id est conventus artificum a Numa instituti et magna ex parte tum a legibus, tum a S. C. sublati, multique alii restituerentur. *Idem.*

CAP. XV. § 37 *P. Popilio . . . Q. Metello*] Vide superiorem orat. cap. 3.

§ 38 *Cum alter eorum*] Locus requiri-  
rere vocem tamen videtur: ut sit, cum

tamen alter. Nam hoc significat, postulati senatus non sunt restituti, *cum tamen, &c.* Hotomanus. Sensus est: Non sunt a senatu restituti, quamvis Popilius perierit, quod ex S. C. ami-

cos Tib. Gracchi persecutus fuerat; Metellus, quod vim et cædem bonorum et senatus ipsius vitaverat. *Ferrat.*

## PRO DOMO SUA.

**ARGUM.**—Non videbatur sibi Cicero in patriam restitutus, nisi dominum etiam suam recuperasset; qua diruta, aream illius Libertati consecrandam Clodius curaverat, ne profana rursus fieri posset. Cum igitur de religione tollenda ex S. C. ageretur apud pontifices, hanc habuit orationem Cicero prid. Kal. Octob. P. Lentulo et Q. Metello coss. qua consecrationem neque jure, neque rite factam fuisse contendit, contra aduentente P. Clodio. Adjicatam fuisse aream Ciceroni a pontificum collegio, ac deinde a senatu, patet ex lib. iv. ep. 2. ad Att. et ex Orat. de Har. Responsis. *Ferrat.*

**CAP. I. § 1 Pontifices]** Minores, absente pontifice max. C. Cæsare, qui tum in Gallia bellum gerebat. *Manut.*

**Vos eosdem]** Non tam eos, qui tum pontifices erant, qui longe aberant a malorum æstate, quam superiores omnes pontifices: ut religioni præcesset nemo, qui summam rempublicam simul non administraret, id est, qui senator non esset. *Idem.*

**§ 3 Per hos dies]** viii Id Sept. ut opinor, id est, biduo post, quam in urbem rediit. Significat sententiam a se dictam in senatu de Pompeio, eum esset annonæ summa caritas, rei frumentariae præponendo. Qua de re, lib. iv. ep. 1. ad Att. *Idem.*

**CAP. II. Specie ipsa]** Non solum dignitate formæ, et oris majestate,

sed etiam insignibus honoris, et splendore vitæ et dignitatis. Nam species notat omnem apparatum exteriorem, qui in oculos incurrevit, et hominibus apud vulgum utique solet afferre dignitatem aliquam et venerationem. Horat. lib. i. ep. 6. ‘Si fortunatum species et gratia præstat.’ *Græv.*

**Me absente]** Cum factum est S. C. ut pecunia publica restituerentur Ciceroni domus et villæ, quas Clodius diruerat; ut colligitur ex lib. iv. ep. 1. ad Att. *Ferrat.*

**§ 4 Ad populum]** Quod in gratiam populi Pompeio adhæseris, tanta protestate eidem delata extra ordinem, contra mentem consularium, adeoque pontificum. *Idem.*

**Primum adveniens]** Biduo, postquam in patriam reversns. *Idem.*

**CAP. III. § 5 Exercitus terrore]** Cæsar enim erat ad portas, hoc est, in Italia. *Idem.*

**Turbulento illo die]** Commota plebe propter annonæ caritatem.

**CAP. V. § 10 Alio potius]** Non ad Pompeium. *Manut.*

**Putarunt]** Longe præfero Francii codicis lectionem, *putavisti.* *Græv.*

**§ 11 Propter varietatem]** Qnod quidam ex iis, qui venderent, in alias terras suum frumentum miserant, in quibus negotiari solebant. *Ferrat.* Non capio quid sit ‘varietas venditorum.’ Suspicio Ciceronem scripsisse propter avaritiam venditorum. *Græv.*

**Si causa fuit annona]** Hoc est, si

prætextu annonæ tu seditionem stimulabas. *Ferrat.*

§ 12 *Plebeij*] Hoc *plebeio*, habent Vict. Lamb. &c. Alterum Grnt. et dicitur antiquo more pro ‘*plebis*.’ Quis enim nesciat dictum esse olim, non ‘*plebs*,’ sed ‘*plebes*;’ et fuisse, quintæ, ut nunc loquuntur, declinationis? *Oliv.*

CAP. VII. § 16 *Non habebatur*] Quid? frumenti videlicet copia. Mihi tamen suspectus locus est. *Manut.* S. Victor, possem aliquid in ea re generatio non habebatur. Ex enjus vestigiis censeo scripsisse Tullium, num possem aliquid in ea re gerenda: ratio non habebatur. Quasi vulgatum nec in nono Palatino habetur. Num puto librariorum culpa periisse, et pro illo postea substitutum quasi; duo vero vocabula gerenda ratio coaluisse et degenerasse in generatio. *Græv.*

CAP. VIII. § 18 *Rem maximam*] Rem frumentariam. Sic infra, ‘Nos quod rei maximæ summuni virum prefecimus,’ &c. *Hotom.*

§ 19 *Qua mihi quoque utendum fuit*] Ipsi faciunt, quod solent, cum extra ordinem Pompeio nihil dant: æque enim id omnibus negant. Ego quoque, quod antea feceram in bello Mithridatico extra ordinem Pompeio mandando, idem feci nunc in rei frumentariae procuratione eidem extra ordinem decernenda: et quam in illis constantiam probbo, eadem in me ipso delector. *Manut.*

§ 20 *Patrocinium*] Huc nescio quomodo in primis editionibus irrepit ex Gruteriano codice patrocinium illud, cum alii omnes latrocinium ediderint. Latrocinium enim, ait Manutius, vere dici potest illa publicatio. *Oliv.*

§ 21 *Quid ad te*] Catonis laudes tuum factum non excusat. Nam si juris non est, ulli rei quemquam extra ordinem præfici, cur tu Catonem præfecisti? *Manut.*

*Ulli reipublicæ*] Intelligeretur for-

tasse facilius, si criticis libuisset, non scribi hæc conjunctim, sed in hunc modum, *rei publicæ*. Hic enim ‘*res publica*’ est negotium publicæ utilitatis causa, et publica auctoritate susceptum. *Oliv.*

CAP. IX. *Subduxeras*] Ne tibi adversaretur in tuo tribunatu. *Manut.*

*Illiis tui sceleris*] In amandando Catone. *Idem.*

§ 22 *A C. Cæsare*] Ex Gallia. Notæ sunt Cæsaris et Catonis inimicitiae. *Idem.*

*Proconsule*] Sic tempore Ciceronis loquebantur. Prima editio et multæ aliæ, *Proconsuli*, quod est ævi posterioris. *Græv.* *Proconsuli*, male: Pertinet enim ad Cæsarem vox illa, quemadmodum alia *Pulchro*. Victorius, in Fam. v. 19.

*Libertatem ademisses*] Catoni: ne posset in posterum contra extraordinarias potestates verba facere. Quod enim ipse accepisset, in aliis reprehendere non posset. Huc pertinet ex oratione pro Sextio: ‘Qui in concione palam dixerint, linguam se evellisse M. Catoni, quæ semper contra extraordinarias potestates libera fuisset.’ *Manut.*

§ 23 *Homini*] Gabinio.

*Ereptam vi ex Cæsaris rebus actis*] Locus est contaminatus, qui sine melioris libri ope non potest purgari. *Actis* quid sibi velit, nemo dixerit. *Græv.*

§ 24 *Decreta lege sanxit*] Legendum *decretas*, libris omnibus invitis: subintelligitur autem, *provincias*. Lambin. Mihi videtur *decreta* delendum esse, aut pro *decreta* legendum *lata lege*. *Grævius.*

CAP. X. § 25 *Socio tui sanguinis*] Qui tibi socius esset in turpi consuetudine sororis tuæ. *Manut.*

*Abalienavit*] Effecit, ut ipsa magis eum diligenteret, quam te. *Idem.*

CAP. XI. § 27 *De illius dignitate industrius*] P. Manutius ac Lambinus illustrius, sed non suffragantur libri

editi, scriptive. *Gruter.* Hunc locum explicat, Ad Att. II. 21. quo dicit, Pompeium 'omnibus a se pictum et politum artis coloribus.' *Anonymus.*

§ 28 *Meum tempus*] Et hic, et pauclo post, tempus accipe pro adverso tempore, ut in procœmio Manilianæ, *amicorum temporibus.* *Manut.*

§ 30 *Pene deditum*] *Gravius* est 'deditum,' quam 'desertum.' *Idem.*

CAP. XIII. § 34 *Hoc dico esse parricidium*] Ita scriptum est in vulgaris libris. Ant. *Augustinus* legit, *hoc dico esse pontificium.* Sed non id agit nunc Cicero, ut probet causam hanc esse pontificiam, quæ profecto erat, et agebat apud pontifices; sed opponit illud 'hoc' (quod demonstrat Clodii privilegium in Tullium sine judicio) ad illud 'omnes actiones tuas,' quas possum generatim, et communiter coarguere, non esse legitimas, quia specie, non re tribunus eas egisti: sed nunc non ago id, ut redarguam illas omnes; hoc ago, ut etiamsi legibus, ut re vera essem tribunus pl. tamen hoc tuum de me privilegium contra leges, contra iura, mores, et religionem latum sit; atque ideo parricidium necesse sit fateare tu te ipse. *Vel* igitur vulgatam lectionem *parricidium* retineamus, necesse est; *vel* pro ea, si magis placet, *parricidiam* reponamus, quomodo alibi appellat Clodium. *Ursinus.* *Patricium* sententia postulat. Nam si patricius est, sequitur, ut tribunus plebis esse non potuerit. Cur autem patricius sit, probatur in sequentibus. *Manut.*

*Jus adoptionis*] De jure adoptionis vide *Gellium* lib. V. cap. 19. *Idem.*

*Generum, ac dignitatis*] Ne scilicet a genere clarissimo ad obscenissimum, a summa dignitate ad infimam conditionem adoptione transeat. Infra, 'Ita adoptet, ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minuatur.' *Idem.*

*Sacrorum*] Ne sacra intereant. Adoptati autem in aliena sacra transibant. *Valerius Max.* lib. VII. cap. 7. 'M. Anneii filius in Sennafatis familiam, ac sacra transierat.' Pro *Murenâ,* 'Sacra interire illi noluerunt.' *Idem.*

*Intereunt*] Quia, cum adopteris a *Fontejo*, ad *Fonteijæ* gentis sacra transis. *Manut.*

§ 35 *Hereditates nominis*] Triplex adoptionis jus notat. Qui enim adoptabatur, adoptivi patris prænomen, nomen, et cognomen sic adsumebat, ut suum duntaxat nomen, idque inflexum, atque immutatum retineret: ut apud Dion. libro XL. et XLVI. *Hotomanus.*

CAP. XIV. § 36 *Vel eo quo fuit*] Quadrigulam hanc verborum redono *Ciceronianis*, auctoritate omnium librorum, antiquitus editorum, ac MSS. nisi quod illi habebant *quod.* Et significat sane istis, loco *Ganymedis* fuisse Clodio *Fonteinm.* *Grut.*

§ 37 *Emancipari statim*] Emancipatio et suitatis et agnationis jus extinguit. Quomodo ergo plebeius manebat, cum agnatio nihil alind esse videatur, quam gens? Patet nimurum alind esse gentem, alind agnationem; ut gens ad patriciorum et plebeiorum qualitatem referatur; agnatione ad propinquitatem. *Hotom.*

*Angustiorem*] Hujus loci sententiam, quia obscuriore plerisque videri scio, explicabo. Prius autem sciendum, plebeios binos consules fieri potuisse; patricios, non item, sed singulos tantum, et patricio non licuisse fieri tribunum. Tum hoc supponendum, omnes homines utile sequi. His positis, Ciceronis sensus planus est. Hoc enim significat: Si tales adoptiones probabuntur, omnes volent ex patriciis fieri plebci. Cur enim quisquam tam stultus esset, ut vellet manere patricius, et ita non licere sibi fieri tribunum? et angustiorem sibi locum esse ad consulatum

obtinendum, et sacerdotium opimum ac fructuosum amittere, quia sit patricius? *Lamb.*

§ 38 *Neque regem sacrorum*] Enumerat eos sacerdotes, qui plebeii esse non poterant. *Manut.*

*Auctores]* Qui probabant ea, quæ centuriatis curiatisque comitiis fiebant; quos ex antiquo more, cum senatus e solis patricis constabat, patricios esse oportebat. *Idem.*

*Auspiciaque]* Nam fieri potest, ut nulli creentur magistratus patricii, apud quos sunt auspicia: tunc, si nulli sint patricii, a quibus, et ex quibus, prodi possit interrex ad habenda comitia, interrex nullus erit, sed neque magistratus; nulla igitur auspicia. *Ferrat.*

CAP. XV. § 39 *Agi cum populo*] *Mitti in suffragia populum. Ferrat.*

*Cum de cœlo servatum sit*] Servare de cœlo, id est impedimento esse, quoniam lex ferretur, cunctis plane magistratibus, tam plebeiis, quam patriciis, licebat. *Manut.*

§ 41 *Apertius]* Vereor, ne accentu typographus in primis editionibus ultimam gratis onerarit, cum hæc mihi sententia esse videatur: An quæreris etiam aliquod populi jus, quod sit *magis apertum?* Jus autem illud quodnam esset, mox dicet. *Oliv.*

CAP. XVII. § 45 *Predicta die*] *Victorius, prædicta, quod eodem reddit.* *Predicta* legitur in melioribus libris tam scriptis, quam editis. Et est hoc proprium in hac re verbum. Vide *Festum. Græv.*

*Aut excusatione]* Excusatio juris consultis est, cum causa affertur, per quam quis præstare non potuit, quod præstandum erat; ut si latrones, aut flumina, aut morbus contineat, aut alia vis major impediret, ne quis prædicto die in judicio esset præsto. *Idem.*

CAP. XVIII. § 46 *Hæc cum ita sint in re, ubi crimen est? ubi accusator? ubi*

*testes? Quid indignius?*] Ita omnes, quas inspexi, editiones, a quarum consensu recedere, mihi religio fuit. Video tamen sic fuisse scribendum: *Hæc cum ita sint in re, ubi crimen est, ubi accusator, ubi testes: quid indignius, &c.* Hæc enim non est congeries interrogationum, urgendi causa, ut sæpe fit; sed mera enumeratio cum repetitione, hoc sensu: Si res ita se habet, et sic agitur in causa, in qua crimen est, est accusator, sunt testes: *quid indignius, quam conductos sicarios egentes et perditos suffragium ferre de capite, liberis, fortunis omnibus ejus civis, qui neque jussus sit adesse, neque citatus, neque accusatus, et putare legem esse; legis loco esse habendum quod ejus generis suffragatoribus placuerit?* *Oliv.*

§ 47 *Aqua, et ignis]* Ita et veteres habent editiones, quas secutus est *Manutius*, et in veteri codice reperit *Lambinus*: neque aliter legebat grammatici juris consultissimus *Franc. Sanctius, Minerv. lib. III. cap. 3.* Si quis tamen malit *aqua et igni*, non repugnabo. *Idem.*

§ 48 *Operum architectis]* Proprio, non translatō, utitur sermone; non enim, 'operum,' pro actionum dixisset, quod Latini sermonis elegantia respueret; sed 'operum,' dixit, Libertatis ædem significans, a Clodio in eversa Ciceronis domo exstructam. Ex quo infra, 'Quid operum publicorum exactio?' *Manut.*

*In prædæ quidem societate]* Non adhibere potuisti in prædæ societate prædæ socium, absurde dicitur, non equidem ore *Tulliano*. Pro societate scribendum censeo sectione. Quod et *Pithœo* in mentem venisse deprehendo. Cum bona mea diriperes, nullum potuisti invenire, qui vellet particeps esse hujus eruentæ prædæ, qui vellet esse sector et emptor, nisi ex sceleratorum tuorum satellitum numero. *Græv.*

CAP. XIX. § 49 *Per medium fo-*

*rum]* Vera lectio est servata in Francii primo, *Per medium cohortis populares.* Cohortem popularem vocat illos Clodii socios ac satellites, quorum opera et andacia omnia turbabat sub praetextu libertatis populi tuendae. Cum te illis, inquit, jactares, ac iis commendares tuos amicos, ut eorum suffragatione ad magistratus proveherentur. In Pall. S. Victoris, et Dresdensi sunt vestigia veri. *Græv.*

*Amici illi tui]* Ad Vatinium hoc pertinet, qui, ædilitatem petens, repulsam tulerat. *Manut.*

*Palatinam]* Tribum in qua Clodius censebatur, et suffragium ferebat; quam in oratione pro Sextio, hanc ipsam rem commemorans, nominat. *Idem.*

*Novitus Ligur]* Novus civis ex Liguria: hic fuerat tribunus pl. cum Clodio, et cognomen sibi assumpserat ex Ælia gente. *Ferrat.*

*Improbatus]* Papirius suo judicio fratrem Ligurem improbaverat, quod non reliquisset heredem omnium bonorum. *Idem.*

*Mortem ejus se velle persequi dixit]* Quasi veneno sublatuus esset. *Manut.*

*Accusare non est ausus]* Nominis delationem accusatio seqnebatur; sed legitur, cum nomen jam detulisset, accusationem omisit, veritus, ne calumniæ damnaretur, qui accusaret eum, in quo culpa non esset, cum in ipso potius crimen haberet, qui Papirium, fratrem suum, hereditatis cupiditate et spe, tollendum curasset. Ideo subjungitur, ‘alienæ damnationis, scelerisque socius,’ quia damnari nemo vere posset, nisi simul, sceleris ejusdem socius, Ligur damnaretur. *Idem.*

*§ 50 Digito, voce]* Qui eam scripsit, et qui landavit ad populum. *Idem.*

*Fulsum S.C.]* De afficiendis ultimo supplicio conjuratis. *Idem.*

*Uno sortitu]* Contra legem Cæci-

liam Didiam, ne una rogatione diversis de rebus ad populum ferretur. *Hotom.*

*Decumis]* Opinor hunc esse Decimum illum, de quo sic ad Att. lib. iv. ep. 3. ‘Vix jam Decimum designatorem, vix Gellium retinet.’ *Manut.*

*Clodiis]* Sex. Cludio scriba, quem paulo ante dixit legem illam P. Cludio de Ciceronis exitio tulisse. *Idem.*

*CAP. XX. § 51 Quid? operum publicorum exactio]* Obscurum est, quid dicat; dici tamen hoc arbitror: Cum id, quod in publicata et eversa Ciceronis domo ædificatum fuerat, (id autem quid esset, satis infra ostenditur) Clodius a conductoribus exigisset, id ei facere non licuisse; cum opera publica ab iis exigi solerent, qui ei muneri publice præpositi essent. *Manut.* Quid sibi velit operum publicorum exactio, querant doctiores. P. Manutius quem sensum eis affinxerit, in ejus commentario licet videre. Si Clodius locavit illa opera, cur non exigeret? Suspicor Ciceronem scripsisse *Quid operum publicorum extractio?* quæ nimurum in area domus Ciceronis dirutæ Clodius ædificarat. *Græv.*

*§ 52 Exules]* Vide Orat. pro Sext.

*Cistophorum]* Asiatici nummi species hic ponitur pro tributo Asiæ. *Ferrat.*

*CAP. XXI. § 55 Per amicos suos complerent]* Locus suspectus. Putabam legendum compilarent, et vocem, viris, delendam. Verumtamen jndicet lector. *Lamb.* Compilarent habet vetus liber. *Ursin.* Complerent: ut fieret, quod de domo Anci, ut dispari plane habitaretur domino. Ego nihil muto, secutus MSS. Pall. meliores. *Grut.* Dresd. et ed. prim. *per amicos suos compellerent.* Forte vocula excidit, et Cicero scripsit *per amicos suos terrore complerent.* Videntur id snadere sequentia. *Græv.*

*CAP. XXIII. § 60 Campanum]* L.

Piso consul erat inter eos, qui Capuam, ex lege C. Cæsaris, coloniam deduxerant. Græv.

§ 61 *Testis tectorum*] Testæ sunt testacei lateres, ut vocantur a Vitruvio, qui Græcis dicuntur κέραμοι, quod coquerentur. Iis nonnunquam domus tegebantur, unde et tectum κέραμον vocarunt, ut docuit Salmasius, cui hæc debes, ad Solinum. *Idem.*

*Intestinumque*] Certe τῷ intestinum hic nullus locus est. In bellis intestinis si urbes, cum quibus bellum gerimus, evertimus, nobis ipsis oculos effodimus. Secutus igitur sum Palatinum nonum, qui hanc vocem non agnoscit. Si addicerent libri, illorum qui legendum censem interneicum emendationem arripuisse. Plane sic Ciceronem scripsisse mihi est persuassimum. *Idem.*

CAP. XXIV. § 62 *Senatum consules vetabant*] Hoc quid sit, non inteligo; nisi verbum haberi, aut subaudiendum sit, aut potius adhibendum. *Hotom.* *Senatum consules pro me deprecari edictis, atque imperio vetabant*] Cum ita scriptum olim reperisse in codicibus manuse. *senatus consules vocabant*; videremque hic aliquid deesse, sic enim vulgo legitur, *senatum consules vetabant*, nihil me temere facturum existimavi, si hunc locum ex ipso Cicerone supplevissem. Itaque feci. Supplevi autem ex princip. orat. de Harusp. Resp. ubi hæc leguntur: ‘cumque ad consulaire off. insign. ill. imp. ad meam salutem non solum auct. sed etiam pr. vestr. voc.’ Itaque sic olim edideram: *senatus consules ad meam salutem non solum auctoritate, verum etiam precibus vocabat*. Quod si quis malit sequi libros vulgatos, qui sic habent, *senatum consules vetabant*, ut diximus, licebit item probabilem sententiam exprimere, paucis additis ex loco huic simillimo, qui est novem circiter post paginis hac eadem oratione, ibi, ‘qui pro me patres conscriptos deprecari, et po-

pulo supplices esse edictis atque imperio vetarent.’ Ex illo igitur loco sic hunc licebit legere: *senatum consules pro me deprecari, edictis atque imperio vetabant*. *Lamb.* Exhibui *senatus consulta* volabant, quod erat in Erfurd. Græv.

§ 64 *Dubitarem hoc*] Editio prima, et ceteræ omnes ante Victorianam, *Dubitarem? hoc meliore conditione quam Decius*, quod ille ne auditor quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem? Græv.

CAP. XXV. *Infractus*] Fractus, ut supra.

§ 65 *Extrudere ad Cypriam pecuniam*] Ad vendenda Ptolemæi Cypri regis bona; ex quibus pecuniam exactam Romam retulit. *Manut.*

*Præda perierit*] Verba Clodii: si Catonem, virum optimum, ad Cypriam pecuniam mitto, hæc mihi præda omnino peribit. *Idem.*

*Hunc modo amandandum esse*] Subaudi, stet, fixum sit, deinde aliam prædam quæremus. *Idem.*

§ 66 *Regis amici*] Tigranis historiam narrat Pedianus pro Milone. *Idem.*

*Fregit fædus Gabinius*] Conspirationi de necando Pompeio renunciavit, consilium mutavit. *Hotom.*

§ 67 *A firmissimo robore*] Cum jam Gabinius defecisset. *Ferrat.*

CAP. XXVI. § 68 *Nihil esse inscriptum*] Opinor legendum, *Nihil esse jure scitum*. *Manut.*

§ 69 *Quoniam quidem*] Scripto, hoc est, lege sua Clodius prohibnerat, dici sententiam in senatu pro Cicero: quoties igitur sententia dicta est, toties judicatum est, nullam eam legem esse. *Ferrat.*

§ 70 *Verum ea lege*] Qua tanquam empti consules Clodio promiserant, se legem illius observatueros, id est, de Ciceronis reditu non esse ad senatum relatueros. *Manut.*

CAP. XXVII. § 72 *Pœna damnati*] Ut cunque et injuste damnati, ex vi

rei judicatæ. *Ferrat.*

*Felicem]* Tacite significat, non puniri Clodium, hostem reipublicæ, cum penitus Catilina sit. *Manut.*

CAP. XXIX. § 77 *Nisi cum pro populo fecisti*] ‘Pro populo facere’ non solum est, populi rem causamque tueri, sed etiam, pro populo sacra facere; quod sacerdotum est. Ludit igitur Cicero in ambigua sententia: sed re vera pungit acerbe Clodium, renovata illius temporis memoria, cum Pompeiae, Cæsaris pont. max. uxoris, amore flagrans, ad sacra Bonæ Deæ, quæ in domo pontificis max. a mulieribus pro salute populi fiebant, muliebri vestitu, quasi et ipse pro populo facere vellet, accessit. *Manut.*

*Nisi ipse auctor factus sit*] Nisi ipse consenserit. *Idem.*

§ 78 *Sacramentum*] Sacramentum sumitur pro lite: proprie significat pecuniam certam, quam utraque pars ad pontificem deponebat ea conditione, ut illius, qui victus fuisset, pecunia ad ærarium referretur. *Ferrat.*

CAP. XXX. § 79 *Sedulio principe*] Primo suffragium ferente. Pro Plancio, ‘Primus scivit legem,’ &c. *Manut.*

§ 80 *In ejus nomen incideris*] Mihi legendum videtur, *In æs ejus nomen incideris?* æneis enim tabulis incidencebantur leges, et cum iis eorum nomina, qui primi scivissent. *Idem.*

*Interamnæ]* Probaverat Clodius, se fuisse Interamnæ illo die, quo Bonæ Deæ sacra Romæ polluerat. *Ferrat.*

§ 81 *Legem de injuriis publicis*] Videtur, cum Menulæ eidam civi Anagnino injuria publica facta esset, P. Clodius in ejus gratiam legem aliquam de injuriis publicis tulisse, qua gravem pœnam constituerat. *Hotom.*

*Inscriptionem statuæ]* Inscripterat Menula P. Clodio, ob latam legem de publicis injuriis. *Manut.*

CAP. XXXI. *Ne scriptum quidem]* Ut exularem. *Ferrat.*

§ 82 *Etiam quibus damnatis*] Cum ego damnatus non sim. *Manut.*

§ 83 *Occultantem se capite demiso*] Significat eam obscenitatem, quam superius notavit. *Hotom.*

*Eique imperium est abrogatum*] Amplificat iniquitatem legis Clodiæ exemplo Appii Clodii. Hic iratus Cinnæ, in eum cum reliqua nobilitate conspiravit; dictaque die a tribuno plebis, anno sequenti, cum noluisse adesse, imperium sibi abrogari passus est. Hanc pœnam legitimam vocat Cicero, quia juxta leges, die dicta, citatus fuerat a tribuno; cum sibi neque diem dixerit Clodius, neque jusserset adesse; et hoc illud est, quod maxime queritur. *Ferrat.*

CAP. XXXIV. § 91 *Vis intima*] Cum T. Gracchum privatus, et P. Mutii segnitiem detestatus, sua manu interfecit. Vide Valer. lib. III. cap. 2. *Hotom.* Palinonus non agnoscit illud intima. Gulielmins mutat in incita, aut legitima. P. Manutius conjectebat ultima. Quod non displicet. *Grut.*

§ 92 *Non tam insolens sun, quod Jovem esse me dico, quam eruditus, quod Minervam sororem Jovis esse existimo*]

Sic edidit Victorins. Qui omnem emendandi occasionem captant, sensum aiunt hic esse nullum. Atqui et aliquem video, et valde Ciceronianum, hoc est, salsum ac facetum. Age, veniamus quasi in rem præsentem. Oratori, de suo consulatu, et republica conservata, sæpius quam anres hominum ferre possent, glorianti, hoc objicit Clodius, ‘ista gloriatione tu te Jovem esse dicis; Minervam tibi facis sororem.’ Imperite dictum; non enim Minerva Jovis soror, sed filia. Sui sane, atque artis immemor Cicero sit, neque minus Clodio fatnus, si stolidam criminationem serio depellat. Joco mavult agere, et jocandi erat locus. Ain’

vero, inquit, dicere soleo, esse me Jovem? Idem dictito Minervam esse sororem meam; eo nimirum, quod ego sim Jupiter? Arroganter dictum; sed tamen docte. Immo docte magis, quam arroganter; ut non tam culpanda videatur insolentia dicens Jovem me esse, quam suspicienda eruditio existimantis Minervam esse sororem Jovis. Sum insolens; sed ‘non tam insolens sum quam eruditus.’ Hic ergo ‘tam’ comparationem continet, ut in aliis plerisque locis, in quibus assumit ‘quam.’ Unde autem fatua hæc manarit accusatio? si quis forte querat; inde, opinor, quod se Urhis servatorem esse jactaret Cicero; et Servator, Conservator, titulus sit Jovis proprius. De Minerva, narrat Plutarchus in vita Ciceronis, quod hic, cum amicorum secutus consilium, decrevisset cedere Clodiano furori, atque abire, signum Minervæ, quod magna in veneratione diu habuerat domi, in Capitolio posuit, ibique dedicavit, cum hac inscriptione, ‘Minervæ Urbis Romæ Præsidi.’ Quæ quidem de Minerva animadversio an hoc fortasse faciat, videbunt critici. Quid tamen emendatores attulerint, videoas licet apud Grævium. Oliv.

CAP. XXXV. § 95 *Duplicata gloria*] Una pulcherrimi facti, altera judiciis populi factum comprobantis. *Manut.*

*Discessissem]* Ex judicio: absolutus essem. *Idem.*

CAP. XXXVI. § 96 *Conjugis discidium*] ‘Dissidium’ animi est; ‘discidium’ vero corporis. *Gifanius*, in Lucret.

*Fundare]* Non significat condere, aut statuere; sed firmare, ac stabilire. ‘Colonis urbem fundare,’ est urbem stabilire, urbis statum confirmare, colonia eo deducta. *Scioppius*.

CAP. XXXVIII. § 101 *Stultitia pœna*] Puta legendum *stultitiae* in secundo casu. *Hotom.* Mihi videtur *stultitia* nescio quo casu irrepisse, et

*Melii*, ex vestigiis veterum codicum colligo excidisse. Num Cicero scelus et flagitium Melii regnum affectantis stultitiam vocet? *Cæcina* apud Cic. ad Famil. lib. vi. ep. 7. stultitiam vocat, cum quis contra potentes scribit; sed assestantionem tyrannidis nemo sanæ mentis, nedum Tullius, stultitiam dixerit. Ciceronis manus fuit? *Nomine ipso æquimelii Melii pœna est comprobata?* *Græv.*

CAP. XXXIX. § 103 *Castissimi sacerdotis*] Acerba in Clodium ironia; qui, tanquam sacerdos, noctu, libidinis causa, domum C. Cæsaris, pont. max. in qua mulieres pro populo faciebant, muliebri vestitu introivit. *Manut.*

§ 104 *Quod severe de religione decerneret*] Cum de incestu Clodius est accusatus, qui spe corrumpendi iudicii, contendit, et obtinuit, adjuvante in primis M. Pupio Pisone consule, ne suam causam senatus judicaret. Ad Att. lib. i. ep. 14. *Manut.*

CAP. XL. § 105 *Qui cæcus est factus*] Appium Cæcum denotari et Hotomanus et Manutius, et quotquot sunt interpres, existimarentur. Sed is senectute cæcus factus est. At cur hic ex gente Appia, is quem ætas longa oculorum usu privavit, nominaret inter illos, qui sacris interfuerint, quibus interesse illis non licebat? Absurde hic mentio fieret Appii Cæci. Non Appium intelligit Cicero, sed Cæcilius Metellum. Is e flamnis cum Palladium eripuisse, cæcus factus est. Compendium Livi lib. xix. ‘Cum templum Vestæ arderet, Cæcilius Metellus, pont. max. ex incendio sacra rapuit.’ Ob illam causam, orbam luminibus illum exegisse senectutem, quæ illo amississet incendio, cum Palladium raperet ex æde Vestæ, Plinius docet Hist. Nat. vii. 42. Sed et multi alii hoc commemorant. Vide Ovid. Fast. vi. Credebatur igitur punitus esse

a Diis cæcitate, quod, licet fuissest maxime pius, vidisset Palladium, quod viro videre non liceret. Vide Ovid. Fast. vi. Clodius autem materna stirpe fuit ex Metellorum filia; mater enim ejus fuit Cæcilia Metella, cuius pater exul Q. Metellus Numidicus, qui anno U. C. DCLIII exilio, a Saturnino tribuno pl. adjuvante Glaucia prætore, fuit multatus. Hunc vocavit paulo superius in hac oratione, patrem Clodii: 'Sed si patrem tuum, civem medius fidius egregium, dissimilemque vestri, nemo unquam sanus exulem appellavit,' et quæ ibi sequuntur. Sic in oratione post Reditum in Senatu Q. Metellum consulem, collega Lentulo, appellat fratrem Clodii: 'Q. Metellus, et inimicus, et frater inimici, perspecta vestra voluntate, omnia privata odia depositus,' cum esset frater patruelis. Græv.

CAP. XLII. § 110 *Bonam esse oportet]* Renovat memoriam Bonæ Deæ, cuius ceremonias nefario stupro Clodius polluerat. *Manut.*

*Negares liberos esse]* Intercedentes, aut obnunciantes contemneres. *Idem.*

*In templum Castoris]* In quo legem Clodius, revulsis gradibus, ne quis introire posset, contra Ciceronem tulit. *Idem.*

*Hunc]* M. Lucullum, ut opinor. *Idem.*

*Principem]* Cn. Pompeium.

CAP. XLIII. § 111 *Tanagris]* Tanagra Bœotiae civitas fuit non ignobilis.

*Homo nobilis]* Is fuit Appius Claudius, P. Clodii frater, qui, prætermissa ædilitate, L. Pisonis consulis gratia et suffragatione præturam est adeptus, ut olim docuit St. Pighius ad annum U. C. DCXCVI, quem vide. Græv.

*Non alienus]* Jocns quidam est; loquitur enim de fratre. 'Frugaliter; Appii rapinas notat. *Manut.*

§ 112 *Interversu ædilitate]* Appius

Clodius, Publili frater, eo anno, quo Cicero exulabat, ædilitatem petebat, signaque ac tabulas ex tota Græcia, atque omnibus insulis, deportaverat Romam; 'etenim cogitarat omnes superiores muneric splendore superare.' Sed mutata repente sententia, et omissa ædilitatis petitione, per fraudem factus est prætor. Qua vero id ratione contigerit, orator sic exponit: 'Is posteaquam intellexit' (sic enim inter Appium et Pisonem convenerat) 'posse se, interversa ædilitate,' (fraudabat populum ædilitate quam pollicitus fuerat, eamque quasi debitam avertere videbatur) 'a L. Pisone consule' (qui magistratum omnium habiturus erat comitia) 'prætorem renuntiari, si modo eadem prima littera competitorem habuisset aliquem;' hoc eodem anno petiisse præturam A. Postumium quendam; cum tabellis nequaquam inscriberentur integra nomina candidatorum, sed brevitatis causa, primæ tantum litteræ nominis cuiusque; necesse erat, prætoriis comitiis, præter alias aliorum multas, duas etiam tabellas dari, quarum una A. P. haberet pro Postumio, altera A. C. pro Cladio. Promiserat autem Piso consul, se in examinandis uniusenjusque centuriæ suffragiis, tabellas omnes inscriptas A. P. pro Appio accepturum; quorum punctorum accessione facta ad ea, quæ ipse tulisset, dubium non erat, quin prætor fieret. *Ferrat.*

*Eadem prima littera]* In tabellis scribebantur solum primæ litteræ non minum, hoc modo, A. C. P. Poterat igitur Piso consul, qui habebat comitia, pro A. Postumio, vel A. Manilio, Ap. Claudium falso renuntiare prætorem. *Idem.* Vide Schott. Nod. lib. i. c. 18.

*Partim in arca, partim in hortis]* Ea, quæ ad suam ædilitatem ornandam paraverat, duobus in locis collocabit, alia in area, alia in hortis suis.

Paraverat autem pecunias, et signa: bis suos ornavit hortos; illis arcum implevit. Porro ut 'horti' dicantur numero multitudinis, necesse non est esse plures. Hortum unum spatio-rem, arborum proceritate, portici- bus, statuis, &c. ad delicias ornatum, 'hortos' vocabant. Hæc animad- versio est Franc. Mar. Grapaldi, lib. De Partibus Ædium. Anon.

CAP. XLIV. § 115 *Luminibus*] Fenestrarum illius domus lumina se im-pediturum minabatur Clodius, strincto contra pariete. *Ferrat.*

§ 116 *Vacua est*] Cur vacua dici-tur Ciceronis domus? an quod eam Clodius possidere ausus non fuerit, ut aliquis existimavit? Atqui de Cladio dictum fuit paulo ante, 'ha-bitare laxe et magnifice voluit, duas-que et magnas et nobiles domos (Sei-anam et Ciceronianam) conjungere.' Quæ ergo illa res est, qua domus Ciceronis prope tota vacua esse af-firmatur? Religio, sive consecratio. Clodius enim disjectis porticis Ca-tuli, partemque aliquam illarum æ-dium, quæ fuerant Ciceronis, atque in eadem area novam extruxit por-ticum, dedicavitque Libertati. Pars illa Tullianarum ædium, quæ ad Ca-tuli porticum accessit, vix eorum pars erat decima. Hæc pars tantummodo religioni poterat esse obnoxia, et, an posset restitui, necne, cognoscere pontifices debebant. Reliqua domus ab omni religione vacua erat. Partem eam ad porticum Catuli addiderat Clodius, ut domus Ciceronis vide-reetur dedicata Libertati, utque por-ticum ipse haberet amplam magis ac splendidaam. *Idem.*

*Causa fuit*] Duas causas assignat, cur partem suarum ædium cum por-ticum Catuli Clodius coniunxit; tum ut Ciceronis etiam domus videretur Libertati consecrata; tum etiam ut por-ticum haberet amplam et splen-didam, columnis ex parte clausam, ad deambulandum. *Idem.*

§ 116 *Assignavit genti Clodiæ*] As-signabantur in testamento liberti cer-tis heredibus. Sic puto Clodii testa-mentum significari, quo quemdam ex Clodiis heredem ex ista ædium parte instituerat, et proximum quemque ei succedere jusserset, ne ea res e sua familia exiret. Videtur autem moris fuisse, ut quibus testamentum illud non displiceret, ii nomen summ pro-riterentur. *Hotom.*

CAP. XLV. § 118 *Frater uxoris meæ*] Non Fulviæ, sed Pinariæ, cu-jus frater fuit L. Pinarius Natta, ut ostendit Jac. Perizonius in Animad-vers. Historicis, cap. 5.

*Antelatum*] In petitione pontifica-tus adjuvit Clodius Nattam potius, quam Ap. Claudium, cui tamen aliqua alia ratione satisfecit. *Ferrat.*

*Adolescentem quemquam*] Qui tibi non esset affinis. *Idem.*

CAP. XLVI. § 121 *Templi*] Cum dicunt postem esse tenendum, intel-ligunt postem templi, non postem porticus, et loci ad ambulandum ex-structi. *Idem.*

*Sine religione loco moveri potest*] Au-feratur simulacrum, aut ara Liber-tatis, si modo ea sunt a te per ponti-ficem dedicata. Potest enim id fieri religione salva. *Manut.*

CAP. XLVIII. § 126 *Id in me in-firmas*] Non idem aīs de mearum æ-dium consecratione. *Idem.*

CAP. XLIX. § 127 *Rex*] L. Clau-dius, rex sacrorum. *Ferrat.*

§ 128 *Si loco*] Hoc est, Statueban-tur aræ, quæ religiosum reddebant id, ubi erant constituta, si loco, hoc est suo, seu commodo loco, jure et legitime essent consecratae. Hanc enim vim 'loco consecrare' habet. Terent. Adelph. II. 2. 'Pecuniam loco negligere, maximum interdum est lucrum.' Cicero pro Milone: 'Quem iure, quem loco, quem tem-pore, quem impune non est ausus; hunc injuria, iniquo loco, alieno tem-pore, periculo capit is, non dubitabit

occidere.' *Græv.*

CAP. L. § 129 *Syngraphis*] Quanta nimirum pecunia et restitnendi es- sent Byzantini exules, et alia quamplurima peragenda. *Ferrat.*

*Fædera feriebantur provinciarum*] Sic omnes editi, quos inspexi. Sed quid sit 'fædera provinciarum ferire,' non ego intelligo. Prava distinctione laborat hic locus, qui levissima transpositione virgulæ post fædera restituetur sanitati; sic enim scripsit Cicero, *fædera feriebantur, provinciarum, regum appellaciones renales erant.* Pretio feriebat cum exteris populis fædera de societate; provincias addicebat Romanis magistratibus, qui maximam offerebant ei pecuniam, aut partibus ejus se addictissimos fore promittebant; regum quoque nomen et insignia conferebat iis, qui ejus gratiam sibi argento concilia- riant. *Græv.*

*Imperia adscribabantur noræ juven- tuti*] Est locus contaminatus, qui sine libri melioris ope non poterit purgari. *Idem.*

CAP. LI. § 130 *Tu sustulisti*] Cen- sores in recitando senatu, præteritis indignis, eum enique locum dabant, quem eujusque dignitas postularet. Hoc etiam Clodius lata lege sus- tulerat. *Ferrat.*

§ 131 *Absentis*] C. Cæsaris.

CAP. LII. § 134 *Ab Hercule*] Pinarii et Potitii sacra quædam Hercule didicerant. Livius, lib. I.

*Bustum*] Signum de busto mere- tricis ablatum. *Manut.*

*Separatim*] Cum de ambitu, Cice- rone defendant, est absolutus. *Idem.*

CAP. LIII. § 136 *Sub Saxo Sacro*] Vide Guther. Jur. Pontif. III. 5.

§ 137 *Ad equitum notam*] Aut locus

mendo non caret, aut inscriptio mo- numenti aliquid habebat, quod equi- tes Romanos tangeret. *Ferrat.*

*Incidens*] Quid incidit? Credo tuum excidisse, et sic olim fuisse, *sublato-* que Q. Cutuli nomine tuum incideris. Quod et Manutio in mentem venisse video. *Græv.*

CAP. LIV. § 139 *Fictore*] Fic- tores quid fuerint, Isidorus explicat: 'Fictor a componendo et fingendo, velut qui capillos mulierum liuit et retractat, ungit et nitidat.' Tales autem ministros habuisse paganos ex Artemidoro II. 34. docet Lipsius, Elect. II. cap. 18. cui hæc debes. Sed Gutherius de Vetere Jure Pontificio, II. 14. putat factores dici, qui in sa- cris simulata pro veris offerunt. Nam cum de animalibus, quæ difficile inveniantur, de pane vel cera facta, et pro veris accepta; sic dixisse poëtam sacrorum peritissimum, Æneid. IV. 'latices simulatos fontis Averni.' Hanc simulationem ait tenuioris for- tunæ hominibus concessam fuisse; illos enim, cum nullum animal sacri- care possent, taurum e farina finx- isse, ut Suidas prodiderit in Boôs ἔθδομος, et taurum verbenasque in commentario sacrorum significasse facta farinacea, ut videre liceat apud Festum in 'Taurus,' a quo factores pontificum dictos, qui de pane vel cera simulatas hostias fecerint. Equi- dem 'factores' dicti sunt 'a fingen- dis libis,' teste Varrone de Ling. Lat. lib. VI. quæ 'libandi causa fie- bant.' *Græv.*

CAP. LVII. § 145 *Convictam*] Ad ex- itum perductam; exitu ipso compro- batam. Vide Orat. ad Quir. post Red. *Manut.*

## DE HARUSPICUM RESPONSIS.

CAP. I. § 1 *Quibus senatus dubatur*] Ut audirentur controversiae, quæ erant inter Syros, et eam publicanorum societatem, quæ Syriaca vectigalia de censoribus redemerat. Dissensiones autem inter provinciales et publicanos nunquam fere non fuisse, notius est, quam ut exemplis judicandum esse videatur. *Manut.*

*Duobus inceptis verbis*] Accusare Clodium de vi poterat Cicero, quia saxis, ignibus, ferro vastitatem suis ædibus intulisset. Quod qui fecissent, eos decrevit senatus lege de vi, quæ esset in eos qui universam rem publicam oppugnassent, teneri. *Infra. Idem.*

§ 2 *Inimicus*] Ipse Cicero. *Idem.*

*Collega patris*] Cum patre P. Clodii consulatum gesserat P. Sevilius Isauricus. *Idem.*

CAP. II. § 3 *Duobus*] Consulibus, Pisoni et Gabinio. *Idem.*

*Nefariae pactionis*] Acceptis a Clodio provinciis, prodita salute mea. *Idem.*

CAP. III. § 4 *Ambustum ignibus*] Eorum sacrorum, quæ apud pontificem max. in operto Bonæ Deæ a solis mulieribus pro salute populi Romani fiebant. ‘*Ambustum*’ vocat, quasi ad sacrificia ita prope accesserit, ut ignibus ambustus videri possit. *Manut.*

*Vulnerati*] Infamia judicii.

§ 5 *Stipitem illum*] Ælium Ligurem, P. Clodii collegam in tribunatu; qui, referente L Ninnio, de Ciceronis reditu, intercessit. *Manut.*

CAP. IV. § 6 *Non modo vincere, verum etiam vincere*] Sic habent libri MSS. longe melius, quam vulgati, *vincere, verum etiam vincere*. Victor enim fuit P. Clodius a Milone ab illo jam tempore, ex quo eum renum fecit, et legibus irretivit Milo; sed tum de-

mum erit victus, cum ab eodem Milone imperfectus in via Appia jacebit. *Lamb.* Vinxit Clodium Milo emptis gladiatoriibus, quorum opera in eum furentem uteretur. Vide de Offic. II. 17. Ut vinceret, accusabat Clodium de vi. *Ferrat.* Hic autem editid, non modo *vinci*, verum etiam *vinciri* oporteret. Sed vult Gruterus, non modo *vincere*, verum etiam *vincire* oporteret.

§ 7 *Cum mihi stanti*] Ciceronem scripsisse censeo, *Cum mihi tacenti stans minaretur*. Cum consurrexisset, et mihi tacenti minaretur, ac meæ domui, simul ac verbo attigi judicium illud, consedit, et tacuit. *Tacenti et stans* sunt oscitantia librariorum in vicem permutata. *Græv.*

*Diem dixisset*] ‘*Diem dicere,’ magistratus est, non privati hominis. Erat autem hoc anno ædilis curulis Clodius. Sensus est: Sime, die dicta, ad populum vocasset; ego illum contra eo crimine accusassem, quo causam ante me dicere cogeretur. Ejusmodi crimina de vi, et de majestate erant, quæ, nulla interposita mora, extra ordinem diebus etiam festis judicabantur. Vide orationem pro Cœlio, et ejusdem Cœli epistolam quæ incipit, ‘*Etsi de republica, quæ scribam, non habeo.*’ *Manut.**

CAP. VI. § 11 *Ne una quidem littera*] Quæ meæ domus consecrationem attingeret. *Ferrat.*

§ 12 *Vox interdiceretur*] Ne posset unquam dicere, meam domum, quam ipse consecrasset, religione non esse liberatam. *Manut.*

*Duobus locis dicta*] Primum in senatu, absente Cicerone, cum de reditu ejus ageretur; deinde in foro apud pontifices, ipso causani suam agente. *Idem.*

CAP. VII. § 13 *Scribendo adessent*]

Cum S.C. fiebat in gratiam alterius, illius omnes amici solebant adesse, dum scriberetur, qui nominabantur, ut testes, in eodem decreto. *Ferrat.*

§ 14 *Antistite sacerorum*] Ironia. Sæpe enim sacerdotem appellat, quia tanquam sacerdos ad sacra Bonæ Deæ accesserat. *Manut.*

*Jure privato*] Exponit, quid sit esse jure privato, hoc est, vel jure hereditario, vel jure auctoritatis, sive usucaptionis; vel jure mancipi, sen venditionis; seu jure nexi, sive opignerationis. *Ferrat.*

CAP. VIII. § 16 *In villa publica*] Annotavit Gulielmus Janum Palmerrinum ex Asconio in Pisonem emendasse, *in Velia publice*: neque aliter nuper conjectit Rubenius Lect. lib. I. cap. 7. Grut. Nulla est villa publica, nisi in campo; et, si esset villa publica præter illam alia, quomodo tamen donus in domo ædificabitur? Legendum, cum Palmerio et Rubenio, *data domus est in Velia publica*. Publica domus data est in Velia. Quamvis mallem pro *publica* legi cum Palmerio *publice*, hoc est, senatus auctoritate et populi jussu. *Græv.*

§ 17 *Litterate respondissem*] Scite et eleganter. Sic per *eip̄s̄eīar* loquitur; nihil enim in his litterati, ‘civis Romanus sum:’ sed per quam scitum est, ‘ejus civitatis sum, quæ carere me non potuit.’ *Græv.*

At ipse non modo respondet quidquid potest] Significat, eum, quisquis sit, non solum esse malevolum, sed etiam tardum atque hebetem; quippe cui nihil in mentem veniat, quod lacessitus respondeat. *Lamb.*

CAP. X. § 20 *Postulationes*] I'ostulationes erant, cum Dii violati aliquid fieri postularent, ad avertenda mala, quæ ostenta minabantur. *Grævius.*

§ 21 *Tui sacerdotii*] Pontifex non erat, ut e sequentibus constat: erat antem, opinor, epulo Jovis Opt. Max. *Manut.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Thensæ, curricula*] Thensæ sunt sacra vehicula, quibus Deorum statuæ in Circensi pompa circumferebantur, ut notatum ad Verrinas ex Asconio. Curricula sunt, aurigorum, bigariorum, trigariorum, quadrigariorum currus, quibus in ludis illis certabant. *Græv.*

*Præcentio*] Est tibicinum, qui in ludis, cum sacrificarent, tibiis canebant. *Idem.*

CAP. XI. § 22 *Atque illa mater Dea*] Recte Faernus pro *Dea*, reposuit *Idæa*; locumque, sine dubio corruptum, una tantum addita littera, integritati restituit. Ejus autem conjectura confirmatur cum historia, tum iis, quæ paulo infra scripta sunt: ‘Sacra illa majores nostri ascita ex Phrygia Romæ collocaverunt; quæ vir is accepit, qui est optimus a populo Romano judicatus, P. Scipio: fœmina autem, quæ matronarum castissima p̄tabatur, Q. Claudia.’ Videlus Livius, lib. xxiv. Ovid. Fast. lib. iv. Valer. Max. vii. 5. Solinus, cap. 7. Ursinus. *Mater Dea*: haud aliter MSS. nostri, et veteres edit. nam Lambinus *Idæa*, quod tamen eodem redit. Grut. Non eodem redit. Nemo mortalium Matrem Deum dixit ‘Matrem Deam.’ Multæ erant Deæ, quæ matres appellantur; de quibus viri summi, Thomas Reinesins in epistolis ad Rupertum, et ad inscriptiones, et Gisbertus Cuperus in Commentario ad inscriptions et marmora antiqua, quem adjecit dissertationi de Apotheosi Homer. Itaque verissime Faernus emendavit, *Mater Idæa*. Sic sane Cicero eam vocat in Verrinis. Apud Arnobium itidem corrupte legitur *Mater Dea*, pro *Mater Idæa*. *Græv.* Prima Lambini editio, quam præ oculis habuimus quo tempore in hunc locum incidimus, vocem *Idæa* non repræsentat. Quamvis igitur Faerni emendatio nobis admodum placuisset, fecit tamen nostrorum quatuor principum editorum consen-

*Cicero.*

10 B B

sns, ut a vulgata non liceret disce-  
dere. *Oliv.*

*Cujus ab avia]* Lentulus genus ma-  
ternum trahebat ab illo Scipione Na-  
sica, qui optimus a senatu judicatus,  
Matrem Deum hospitio acceperat.  
*Ferrat.*

*Megalesia]* Ludos in honorem Ideæ  
Matris ab ædilibus curulibus dari  
solitos. Dedit autem eos hoc anno  
ædilis Clodius, Marcellino consule.  
*Manut.*

*Proavo]* Qui T. Gracchum occidit.  
§ 23 *Si ludius constituit]* Ludius est  
histrio, ὅρχηστης. Si interrumpetur  
saltatio, piaculum commissum crede-  
batur. Servius in Æneid. vii. ‘Cum  
ludi Circenses Apollini celebraren-  
tur, ut Hannibal nunciatus est circa  
portam Collinam urbi ingruere, om-  
nes raptis armis concurrerunt. Re-  
versi postea cum piaculum formida-  
rent, invenerunt in circu saltantem  
senem quendam; qui cum interrogati-  
tus dixisset, se non interrupisse sal-  
tationem, dictum est hoc proverbium;  
Salva res est; saltat senex.’ Vide  
Festum, ‘salva res.’ *Elmenhorstius.*

*Aut puer ille patrimus et matrimus]*  
Patrimi, quibus pater; matrimi, qui-  
bus mater; patrimi et matrimi, quo-  
rum uterque parens vivit. Illos au-  
tem adhucitos sacris Livius ostendit  
lib. xxxvii. ‘Patrimi omnes matri-  
mique ad id sacrificium adhuciti.’ *J.  
G. Vossius.*

*Si terram non tenuit]* Vide Turneb.  
Advers. xvi. 10.

*Aut simpulo]* Vide Lipsium, Antiq.  
Lect. lib. iv. cap. 3.

CAP. xii. § 24 *Nam quid ego de  
illis ludis loquar]* Aliorum ludorum  
mentionem videtur inducere, sed lo-  
quitur tamen de Megalensibus, ve-  
rum illis vetustis, non iis quos proxi-  
me Clodius fecerat. Diversa igitur  
sunt tempora, non diversi ludi. *Ma-  
nut.*

*Megalensibus]* Diebus.

*Quo]* Redit ad ea Megalensia, quæ

Clodius dederat. *Idem:*

§ 25 *In alteram scenam]* Ubi sede-  
bant spectatores, cum altera actorum  
esset. *Ferrat.*

CAP. xiii. § 26 *Sibyllino sacerdo-  
ti]* Unus Clodius ex decemviris, qui  
Sibyllinis libris præerant; quod se-  
quentibus intelligitur. *Manut.*

§ 28 *Brogitaro]* Deiotari regis ge-  
nero. *Idem.*

CAP. xiv. § 31 *Quod is, qui illud  
armamentarium sustulit]* Ap. Clodium  
Pulchrum, P. Clodii fratrem german-  
um, intelligo ex lib. iv. ep. 2. ad  
Atticum. *Fabric.*

CAP. xv. § 33 *Meretricis]* Tana-  
grææ, de qua saepius in Orat. pro  
Domo.

*Quid habet mea domus religiosi?*  
Quædam domus meæ pars, quia P.  
Clodii, hominis impuri et sacrilegi,  
parietem tangit, religionis habere  
quiddam videtur; ut in ea habitare  
nefas esse videatur. *Manut.*

*Tollam altius tectum]* Nullamne hic  
difficultatem viderunt interpretes?  
Nullam quidem monstrant: nisi quod  
Grævius in Orat. pro Rosc. Amer.  
notat ‘despicere’ hoc loco idem es-  
se ac videre. Dissentit Ernestus, et  
merito, quoniam ‘despicere,’ inquit,  
non est videre simpliciter, sed desu-  
per videre, dcorsum spectare: unde  
factum, ut ‘despicere’ sit etiam con-  
temnere. Jam indicabo nodum, et,  
si potero, expediam: Clodio ait Ci-  
cero, Ne quis meorum introspicere  
possit, etiam imprudens et casu, tuam  
domum, et videre ea quæ scelerate  
facis, ‘tollam altius tectum’ meæ  
domus. An ergo sic impediebat, ne  
quis e sua domo in vicinas Clodii  
ædes introspicaret? Sane. Quod ut  
apertum faciam, operæ pretium est  
animadvertere id, quod ex Vitruvio  
repetitum habet Isaacs Casaubonus,  
in Athenæum lib. iv. c. 12. Julius  
Minutolus, Dissertat. de Dom. Ro-  
man. sect. 2. Josephus Laurentius,  
Polimath. lib. iv. cap. 16. Romanæ

domus, præsertim divitum, haud quam in plures consurgebant contig-nationes: tecta habebant, non quælia videmus, fastigiata et declivia, sed plana, et constrata, adeoque apta in-sisti, ut ait Lipsius, ita denique con-formata, ut in ea adscendi posset ad spectandas pompas, apricandi causa, deambulandi, dormiendi. Otiantes super tecta servi curiosos sæpe oculo-s alienas in domos immitebant, nt ille conqueritur, qnem inducit Plau-tus in Mil. Glor. act. II. scen. 2. Non timet Cicero, ne quis e sua fa-milia sciens et volens exploret do-mestica Clodii vicini flagitia; vult cavere, ne quis, alind agens, oculos eo visu inquiet: idcirco tollet altius tectum; quo enim in editiore loco-stas, eo minus introspicis ea, quæ ex aduerso sunt depressa. Qnod addit, ‘Non ut ego te despiciam,’ sic intel-lico: Id faciam autem, non ut insultem tibi, teque desper videam infra me positum; ‘sed ne urbem adspici-as.’ Erat in monte Palatino Cice-ronis domus, in conspectu totius ur-bis. *Anonymous.*

CAP. XVI. § 34 *De Alexandrinis]* Quos Roman missos Ptolomæus rex insidiis plerosque sustulit. Dio. Ma-nut.

*Ab illo]* Ab ipso Clodio. *Idem.*

*E carcere]* Judices fecit, quo anno tribunus pl. fuit, eos, qui propter sce-lera in carcerem conjecti erant. *I-dem.*

§ 35 *Platorem]* Vide in Pisonem.

*Imperatorem]* Pisonem.

CAP. XVII. § 36 *De tuorum judi-cum manifesto perjurio]* Cum te de in-cestu notissimo absolverunt. *Manut.*

*Nisi a senatu præsidium postulassent]* Jocus in judges a Clodio corruptos, qui de ejus incestu judicatum, cum a senatu, quasi vim timerent, præsidium postulassent; et Clodium tamē, nummis ab eo acceptis, postea ab-solvissent. Festive Q. Catulus, cum ex iis quendam vidisset, ‘Quid vos,’

inquit, ‘præsidium a nobis postula-batis? an, nè nummi volbis eriperen-tur, timebatis?’ Ep. ad Att. xv. 14. *Idem.*

*Conjurasti]* Una jurasti.

§ 37 *In imperio]* Non quod ponti-fex maximus re ipsa imperium ha-beret; sed quod eo anno Cæsar, pon-tifex max. erat prætor; et in consu-lis aut prætoris domo fieri ea sacra solebant. *Ferrat.*

CAP. XVIII. § 38 *Ne id quidem]* Satius est, cæcum esse, ut illum Ap-pium, quanu flagrantes libidine ocu-los habere, ut Clodium. *Idem.*

*Illata in ipsis]* Cæsarem designat, qui uxorem quidem dimiserat, quasi a Clodio stopratam; eidem autem quasi arma ministraverat in Cicero-nem. *Idem.*

*Inictum]* Pompeium.

§ 39 *Philoctetæ]* Qui, pede sagitta Herculis vulnerato, in Lemno jace-bat.

*Athamantis]* Qui, læsa Junone, fu-ro correptus fuerat. *Ferrut.*

*Somnium]* Orestes et Alcmæon, qui matres suas interfecerant, tristia om-nia tetraque somniantes finixerunt, quod solet sceleratis contingere. *I-dem.*

CAP. XX. § 42 *Piratarum]* Cap-tus est a piratis, qui plerumque Ci-llices. *Idem.*

*Decidit]* Metu accusationis a pro-pinqnis suis pecuniam extorsit. Nam ‘decidere’ est inutuo consensu item dirimere, ut uniuersitate sua portio con-tingat. *Idem.*

*Prævaricaretur]* Accusaverat Catilinam de repetundis. *Idem.* Vide ad Att. lib. I. ep. 2.

*Divisores]* Pro numero tribunum, quidam Romæ erant divisores legi-bus constituti, qui legitimas a prin-cipibus factas plebi largitiones di-viderent. His porro et ad corrum-penda suffragia utebantur candidati, et hic dicitur quæstus campestris. *Idem.*

CAP. XXI. § 44 *A crocota*] Simulaverat Clodius, se unam esse ex psaltriis et ancillis: hinc crocotam vestem crocei coloris, et mitram capitis integumentum, et fasciolas, et strophium quasi ad cohendas papillas, et soleas, quibus pro calceis utebantur mulieres, assumpserat. *Idem.*

§ 45 *Post dissidium*] Quæ discordia coepit Cæsare et Bibulo coss. *Idem.*

*Consul ne fieret*] Sensus erit aperitor, si legas, *consul, ne fieret, &c.*

*Obstiterat*] Cum traduceret ad plebem Clodium: C. Herennius, tribunus pl. restitit Q. Metellus, frater illius patrue lis. Ad Attic. I. 17. *Ferrat.*

*Affinis*] Pompeius, cuius filius Ap pii filiam in matrimonio habebat. *Idem.*

*Auctore*] Pompeo, qui fnerat in ansarcio Cæsari legem enriatam ferenti de adoptione Clodii. *Idem.*

*Cognitorem*] Defensorem; nam ea omnia consul Cicero tutatus fuerat. *Idem.*

CAP. XXII. § 46 *Ut se... vendat*] Quid est ‘se alicui vendere?’ Sed ‘venditare se alieni,’ est alienjus gratiam captare, sive ostendendo merita, sive offerendo officia, vel aliquem demereri, ac sibi devincire. C. Nep. ‘Non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrerit.’ Mihi itaque persuasum est Ciceronem scripsisse *ut modo se venditet his, modo illis, ut etiam Manutius conjectit. Græv.*

*Violentos*] Quidam libri non violentos, sed volaticos habent, id est, instabiles, ut Sturmins interpretatur; et Clodi impetus, quos modo in hunc, modo in illum faciebat, bene volatici nominantur. Sic ad Att. lib. XIII. ep. 25. ‘O Academiam volaticam, et sui similem, modo huc, modo illuc.’ *Fabric.*

§ 47 *Atque ex hac nimia nonnullorum alienatione, et quibusdam harentia tela in republica*] Hunc locum, conjectura ductus, sententiam ipsam sub-

secutus, vestigia scripturæ et veteris et vulgatae persecutus, sane quam feliciter restitu: *Atque ex hac a me nonnullorum alienatione, et quibusdam occultis odiis harent etiam tela in republica.* Quis enim non videt hanc scripturam esse corruptam? *Atque ex hac nimia nonnullorum alienatione, et quibusdam harentia tela in republica, &c.* Lamb. Locum esse corruptum nemo non videt. Si sic sanari possit, ut sanandum censuit Lambinus, nihil tam inquinatum est, quod non facile possit a quovis non imperitissimo purgari. *Græv.*

CAP. XXIII. § 48 *Totum ejus tribunatum continebat*] Nam si enriata lex vitio lata, plebeius esse Clodius non potuit, ergo nec tribunus plebis. *Manut.*

§ 49 *Togatum*] Ciceronem.

*Sica*] Pro Milone, cap. 7.

*Alteram porticum*] Eversa Pompeii domo quæ erat in Carinis, scienti, ever sa mea, porticum fecerat in Palatio. *Manut.*

CAP. XXIV. § 50 *Eorum*] Cæsar, Pompeii, Crassi, qui tunc ab optimatis dissentiebant. *Idem.*

*Obtrectatores*] Hi, quos jam sæpe nominavi, Bibulus, Cato, Domitius. *Idem.*

*Ne causam*] Ne iudicium fieret, cum accusaretur a Milone de vi. *Idem.*

*Ne privatus esset*] Nam cum ante Clodii iudicium comitia ædilitia fieri voluerunt, ædilis curulis ut creatur, effecernit. *Idem.*

CAP. XXVI. § 55 *Justitium illud conceptum*] Hunc locum interpolarunt scioli. Erfurt. Franc. et ed. prima, *Justitium illud concoctum.* Hoc est, longa et crebra deliberatione in conventiculis gregarium agitatum. *Græv.*

CAP. XXVII. § 57 *Fonteiano nomine*] Quia Fonteiam in gentem adoptatus. *Manut.*

*Sollemnes mensas*] Novi dies, Indos,

sacra, religiones sollemnes; sed quid sint ‘mensæ solempnes,’ non capio: quamvis possis forte explicare, quibus sollemniter utuntur in illis sacris Bonæ Deæ. Sed sic veteres non loquebantur. Non frustra tot veteres libri, in quibus est Erfurt. et Francii, *solia, mensas, &c.* Sane ‘solia’ in sacris locum habuisse, et ea fuisse ornata, et strata, æque ut lectos, ostendit Tacitus Annal. xv. cap. 44. ‘Sellæ’ illæ dicebantur, et ‘solia.’ Hinc quæ Tacitus vocat et Glosarum Græcarum auctor ‘sellisternia,’ Festus dicit ‘solisternia.’ Imprimis ‘solia hæc’ et ‘sellæ’ tribuebantur Deabus, ut lecti Diis. Valer. Max. ii. 1. ‘Feminae cum viris cùbantibus sedentes cænitabant, quæ consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit; nam Jovis epulo ipse in lectulum, Juno et Minerva in sellas ad cœnam invitantur.’ Sic solia nihil aliud sunt quam sellæ, quæ sternebantur Diis; quale solium videtur etiam habuisse Bona Dea. *Grav.*

*Earum] Nympharum.*

§ 58 *Censuram extinxit]* Taliit enim, ne quem censores in senatu legendo præterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accensatus, et utriusque censoris sententia damnatus esset. Vide Orat. in Pisonem. *Manut.*

*Intercessionem removit: auspicia devit]* Qnod utrumque lege Ælia et Fusia confirmabatur. *Idem.*

CAP. XXVIII. § 60 *Suffragia descripta]* Sententia est: Ita corrupti sunt plerique cives, ut patientur se induci ad suffragandum, quibus illi pani bene volunt. Itaque ‘suffragia descripta sunt,’ est, imperatum et injunctum quasi est singulis civibus suum suffragium, cui debeant sno suffragio commodare. Sic alibi ‘describere civitatibus pecuniam, tributa, milites,’ jubere quantum debeat pecuniæ, tributorum, militum, singula civitas conferre. *Grav.*

63 *Procurationes]* Expiationes, placationes. *Manut.*

## PRO CN. PLANCIO.

ARGUM.—Cum ædilitatem simul peterent Cn. Plancius et M. Juventius Laterensis, creatus ædilis est Plancius, Laterensis præteritus. Qua ille commotus ignominia, Plancium de sodalitiis accusavit, quod inter ambitus criminis gravissimum est, ut inter criminis majestatis perduellio. Patrocinium Cicero suscepit, egitque causam diligenter, memor ejus temporis, quo quæstor in Macedonia Plancius ejectum lege Clodia complexus est, fovitque omni generi officii. Hanc orationem, et eam pro-

Scandro habuit eodem anno. Quæstor hac in causa fuit C. Alfius, ab accusatore editus, ut ipsa declarat oratio; et ipsi quoque judices, editi ei dicti: hanc enim Licinia lex facultatem accusatori dabat in criminis de sodalitiis. *Manut.*

CAP. II. § 4 *Cum respondero criminibus]* Non erant crimina, quibus respondebat. Rectius igitur Erfurtensis, *cum respondero omnibus*, nimis omnibus accusatoribus, qui plura penè de me, quam de reo dicunt. *Grav.* Crimen dicitur id omne quod reo ali-

enī objicitur. Quare non est cur dicto simus audientes. *Oliv.*

§ 6 *Hujus dignitatis*] Legendum videtur huic, ut annotavit pater meus. *Jac. Gronov.*

*Largitionis*] De qua Plancins accusator. Nam si dignitate non vicit, reliquum est, ut comitia corruperit. *Manut.*

CAP. III. § 7 *Tu non dignitatis*] Lambinus legit, *tunc æquum dignitatis, &c.* Manntius, *tu non inanem dignitatis*, et negationem refert ad *inanem*, non ad verbum *putas*. Grævius an *tu dignitatis* legendum existimat.

§ 8 *Reprehensoris*] Corrigebant quæ perperam in comitiis erant facta. *Græv.*

*Auctores*] Hoc est, ea vel probabant vel irrita judicabant. *Ferrat.*

CAP. V. § 12 *M. Seium*] Qui damnatus in privata aliqua causa partem bonorum amisit, ut ne censum quidem equestrem in posterum habuerit. *Idem.*

*Ignobilem*] Ignobiles Mallii; nobiles Manlii. De eadem re sic pro Murena: ‘Quis L. Philippum, summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, a M. Herennio superari posse arbitratus est? quis Q. Catulum, humanitate, sapientia, integritate antecellentem, a Cn. Mallio?’ Et hic autem, et in ea pro Murena, ejecto *Manlio*, *Mallium* restitui. Et in ea quoque pro Sex. Roscio, *Mallius Glancia* quidam cum antea legeretur, *Mallius* reposui, quia *Manliorum* nota nobilitas, *Mallii* autem perobscuri; in quo nostram opinionem veterum librorum adjuvat auctoritas. *Manut.*

§ 13 *Cyrenis*] Quæstor. *Idem.*

*Si hoc indicasti*] Quis ita legendum esse non videt? Est enim hujus dilemmatis vis hujusmodi: Cum reliquisti petitionem tribunatus pl. indicasti horum duorum alterum; vel te in tanta tempestate non posse rempublicam gubernare, vel te nolle: si indicasti te non posse, de virtute

tua dubitavi; si te nolle, de voluntate. At si legatur *judicasti*; vide, quæso, lector, quam sit absurda tota hæc oratio, et sententia futura. Si *judicasti* te non posse rempublicam gubernare, de virtute tua dubitavi. Potest enim aliquis *judicare* se quipiam efficere non posse, et tamen ita occulte, atque obscure, ut alios celet. Sed demus hoc membrum tolerabile esse. Id, quod deinceps sequitur, quis feret? si *judicasti* te nolle, &c. Quid hoc est, *judicare* se nolle? quis ita loquitur? nonne simile est, ut si quis diceret, Arbitror me nolle hoc vel illud facere? quo quid absurdius dictu? Quare sic legendum esse contendeo, non libris solum omnibus, verum etiam malevolis, et sciolis omnibus reclamantibus atque invitis. *Lamb.* Erfurt, *judicasti*. Omnino bene. *Judicasti* te nolle, est, constitueristi, decrevisti te nolle. *Græv.*

*Idem mihi, quod ostenderas*] Oratio præcisa est. Subintelligendum enim est *præstabunt*, aut aliiquid simile; nisi si quis dicat omissum esse, et desiderari. *Lamb.* Integrat hunc locum egregia clausula Turingicus liber: *Idem mihi sunt et judices parati: tribuni plebis permagni interest qui sint.* Quare aut redde mihi, quod ostenderas: aut, &c. *Grut.*

*Aut, si?* Vel, si quoquo modo vis esse ædilis, pete rursus, et dabo. *Ferrat.*

*Quod mea minus interest*] Minns enim prodesse mihi potes in ædilitate, quam in tribunatu. *Manut.*

CAP. VII. § 17 *In summa Sacra Via . . . ad Fabium forniciem*] A Palatio, seu colle Palatino, in quo domus erat Ciceronis, in forum descendebatnr. At forum erat Regia, seu domus Numæ. Ad Regiam fornix Fabius, vel Fabianus, ut Asconius vocat; hoc est, arcus a Fabio censore constructus eo, qui a devictis Allobrogibus cognominatus est Allobrogicus. Plura de his Alexander Donatus, Rom. Vet.

ac Rec. lib. II. cap. 12. *Anonymous.*

CAP. VIII. § 19 *E praefectura Atinatii*] Praefectura erat urbs Italiæ, in quam mittebatur Roma præfetus, qui eam administraret, secundum leges a Romanis præscriptas, et qui jus in illa diceret. Vide Sigon. de Antiquo Jure Italiæ, II. 10. et sequentibus. Atina vero est urbs Volsorum in Latio, in monte ad Lirim posita: etiam nunc retinet antiquum nomen; non nunquam *Atino* dicitur. Vide Cluver. Italianam Antiquam, III. 8. *Græv.*

§ 20 *Num de tot Fabiis gloriari*] Fabii non Tusculo orti sunt, sed ante ipsam Urbem conditam in ejus sede inter Romuli et Remi comites agitabant: immo eo loci ex Evandri, ut nonnulli volunt, filia, ab Hercule procreati, et postea, expulsis regibus, inter primos patricios gloria, dignitate, consulatibus floruerunt. Recte Pighius, quod de *Fulviis* plebeis et obscuris origine sua, non *Fabiis* illistribus et patriciis loqui Ciceronem autem: ideoque id quod unum recte tentavit Pighius, accipere debuisset Gruterus, non autem repudiare, præferendo *Fabiis*, de quibus, ut ex nullo municipio, adeoque nec Tusculo ortis, nulli municipes gloriari poterant. Reponendum omnino *Fulviis*, qui tamen non Tiburtes, sed Tusculani origine fuerunt. Etenim primus Fulviorum in urbe Roma L. Fulvius Curvus, eos. A. U. C. 431. a Tusculanis rebellantibus, quorum consul erat, transiit ad Romanos, et ab his eodem anno, quo hostis fuerat, consul Romanus triumphavit de suis popularibus. Diserte hæc Plinius, Hist. Nat. VII. 43. Atque hinc Cicero, Philip. III. 6. Antonio Fulviam uxorem habenti, cum is Octaviano Aricinam matrem exprobrasset, objicit vicissim uxorem Tusculanam. Tusculana hæc non alia est quam Fulvia, quæ Antonii tunc uxor, et filia erat Fulvii Bambalionis,

ac Semproniae Tuditani filia. Perizonus, Animadv. Hist. Proxime ad veram lectionem accedit Dresdensis, qui pro *Fabiis* legit *filiis*. Sed in Erfurtensi est ipsum *Fulviis*, unde merito id arripuumus. *Græv.*

§ 21 *Nou enim tribum*] Non per sodalitia, et contra leges, tribum Terrentinam Plancio confecerunt. *Ferrat.*

*Oculorum conjectum*] Admirationem populi. *Idem.*

CAP. IX. § 23 *Qui carnem Latinis petant*] Ex Livio, et aliis notum est, sacrificio facto in monte Albano ferriis Latinis, carnem cæsarum hostiarum municipibus, qui affuissent, distribui solitam. *Manut.*

§ 24 *Vel quod is a sociis unice diligebat*] Duas ob causas præcipue habuit equestrem ordinem Plancius sui studiosum in honore; tum quia pater ejus publicanorum princeps, tum quia idem unice diligebatur ab iis publicanis, quibuscum sepe in redimendis vectigalibus fecerat societatem. Ii enim socii dicebantur, qui vectigal, aliquos provinciæ communis nomine, redimerent a censoribus, et a provincialibus exigenter. *Ferrat.*

CAP. X. § 26 *Ex impiis manibus*] Carnificis, qui missus fuerat ad eum interficiendum. *Idem.*

*Ut haberent, quem reducerent*] Sine mora hanc lectionem, quam in Erfurtensi inveni, recepi. Vulgati libri, *ut haberent quod reducerent*. *Grævius.*

CAP. XI. § 28 *Nunquam desideratus esset vehemens tribunus*] Landabatur M. Cato, qui tribunus plebis efficerat, ne a Metello Nepote collega laederetur respublica; L. Ninnius, qui Clodii conatibus pro virili restiterat; Milo et Sextius, qui Clodianos tribunos in officio continuerant. Si Nepos, Clodius, aliquis tribuni moderate se gessissent in administranda res publica, ut se gesserat Plancius; nunquam collega aliquis desideratus fu-

isset, qui se illorum furori atque amentiae objiceret. Quid opus est vehementer tribuno, si nemo res novas seditiose moliatur? Plancii laus inde nascitur, quod nunquam e republica fuit, ejus conatam aliquem reprimi. *Ferrat.*

CAP. XII. § 20 *Si minus in scena sunt]* Est, si minns in oculos incurunt hominum. ‘Esse in scena’ dicitur, quod oculos hominum in se convertit, ut plurimis notum sit et laudatum. Ovid. de Trist. I. el. 9. ‘Scena manet dotes grandis, amice, tuas.’ Cie. ad Fam. XII. ep. 63. ‘Magnum theatrum habet ista provincia.’ Omnibus patet, quicquid in illa provincia geritur. *Græv.*

§ 31 *Emissus]* A Plancio, cum tribunus plebis esset. A prætore antem requisitus ad careerem et custodiam. *Anon.*

CAP. XIII. § 32 *Societatum auctor]* Anctor societatum, est qui alias publicanos hortabatur ad conducenda vectigalia; magister societatis, qui, sociis non repugnantibus, arbitratu suo statuebat de iis, quæ ad commune societatis pertinebant. *Ferrat.*

§ 33 *Q. Scævolam]* Qui cum Asiam regeret, ab injuriis publicanorum provinciales defendit. Vide Cic. ep. ad Lentulum. Hinc in ejus honorem Asiatici Mucia instituerunt. *Idem.*

CAP. XIV. *Quod auctiones essent]* Jocus in Graniū, qui lætns esse deberet, cum auctiones essent, unde ipse, tanquam præco, lucrum faceret. *Manut.* Non frustra dubitaverunt de hujus loci integritate, quamvis veram scripturam non potuerint invenire. Et qui posset sine meliore libro, quem ex Turingia bona nobis obtulit fortuna? Is sic habet: *An quod rejectæ auctiones essent?* *Imo vero, inquit, quod legationes.* Quod dilatae sint propter justitium auctiones, alter respondebat; imo vero quod legationes sunt rejectæ, hoc est, non auditæ.

Ambignitas est in ‘rejecere,’ quod est differre, et non admittere. Æque male essent referretur ad legiones, quam cessent. *Græv.*

*Quod legiones]* Quæ scribuntur editio justitio. *Manut.*

*Tu, Druse, quid agis]* Pro, quid turbas? quid in rep. moliris? *Idem.*

§ 34 *Injuriam]* Quod petentibus publicanis, ut induceretur locatio, quia nimium magno conduxisserunt, nullum a senatu responsum daretur. Hac de re Cic. ad Attic. I. 15. 16. *Idem.*

§ 35 *Legem de publicanis]* Quam tulit C. Cæsar consul, ut publicani tertia pecuniæ debitæ parte relevarentur. Quo facto equestrem sibi ordinem adjunxit, cum et populum anteua teneret. *Manut.*

*Ordinis]* Equestris.

CAP. XV. § 36 *Liciniæ]* Vide Indiculum Legum, tom. I.

*Neque enim quidquam aliud]* Cum non haberes crimen, quod Plancio Licinia lege objiceret, accusasti tamen ea lege, ut edendorum judicum facultate uti posses. Nihil præterea secutus es: unum hoc spectasti. *Manut.*

*Nisi hac tribuaria]* Reprehendit Laterensem, qui cum reliqua potius ambitus crimina, quam sodalitum, in Plancium conferat, judices tamen ediderit arbitratu suo; quod in una tribuaria re, id est in crimine sodalitii, in quo tribus edebat accusator, æquum erat. Quod si, inquit, hoc æquum esset in aliis rebus, præter hanc tribuariam, non id fieri hoc uno in genere senatus volnisset, sed eandem judicium edendorum rationem ad cæteras quoque causas transtulisset, præsentim ad ambitum, qui cum sodalitii causa quasi affinitate quadam conjungitur. Tu, inquit, finxisti velle te accusare Plancium Licinia lege de sodalitiis, ut ederes judices quos velles; quod assecutus es: accensas tamen reliquis potius de ambitu legi-

bus: cum vel agere de sodalitiis Plan-  
cii debeas, ut beneficio legis in eden-  
dis judicibus jure ac merito usus  
esse videaris; vel, si te crimen ip-  
sum, quo accusas, deficit, ideoque  
accusationem tuam ad communem  
ambitus causam traducis, confiteris,  
non recte a te judices editos esse,  
quos tantum in causa de sodalitiis  
edi seipsum censuit, populusque jus-  
sit. *Idem.*

*De ipso denique ambitu]* Si æquum  
est edi judices in aliis rebus, nisi hac  
tribuaria, id est, nisi in causa de so-  
dalitiis; non video, cur senatus, non  
modo in cæteris dissimilibus causis,  
sed in ipso ambitu, ad quem sodalitia  
pertinent, editios judices non pro-  
bavit antem, quia non æquum esse  
judicavit. Cur igitur tu contra sen-  
tentiam senatus in ea causa judices  
editisti, in qua, legis Liciniaæ simu-  
latione, reliquis de ambitu legibus  
accusas? *Idem.*

*De rejectione judicium fieri voluerit  
alternorum]* In omnibus causis, ex-  
ceptis sodalitorum criminibus, re-  
jectio judicium fiebat ab accusatore,  
et reo. Quod Cicero judicium 'alter-  
norum de rejectione' appellat. Ju-  
dices enim, cum senatorius ordo lege  
Cornelia L. Syllæ solus judicaret,  
e curia senatoria conscribebantur;  
postea lege Aurelia L. Cottæ, judicia  
inter tres ordines communicata, e se-  
natu, ex equitibus, e tribunis ærariis.  
Hi selecti judices vocabantur, de  
quibus in Orat. pro Cluentio, apud  
Pedianum, et Plinium. Horum no-  
mina in urnam conjecta, sortito de-  
ducebantur a quæsitore, id est ab eo,  
qui de majoribus criminibus, ambitu,  
repetundis, inter sicarios, majestate,  
quærebat. Ita de pluribus confecto  
per sortitionem necessario numero,  
permittebatur accusatori, ac reo, ut  
ex illo numero rejicerent quos puta-  
rent sibi aut inimicos, aut ex aliqua  
re, ut Pediani verbis utar, incommo-  
dos fore. Post rejectionem, subsor-

tiebatur idem quæsitior in locum re-  
jectorum alios, quibus ille judicum le-  
gitimus numerus completeretur. Erat  
igitur prima sortitio, secunda rejec-  
tio, tertia subsortitio. His perfectis,  
jurabant judices in leges, ut obstricti  
religione judicarent. Cum jurassent  
omnes, præter ipsum prætorem, qui  
jndicio præerat, (nam prætorem non  
jurasse, tum ex Cicerone, tum ex  
Pediano constat) nomina eorum li-  
bellis consignabantur, et ubique ha-  
bebantur; ne pro selectis judicibus,  
ut fit in multititudine, aliqui suppositi  
corruptissime judicarent. Eorundem  
judicium nomina in codicem relata  
prætor asservabat. Qua de re sic in  
ea pro Cluentio: 'Multam a Junio  
petivit; qua lege? quod in legem non  
jurasset; quæ res nemini unquam  
fraudi fuit: et quod C. Verres, præ-  
tor urbanus, homo sanctus et diligens,  
subsortitionem ejus in eo codice non  
haberet, qui tum interitus profere-  
batur.' Quibus verbis illud quoque  
plenum fit, subsortiri solitum eum,  
qui judicio præcesset, sive prætor es-  
set, sive non esset. Nam Junius ille,  
a quo multam petitam esse Cicero  
dicit, præturam nondum adeptus  
erat, eum in Oppianici judicio judex  
quaestionis fuit. Itaque miror, quod  
a Pediano scriptum est, et sortitum  
esse judices, et subsortitum præto-  
rem Verrem in Oppianici judicio;  
contra quam et ipsius verba Cicero-  
nis, jam a nobis proxime recitata,  
demonstrant, et illa præterea, quæ  
dixit in Div. 'De subsortitione,' in-  
quit, 'illa Juniana, judices, nihil di-  
co.' Cum igitur, ut redeam unde  
diverti, rejectio jndicium fieret in om-  
nibus causis; lata est Licinia lex ex  
S.C. in sententiam Q. Hortensii ora-  
toris facto, ut in causa de sodalitiis  
judices ab accusatore editi, nulla  
interposita rejectione, judicarent.  
Quod infra Cicero docuit his verbis:  
'Quid? hujus rei obscura causa est?  
an et agitata, cum ista in senatu

res agebatur, et disputata hesterno die copiosius a Q. Hortensio? cui tum est senatus assensus.' Ex eo autem S.C. latam esse legem (nam multæ leges et sine S.C. et contra senatus voluntatem ferebantur) indicat id, quod infra scriptum est: 'Si, quemadmodum senatus censuit, populusque jussit, ita fecisses, ut in hunc et suam et ab hoc observatas tribus ederes; non modo non quererer, sed hunc, judicibus editis, qui testes iidem esse possent, absolutum putarem.' *Idem.*

§ 37 *Et per consensionem magistratum, quæ honeste sodalitas nominaretur]* Vide an non verius codex Erfurtensis scribat, et per hanc consensionem, quæ magis honeste, quam vere sodalitas nominaretur. Hic 'consensio' est coitio ci-vium epulis et largitionibus contractorum ambitus causa, quæ minus vere sodalitas dicebatur; nam erant sodalitates honestæ, de quibus Cicero de Senect. cap. 13. Quæ enim est illa magistratum consensio? *Græv.*

CAP. xvi. § 38 *Terentinam, credo]* Plancii tribum; quam in primis edere debuit, nec tamen edidit. *Manut.*

*Cum Lemonia]* Quam Laterensis edidit. *Idem.*

§ 39 *Non ad sententiam legis]* Ideo enim judices editios lex accusatori dabant, ut ederet eos, qui largitione devincti suffragium pro aliquo tulisse putarentur. At Laterensis judices edidit ex tribu Lemonia, ex Veientina, e Crustumina, cum quibus Plancio nihil fuisse ipsemet Laterensis in sermone ostenderat, cum de Terentina, et Voltinia criminaretur; has autem non nominaret. *Idem.*

*De civitate]* De omni ci-vium numero, ex omnibus tribubus; quod infra dicit, 'ex omni populo.' *Idem.*

*Quam in decernendo seculi sumus]* Cum in senatu decrevimus, ut accusator tribus ederet, quæ de reo judicarent, id seculi sumus, ut, quæ maxime reo convictæ tribus essent, eas

ederet; quod eas maxime corruptas esse verisimile videretur. Tu autem, Laterensis, eas edidisti, cum quibus Plancio nihil est; qui Terentinam, et Voltiniam officiis ab eo, non largitione, observatas judicares. *Idem.*

§ 40 *In proximo reo]* Ipso quoque de sodalitiis causam dicente; cui judices concesserunt, ut ex iis, qui editi erant, judices quinque rejiceret; quod Plancio concessum non est. *Idem.*

CAP. xvii. § 41 *Referret]* Forte, ferret, id est pateretur. *J. F. Gronov.*

*Ex omni populo]* Nam tribus ex omni populo deligebantur. *Man.*

§ 42 *Et illud acerbum]* Sensus est: Et illud licet per se acerbum judicium, non quererer, si quemadmodum, &c. sed hunc, &c. *Ferrat.*

*Fugisti sententiam legis]* Quia, quod lex jubebat, non fecisti, ut in reuni et suam, et ab eo observatam tribum ederes. *Manut.*

§ 43 *Tacitum testem]* Habemus tacitum testem, qui sola mente, non voce assentitur: excitamus autem, cum ad palam dicendum testimonium invitamus. *Ferrat.*

CAP. xviii. § 45 *Reficere necessariis suis]* Primum deleo suis, Francii librum secentus. 'Reficere necessariis tribum,' est panperiores tribules refocillare iis, quibus maxime egebant. Pro quo paulo ante dixit, *plebem collere modica liberalitate.* Per tribum intelliguntur panperiores ex tribu. Hinc 'tribulis conviva' apud Horatium, est pauperior, ex egena plebe. Sic olim scripseram, antequam ad me delatus erat Erfurtensis. Sed cum in illo legisset ne conficere necessariis suis suam tribum possint; viso hoc vero, non diutius hærendum putavi. 'Conficere suis necessariis suam tribum,' est conciliare suam tribum suis amicis et cognatis; ut apud Terent. 'conficere alicui virginem,' 'nuptias,' 'argentum.' *Græv.*

*Decuriatio]* Decuriare, est per factionem cogere. *Ferrat.*

*Pronuntiasset*] Id est, promisisse pecuniam. *Idem.*

CAP. XX. § 49 *Comitiis jam superioribus*] M. Crassus consul, habitis comitiis consulum et prætorum, contra veterum morem, subito, et præter opinionem omnium, habuit et comitia ædilium, idque ad reprimendum ambitum; quibus vel intercessione, vel obnuntiatione prolatis, antequam absolverentur, alia deinde habuit, quibus creati sunt ædiles. *Ferrat.*

*Non exigua pars populi*] Ut in comitiis centuriatis centuria prærogativa. *Manut.*

*Non unius tribus pars*] Argumentum urget tribus adjunctis; tum quia ab eodem consule comitia illa habita fuerant, qui et habuerat posteriora; tum quia eodem anno utraque habita sunt; tum quia universus populus (non illius exigua pars, qualis erat centuria prærogativa, pars unius tribus) suam in Plancium voluntatem declaraverat, cum illa fuerant impedita comitia. Itaque priora illa comitia fuerant 'prærogata,' et quasi prærogativa Plancio. Vid. infr. cap. 22. *Ferrat.*

*Comitiis*] Posterioribus. *Manut.*

*Fuerint prærogata*] Tanquam prærogativa fuerint. *Idem.*

CAP. XXII. § 52 *Non magnum quendam motum illius petitionis tuæ*] Loquitur de petitione tribunatus; quemcum pateret Laterensis, et eodem tempore C. Cæsar legem agrariam ferret, reclamantibus nobilibus; cumque reliqui candidati in legem illam agrariam jurassent, Laterensis destitit a petitione sua, ne juraret. Auctor Cicero ad Att. lib. II. ep. 18. *Lamb.*

§ 53 *Duxerunt*] Ad Plancium accusandum. *Ferrat.*

*Coitio*] Hoc erat crimen ambitus, si coirent candidati in corrumpendis tribubus. *Idem.*

*Plerasque*] Cum pleræque tribus dixerint ædiles Plancium et Ploti-

um; non autem vel Plancium et Laterensem, vel Plotium et Laterensem. *Idem.*

*Quippe cum*] Ex persona Ciceronis. *Manut.*

*Venissent*] Ad posteriora comitia. *Idem.*

*Sortitionem ædilitiam*] Duo creabantur ædiles curules. Fieri tamen poterat, et ut plures, quam duo, penterent, et ut plures etiam pares suffragiis essent: quod si accideret, constitutum est a majoribus, ut sortirentur, quinam ex iis ædilitatem gererent. Sin autem soli duo totidem suffragia tulissent, sortitio locum non habebat, ii enim ædiles renunciabantur; cum duos tantum ædiles esse oporteret. *Idem.*

§ 54 *Concessam*] Plancius concedebat suam tribum Laterensi, cum tribules suos, apud quos gratia valebat, precabatur, ut se et Laterensem ædiles dicerent. *Ferrat.*

*Ne in angustum venirent*] Ne paucis suffragiis superiores essent. Is enim, qui duobus tantum punctis plus tulit, 'in angustum' venisse dicuntur, vel in angustias. *Budæus*, in Pandect.

*Arripuisse*] In judicium vocasse, quod non, sicut Plotini, rogaverit te, ne id faceres. *Ferrat.*

CAP. XXIV. § 58 *Expostulavi*] A te, Laterensis, non postulavi, ut rem mihi aperires de illo Juventio, de quo Cassius. *Ferrat.*

*Primum de plebe*] Ædilitas enrulis primum patebat solis patriciis. *Idem.*

*Longino*] C. Cassio Longino, qui consul fuit. *Manilius.*

§ 59 *Multæ insidiae sunt bonis*] Hi versus sunt Attii poëtæ, quos paulo integriores leges in Sextiana, hoc modo, 'Non te id, quod multi invideant, multique expetant, inscitia est postulare?' *Lamb.*

CAP. XXVII. § 65 *Syracusis*] Cum duæ essent in Sicilia quæstoriæ provinciæ, Cicero sortitus fuerat Lily-

bætanam, non Syracusanam. *Ferrat.*

§ 67 *Nisi sorte, lege, necessitate]* Assiduus Romæ fuit Plancius, et si quando absfuit, tres omnino habuit absentie causas: 'sortem,' cum Macedonia sortitus quæstoriā provinciam, ab urbe profectus est; 'legem,' cum tribonus militum creatus a populo, rei militari in eadem provincia operam dedit; 'necessitatem,' cum fuit in Africa miles A. Torquati, in Creta, Q. Metelli, ea necessitate adductus, qua omnes cogeabantur, post sumptam virilem togam, decem stipendia facere. *Idem.*

CAP. XXVIII. § 69 *Nec Q. Metelli Calidius]* Non ideo liberatus Calidius, quia sua lege Metellum ab exilio revocasset. Hoc significabat Cassius, quanquam Plancii magna merita in Ciceronem exstant, non ideo tamen tum absolvi debere; cum nec Optimus, reipublicæ servator, nec restitutor Metelli, Calidius, absoluti iudicio sint. *Manut.*

CAP. XXIX. § 70 *Finitimo]* Fregellano, Fregellis urbe capta: 'domesticō,' cæsis domesticis reipublicæ hostibus, Flacco et Graccho. *Idem.*

CAP. XXX. § 74 *Propter ejus magnitudinem dicta est de scripto]* Non propter longitudinem, sed propter magnitudinem. Quam de rebus gravissimis instituimus, apud viros dignitate atque auctoritate præstantes, deque nobis optime meritos, ea demum magna oratio est. An vero qui saepe apud judices per tres aut quatuor horas dicere solebat memoriter, non potuit Cicero senatui gratias agere, nisi de scripto? Senatores rogati sententias dicebant, interdum de scripto, ne verbi inopia aliquid efferrent aliter, ac sentirent. Sic Philip. x. 2. de Caleno: 'Ita enim dixisti, et quidem de scripto.' Cum igitur multi sibi, iisque summi viri nominandi essent, verebatur Cicero ne quem præteriret invitns, aut appellaret minus grata commemoratio-

ne, quam volebat; itaque ipsius rei magnitudine suadente, memoriæ diffusus, de scripto dixit. *Ferrat.*

CAP. XXXI. § 75 *Nihil in Cispio profecisti]* Defendisti Cispinum, nec tamen absolutus est: nihil jam valent apud judices preces tuæ. M. Cispinus tribunus pl. fuerat, quo anno Cicero restitutus est. Post Red. in Sen. et pro Sextio. *Manut.*

*Absolutæ jam sunt preces tuæ]* Novi quid sit 'hominem absolvere,' sed quid sit 'preces absolvere' fateor me ignorare. Sic tamen omnes MSS. et omnes editi, quos vidi, præter P. Manutii, qui edidit ex ingenio, sed eleganter, *obsoleta jam sunt præces tuæ.* Non ego detrectarem id amba-bus amplecti, si libri addicèrent. Credibile enim est Tullium sic scrip-sisse: sententia sane aut hanc aut similem vocem flagitat. *Græv.*

CAP. XXXII. § 77 *Tum licuisset]* Significat Racilium populi iudicio injuste damnatum. *Manut.*

CAP. XXXIII. § 79 *Salutem pro te objecero]* Erfurt. *abjecero.* Grnt. Sic tunc legendum: nam 'objicere salutem pro aliquo,' non addito cui ob-jiciatur, nt discriminibus, hostibus, contentionibus, Latinum os respuit. 'Abjicere vero salutem' hic dixit, ut in lib. ix. ep. 16. ad Pætum, 'fa-mam ingenii abjicere.' Pro abjicere frequentius dicitur *projicere* in hac notione: Virgil. Æn. vi. 'lucemque perosi Projecere animas.' *Grær.*

CAP. XXXIV. § 83 *In ludos]* Vulgo *locos:* sed quis dubitet *ludos* legendum esse? Circenses nimirnm, in quibus thensæ ducuntur. Quamvis res ipsa, quæ in illis ludis gesta est, ut hic a Laterensi ejns fiat mentio, fit obscura. *Græv.* Plurimum in per-movendis judicium animis valebat Ci-cero, ut illi semper extremus per-o-randi locus propterea daretur. No-luerat Laterensis uti locis communibus in accusatione sua, (*lege enim, in locos causam conjicere*) nc ad eos-

dem Cicero quoque confugeret, fac-  
taque mentione thensarum, quæ sa-  
cra erant vehicula ædilibns usitata  
in Iudorum celebritate, ad miseri-  
cordiam judices moveret, qui de de-  
signato ædile Plancio sententiam  
laturi erant. Post illud de thensis,  
hoc alterum sequitur; ‘Hoc etiam  
addidisti, me idcirco’ (ea nimurum  
mente et consilio, cum locos miseri-  
cordiae communes consecrari soleam)  
‘mea lege’ (qua pœna exilii irrogata  
est ordini senatorio) ‘ex isto am-  
bitu’ (qui major in dies et immanior  
fit) ‘traxisse’ (illud commodum per-  
cepisse) ‘ut miserabiliores epilogos  
possem elicere.’ Videbatnr Cicero  
ideo graviorem in reos ambitus pœ-  
nam tulisse, ut sibi commodior exci-  
tandæ misericordiae locis inde pate-  
ret. *Ferrat.*

§ 84 *Putabam in Vaccæis dicturum]*  
Sic est scriptum in codicibus anti-  
quis, et nonnullis vulgatis. Vaccæos  
autem Hispaniæ citerioris populos  
commemorat Plinius III. 3. *Lamb.*  
*Jocus,* opinor, ac derisio subest; ut  
enim Cordubæ nati poëtæ, ita forte  
Vaccæi oratores male andiebant. Vi-  
de pro Archia cap. 10. Fuisse Vac-  
caeos, dicit Hardninus, in eo tractu,  
qui Salamanticam inter et Zamoram  
interjacet. *Oliv.*

§ 85 *Perdidisse]* Oblitum esse me

tibi Cretam objicere, cum petitioni  
Planci favebam. *Ferrat.*

*Quas ad aliquem mississem]* Intelli-  
git ad Pompeium missas, in quibus  
se Lælium, ipsum Africanum facit.  
*Gulielm.*

CAP. XXXV. § 86 *Recentes]* Piso  
exercitum in Macedonia amiserat;  
Gabinius, pecunia corruptus, a Syria  
in Egyptum exercitum duxerat, nt  
Ptolemæum restitueret. *Ferrat.*

*Qui exercitibus]* Cæsar, Pompeius,  
et Crassus. *Idem.*

*Furiatibus]* Clodius.

§ 87 *Saltator]* Gabinius.

CAP. XXXVI. § 89 *Suum]* Quia  
jurare nolnit in legem Saturnini. *Ma-  
nut.*

CAP. XXXVIII. § 93 *Stare omnes  
debemus tanquam in orbe aliquo]* Vide  
quæ de hoc arguento docte dispu-  
tit, etiam ex philosophorum libris,  
in lib. I. ep. 9. ad Lentulum. *Grav.*

CAP. XXXIX. § 94 *Monumenta no-  
bis litteræ prodiderunt]* Pro litteræ le-  
gebat Pantagathus litterarum, et ita  
omnino scribendum esse arbitror. *Ur-  
sinus.*

CAP. XL. § 95 *Collegia]* Quia col-  
legæ fuerunt in prætura: post præ-  
turam autem Virgilins in Siciliam, et  
eodem anno Q. Cicero in Asiam pro-  
fectus est. *Manut.*

## PRO P. SEXTIO.

ARGUM.—P. Sextius, cum, Lentulo  
et Metello coss. tribunus plebis esset,  
omnem vim tribunatus sui ad Cicero-  
nem patriæ restituendum maximo  
animo contulit. Ejus conatibus cum  
P. Clodius, qui Ciceronem urbe ex-  
pulerat, homo seditionis ac turbu-

lentus, obsisteret; factum, nt VIII  
Kal. Feb. inter eos, qui Ciceroni fave-  
bant, et Clodianos, magna pugna,  
armatis utrinque hominibus, commit-  
teretur. Eo nomine, anno post, Mar-  
cellino et Philippo coss. P. Sextii  
M. Tullius Albinovanus detulit no-

men, enīque lege Lutatia de vi apud M. Æmilium Scæurni prætorem postulavit. Defensus Sextius cum ab aliis, tum a duobus præstantissimis oratoribus, Q. Hortensio et M. Tullio Cicerone, atque absolutus est. Itaque ipse Cicero Ep. ad Q. Fr. lib. II. ‘Sextius,’ inquit, ‘noster absolutus est’ Id. Mart. et, quod vehementer interfuit reip. nullam videri in ejusmodi causa dissensionem esse, omnibus sententiis absolutus est.’ Exalavit tamen postea hic ipse Sextius; quo crimine condemnatus, pro certo dici posse non arbitror; puto tamen, quod a Pompeio adversus Cæsarem stetisset; id quod constare potest vel e lib. VII. epist. ad Atticum. Quidquid sit, certe nisi post interitum Pompeii non exalavit. Exstat epistola, qua ei Cicero consolacionem adhibet, Famil. lib. V. ep. 17. *Manut.*

CAP. I. § 1 *Voluntarios*] Nulla vel minima causa impulsos, sola sua voluntate adductos: ut apud Terent. ‘mala mens, malus animus;’ Gallice dicimus, *De gaieté de cœur.* *Hotom.*

*Nihil timere*] Dio scribit, Clodium hoc anno factum ædilem opera et studio optimatum, ne de vi accusatus a Milone causam diceret. *Ferrat.*

§ 2 *Commemorandoque beneficio*] Edidit Grævius *beneficia*, quam vocem, substituta voce *beneficio*, corruptam fuisse putat a sciolis, qui ignorabant his gerundiis casum quartum apponi. Attamen plures invenias sciolos, qui nesciant, illud ‘commemorando beneficio,’ Latinum ac probum esse, quam qui dubitent an Latinum sit ‘commemorando beneficia.’ Non enim sciunt omnes, ea quæ gerundia dicuntur, vere nomina esse adjectiva. Si hoc non ignorabat is, qui pro *beneficio* scripsit *beneficia*, certe non videbat huic parti, quæ antecedit, *agendis gratiis*, aptius respondere hanc, *commemorando beneficio*, quam istam, *com-*

*memorando beneficia.* Quin ista in voce, *beneficio*, plus multo granditatis est. Intelligitur enim beneficium illud unicum, singulare, eximum, restitutioonis in patriam; quæ imago prorsus deformabitur, si legas *beneficia*. *Anonymous.*

CAP. II. § 3 *Extremo*] Idcirco Ciceroni datus, quod valeret maxime ad misericordiam, et reliquos affectus excitandos. *M. Ant. Ferrat.*

CAP. III. § 6 *Hic est puer*] Prætextatus, quem in epilogo flentem excitat. *Hotom.*

§ 7 *Scipionis*] Asiatici, qui cum C. Norbano consul fuit, Marianasque partes adjuvit; sed ejus exercitu ad Syllam signa transferente, cum interimi posset, dimissus est. *Manut.*

§ 8 *Sorte*] Quæstores designati, cui quisque muneri in magistratu præset, sortiebantur. Alii cum consuli bus in urbe remanebant; alii ærarium curabant; alii in provincias exibant. *Idem.*

*Nonnullius officii*] Nec vel Antonium in invidiam vocet, quem dicat participem fuisse conjurationis; vel Sextium, qui suo consuli fuerit infidelis. *Ferrat.*

*De Antonio nihil dico*] Occurrit suspicioni. Nam quod intelligit, ex eo quod dictum est, posse aliquem colligere, et existimare participem Catilinæ conjurationis Antonium fuisse, ingeniose facit, ut hanc suspicionem neque confirmet, ne hominem eum, quem in consulatu collegam habuerat, in exilio satis misere viventem, suo testimonio condemnet; neque tollat, ne, quæ a Sextio de illius consiliis ad se delata significat, ficta et inania videantur. Propterea, ne objiciat aliquis, Ergo tu cum Catilina consensisse Antonium confirmas; Ego, inquit, nihil dico, neque participem illius conjurationis fuisse, neque non fuisse: hoc unum dico; si negare voluisset se Catilinæ partibus hærere, aut saltem dissimulare; futu-

rum fuisse, ut ille metum civitatis, et eam, quæ de ipso erat, suspicionem aut omnino tolleret, aut certe sedaret. Neutrum tamen fecit. Et est animadvertisendum, quod, cum hic quasi lubrico iu loco Cicero versetur, quia, si Sextii quæsturam laudat, Antonium vituperat; si Antonium excusat, Sextii causam non sublevat; lubrico, ut dixi, in loco constitutus, ad Sextium, enjus periculum agebatur, potius quam ad Antonium inclinat; et cum ait, numquam illum neque negare, neque dissimilare vobissem, non alienum a Catilinæ consiliis fuisse tacite significat; aperte non exponit, ne miserrim hominem suo testimonio premat. In Pisonem tamen apertius: ‘Ego Antonium collegam, cupidum provinciæ, multa in rep. molientem, patientia atque obsequio meo mitigavi.’ *Manut.*

**CAP. IV.** § 9 *Familiam*] Gladiatorum, qui fere Capnæ detinebantur; quibus se Marcellus immiscenerat eo prætextu, ut armis tractandis exerceretur. *Ferrat.*

**Conventus**] In præfecturis, qualis erat Capua, ‘conventus’ dicebatur publicum consilium, quodcumque illud esset: in coloniis senatus erat nomine Decurionum: et quia Capuam coloniam deduxerat Cæsar, decretum pro Sextio nunc fecerant decuriones, nomine commutato, idem, quod tunc fecerat conventus. *Idem.*

§ 10 *Puerilis*] In more id erat, ut liberi paternas prosequerentur inimicitias, ac viceversam eos accusarent, quorum accusationibus fuerant parentes vexati. Hinc est, quod Publilius, P. Sextii filium adolescentem, qui Capuanum recitaturus erat decretum, sic excitat: Age, ad parentis depellendum periculum, attolle vocem, infirmam adhuc et puerilem, ut est ætas adhuc puerilis et infirma; quo intelligent inimici nostri, quid posthac, cum illam anni corroborarint, effectura sit ad hanc ulciscen-

dam injuriam. Aliis tamen placet, *virilis tua vox.* Quam lectionem Grævius ut tueatur, hoc, quod sequitur, ‘Quidnam, cum se corroboravit, effectura esse videatur,’ sic explicat: Quid ista vox virilis, cum puer hic se corroborarit, hoc est, ad virilem ætatem pervenerit, sit effectura. Hæc ipsa Grævii verba sunt. At quis credit ita construxisse Ciceronem, ant intelligi voluisse? *Oliv.*

*Vicem officij*] Vicissitudinem officii, relationem gratiæ. *Hotom.*

**CAP. V.** § 12 *M. Petreij*] Hic, Antonii consulis legatus, ipso Antonio consule absente, quod ex podagra laboraret, Catilinam cum sua manu vicit, ac trucidavit. *Manut.*

§ 13 *Nuper*] Cum abesse lege Clodia pulsus. *Idem.*

**CAP. VI.** § 14 *Auctoritatem*] Exemplo P. Sextii auctor fuerat Hortensius, hoc est, docuerat reliquos cives, ut esset administrandus tribunatus. *Ferrat.*

*Hujus*] Nempe Sextii.

**CAP. VII.** § 15 *Ille annus*] Is, quo C. Cæsar consul P. Clodium Pulchrum ad plebem traduxit. *Manut.*

§ 16 *Vinctam auspiciis*] Quia, si patricii fierent plebeii, contra auspicia videbatur. Quæ cum patriciorum tantum essent, ut et Livius, et ipse Cicero non semel significat; nimis, si ad plebem homines patricii traducerentur, interitura auspicia videbantur, cum, a quibus haberentur, patricii deessent. *Idem.*

*More majorum*] Quia non ratione proliis adoptatus est a Fonteio, sed ut fieret tribunus plebis. Vide Orat. pro Domo. *Ferrat.*

*Legum sacratarum catenis*] Leges sacratae dictæ, quæ in Sacro Monte, plebis causa, latæ sunt. In iis hoc maxime sanctum est, ne tribunatus plebis homini patricio mandari possit. Quam ob causam solvisse videotur eas leges Cæsar consul, cum Clodium ad plebem traduxit, ut deinde,

quod factum est, tribunus pl. creare-  
tur. *Manut.*

*Solvit subito legum]* Hæc est primæ editionis lectio, neque secus imprimi curavit Victorius, restatque in Pal. nono. Aliæ habent *solvit subito cura legum*; aliæ, *solvit subito legum vinculis*. Lambinus recepit conjecturam Turnebi, *solvit subito lege curiata*; de qua videantur illius Adversaria, lib. xx. cap. 3. *Grut.* Niimirn dicitur ‘*solfi legum*, ut ‘*absolfi parricidii*,’ ‘*purgare omnis facti dictique hostilis*,’ ‘*increpare avaritiæ*,’ quæ sunt hujus generis alia, de quibus vide Vossii de Constructione librum cap. 33. *Grav.*

*CAP. VIII. § 18 Alter]* Gabinius.

*Puteali]* ‘Fœneratores,’ inquit Cor-  
nutes, ‘ad puteal Scribonis Licinii,  
quod est in portico Julia ad Fabia-  
num arcum, consistere solebant.’  
Puteal autem dictum est, in quo fœ-  
neratores deambulabant. *Holom.*

*Inflatuſ]* Locum esse corruptum  
nemo non videt. Quomodo poterat  
Gabinium inflare puteal, quod tanto-  
pere metuebat, et grex fœneratorum,  
qui ad tribunal illud eum vocabant,  
et propter æs alienum persequeban-  
tur? Sine subsilio melioris libri vix  
poterit emendari. Cogitabam, *Pu-  
teali et fœneratorum gregibus infesta-  
tus atque percusus olim, &c.* ‘Percul-  
sus,’ est, eversus fere. *Grav.*

*Scyllæo illo]* Apte et congruenter  
ad sententiam traducit similitudinem  
maris; quod æs alienum Gabinio  
fuerit tamquam mare illud navigan-  
tibus infestissimum, Scylla et Cha-  
rybdis; quo certe obrutus esset, nisi  
in tribunatus quasi portum perfu-  
gisset. Et quoniam Siciliensis freti  
mentione facta, de columna sub-  
junxit; Rheyam columnam potuit  
intelligere, quam Plinius ait in Siciliensi  
freti fuisse: et quasi jocum in  
verbo quærens, potuit significare, ut  
cum de Mænia loqueretur, simul ta-  
men ad Rheyam, similitudinis causa,

respiceret; quæ naufragis idem erat,  
quod Mænia debtoribus; cum ad  
illam e naufragio projecti sic adhæ-  
rescerent, ut ad Mæniām ii, quibus  
non esset, unde creditoribus satisfa-  
cerent. Rhegia vero columna dice-  
batur, quod ab urbe Rhegio non  
longe distaret. *Manut.*

*§ 19 Alter]* Piso.

*Imaginis ornandæ]* Vulgo, *forman-  
dæ.* Hoc est, inquit Manutius, ut  
fingeret ac componeret vultum ad  
illam severitatem, quam in urbe post-  
ea consul præ se ferre meditaretur.  
Turnebus vero conjectit *ornandæ*,  
quod in suis Palatinis repertum Gruterus  
recepit. Credibile autem est  
homines ambitious imaginibus suis  
etiam adscriptisse magistratus muni-  
cipales, ut Eumolpus apud Petronium;  
aut salse hæc dicta esse a Tullio,  
ad irridendum illum duumviratum Capuanum. *Grav.*

*Seplasiam]* Platea fuit Capnæ, in  
qua unguenta veniebant. At Piso ita  
capillo erat horrido, ut odisse un-  
guenta videretur. Ideoque de tol-  
lenda ab eo Seplasia, pro ea potes-  
tate, quam Capnæ duumvir habebat,  
argute Cicero comminiscitur. *Manut.*

*§ 20 Est tamen]* Prosopopœia vulgi  
loquentis. *Afram.*

*Afinem]* Ob Tulliam, C. Pisoni  
Frugi, L. Pisonis propinquo, in ma-  
trimonium collocatam. *Manut.*

*CAP. IX. § 21 Eo nomine]* Piso-  
num familia Frugi dicebatur. *Ferrat.*

*Materni]* Vide Fragmenta Orat. in  
Pisonem.

*CAP. XI. § 26 In æde Concordiae]*  
Qua in æde factum est, Cicerone con-  
sule, senatus-consultum de conjuratis  
occidendis. *Manut.*

*Quod ille, cum quasi quæstum face-  
ret, amisit]* Salse simul et acerbe.  
Mirum enim, qui quasi meretrix di-  
vulgato corpore quæstum faciat, eum  
patrimonium amittere. Notat impu-  
dicitiam simul, et nequitiam Gabini.  
*Idem.*

*Vestem mutandam*] Non modo senatui, ut hic Cicero videtur significare, sed populo quoque Ninnius persuasit, ut, tamquam in aliqua publica calamitate, pro salute Ciceronis vestem mutaret. Dio, lib. xxxviii. *Idem.*

CAP. XII. § 27 *Adesse*] Qui in concionem venire jussit eos, qui se pro mea salute deprecatus esse dicebant, eosque demum expulit e foro per servos ex ergastulis eductos, et ad vim seditionemque concitatos. *Afram.*

§ 28 *Daturus illius diei paenas*] Qui-dam libri veteres habent dies: et notaut grammatici veteres, hic ita locutum esse Ciceronem. A. Gellius, lib. ix. cap. 14. Est enim 'dies' hoc loco patrius casus antiquus. *Lamb.*

*In clivo Capitolino*] Circa templum Concordiae, in clivo Capitolino: cum in eo templo de conjuratis consul Cicero ad senatum retulisset, armati equites Rom. præsidii causa circumsteterant. *Manut.*

CAP. XIV. § 33 *Pro te ipso*] Apostrophe ad Pisonem absentem. Nam hoc tempore Macedoniam proconsulari imperio administrabat. Apparet autem in hoc loco, Pisonem ante consulatum reum fuisse; quo criminis, incertum est. *Manut.*

*Nullo S.C.]* Cum antea, qui in provincias ibant, legatos, quos secum adducerent, a senatu petere consuescent; quam consuetudinem primus neglexit P. Vatinius, et post eum anno proximo, Piso et Gabinius, legis, ut opinor, Clodiae privilegio. Vide Orat. in Vatinium. *Idem.*

CAP. XV. *Sedentibus*] Non resistentibus. *Ferrat.*

*Ne auspicia valerent*] Ne quo die cum populo ageretur, quisquam de cœlo servaret, aut ejus rei ratio haberetur ad discutiendam concionem. *Afram.*

*Ne quis obnuntiaret*] Ne magistris Delph. et Var. Clas.

tus renuntiarent quid augures servantes de cœlo advertissent, atque hac obnuntiatione concionem dissoluerent. *Idem.*

*Ne quis legi intercederet*] Ne tribunus plebis sua anctoritate, nullaque sui facti redditia ratione, legis nullius lationem impeditarent. Que tria ut fieri liceret, lex Ælia prudenter cavebat, ad refrenandam tribunorum plebis insolentiam, qui novis subinde rogationibus remp. vexare cupiebant, nisi augures obnuntiando, consules et prætores de cœlo servando et obnuntiando, cæteri tribuni plebis intercedendo, huic legum frequentiæ restitissent. *Idem.*

*Ut omnibus*] Dies alii fasti fuerunt, alii nefasti, alii intercisi. Fastis agi cum populo licebat; nefastis non licebat; intercisis partim licebat, partim non licebat, quod eorum media pars, puta ob ortu solis ad meridiem, nefasta; media, puta a meridie ad so-lis occasum, fasta duceretur. Quare Fusius consul, ut legum tribunitiarum multitudinem impeditret, legem tulit, qua certis etiam quibusdain diebus fastis agi cum populo non liceret. Hanc lege contraia Clodius evertit. *Idem.* Vide Indiculum Legum.

§ 34 *Gradus Castoris*] Satis constat gradus istos exemittios fuisse. *Hotom.*

CAP. XXII. § 50 *Justorum armorum*] Seditiosas leges tulerat Sulpicius in gratiam Marii; adeoque 'prope justa' vocat arma Syllæ ulciscentis suam et patriæ injuriam, Velleius. *Ferrat.*

*Periculo reip.*] Cum in mea vita periculum adiret respublica, mecumque simul periclitaretur; cum eadem utrique fortuna impenderet; cum accidere mihi ab illa sejunctum nihil posse videretur. *Manut.*

*Consularibus litteris*] Non consulum, sed eorum, qui consules fuerant, quorum apud exteris nationes vige-

bat auctoritas. *Idem.*

CAP. XXV. § 55 *Promulgatae*] Aliquot igitur non perlatæ, tribuno pl. aliquo, ut opinor, intercedente. Quod et infra patet, et pro Domo sua. *Idem.*

*Ut censoria notio*] Hac de Clodii lege sic in Orat. in Pisonem: ‘Ab eodem homine, in stupris inauditis nefariisque versato, vetus illa magistra pudoris et modestiæ, censoria severitas, sublata est.’ Quem locum Pedianus ibi exponit. *Idem.*

*Collegia*] Vide Orat. in Pisonem, et ibidem Asconium.

*Vectigalium*] Lege enim lata, ut frumentum populo (quod antea semis æris, hoc est quadrante, ut vulgo nunc appellantur, cum dimidio, in singulos modios dabatur) gratis daretur, vectigalia quinta fere parte diminuerantur. Hanc legem et Saturninus, et ante Caius Gracchus tulerat. Epitome Liv. lib. LX. ad Herennium lib. I. et Pedianus. *Manut.*

CAP. XXVI. § 56 *De jure, et de tempore*] De jure, hoc est de auspiciis, erat Ælia; de tempore, Fnsia. Clodius utramque sua lege delevit. Tulit enim, ut ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo servaret; et ut omnibus diebus fastis legem ferri liceret. Vide supra. *Idem.*

*Brogitaro*] Vide Orat. de Harusp. Resp. cap. 13. 27.

§ 57 *Ptolemæus*] Vide Orat. pro Domo, cap. 8.

CAP. XXVII. § 58 *Antiochum*] De quo in Orat. pro Deiotaro.

§ 59 *Tulit, gessit*] Apertum mendum: nec dubium est quin Tigranes significetur, cuius comparatione auget Clodii scelus ex Ptolemæi injussissima calamitate. Est enim argumentum a majori. Si Tigrani, inquit, qui hostis fuit populi Romani, regnum conservastis; quanto magis Ptolemæo, qui semper socius, semper amicus fuit, conservare debuistis! Pos-

tulat igitur sententia, ut pro tulit, gessit, reponatur Tigranes igitur, vel igitur is. Sed quoniam odi conjecturas, quæ a litterarum similitudine discedunt, opem veterum librorum expectandam censeo. Alioqui nihil tentandum. *Manut.*

*Ille Cyprius*] Ptolemæus. Socium semper fuisse dicit, tum quia majores ejus hanc appellationem obtinuerant a senatu, tum quia semper animo et voluntate fuerat socius, licet nondum hunc honorem fuisse consecutus. Adverte vero quam ad miserationem concinnata sit oratio. Non regnum ait, sed, quod gravis est, regem ipsum, tanquam vile mancipium, fuisse publicatum. Addit id vivo et videnti contigisse, quod est longe miserabilius! cum suo, inquit, victu et vestitu, non cum suo regno et gazis; quasi nihil ei deinceps ad vitam tolerandam, nuditatemque tegendam superfuturum esset. *Afram.*

CAP. XXVIII. § 60 *M. Catonis*] Clodius legem tulit, ut Catoni provincia daretur regiæ gazæ vendendæ et pecuniae deportandæ, partim ut virum fortissimum, et improbis civibus infensum, a republica removearet; partim ut eum socium ac defensorem haberet, si quis legem de Cypro publicatam criminari vellet. *Homot.*

§ 61 *Rogationi paruit*] Si hæc in contumeliam potius Catonis, quam honoris causa fiebant, cur huic Clodiæ rogationi paruit, et mandatam sibi ad deportandas Ptolemæi pecunias admisit provinciam? *Idem.*

*Quasi vero*] Respondet quæstioni per ironiam. Vult dicere, Non mirum est Catonem Clodiæ rogationi paruisse, cum in alias quoque leges, quas injuste rogatas putabat, ut in legem agrariam Cæsar de agro Campano dividendo, contra Bibuli collegæ obnuntiationem et auspicia perlatam, jam ante jurarit. *Idem.*

CAP. XXIX. § 62 *Templo occupato*]

Sæpe dictum est, Rostra passim appellari templum. Collega autem is est Q. Metellus Nepos, qui ut ini quam legem ferret, templum occupavit; non tulit autem, Catone cum vitæ periculo resistente. *Idem.*

*At si isti]* Duo hic ostendit: alterum, nihil utilitatis sperari potuisse, si Cato Cypriæ rogationi obstisisset, nec voluisse mandatam sibi potestatem admittere; alterum, Catoni vim inferendam, et exilium, perinde ac Tullio, irrogandum fuisse, si ei legi parere noluissest. *Abram.*

§ 63 *Per se conservari]* Non permittere, ut alius eam procreationem suscipiens publicatas Ptolemæi pecunias depecularetur, et in proprios usus deflecteret. *Idem.*

*Superiore anno]* Cæsare consule. Quo anno, cum nihil more majorum gereretur, Cæsare leges et auspicia negligente, Cato desperatione quadam in senatum non venit. *Manut.*

*Sententia sua]* Cum enim pulsus est Cicero, tum damnari et senatus visus est, et sententia Catonis. Pulsus enim est ob conjuratorum necem. Illi autem e senatus-consulto, Catonis in sententiam facto, necati sunt. *Idem.*

*Cessit]* Cum Cypriæ rogationi paruit, et in Cyprum profectus est. *Idem.*

CAP. XXX. § 66 *Pecuniam]* Pe nes senatum erat cura ærarii, neque tribuni plebis quicquam ex eo, suis legibus, poterant erogare. *Abram.*

*Ab senatu petebat]* Cum P. Clodius et consules omnem senatus auctoritatem e republica sustulissent, eaque per populum facerent, quæ prius per senatum fieri consuerant. *Idem.*

*Populari sacerdoti]* Clodio, qui veste muliebri ad opertum Bonæ Deæ, ubi sacra pro populo siebant, penetrarat. *Idem.*

CAP. XXXI. § 68 *Ligus iste nescio qui]* Ælium Ligurem significat; et in ambigua nominis significatione ludit:

nam Ligus et gentis Æliæ cognomen est; et hominem in Liguria natum demonstrat. Notat igitur ignobilitatem, cum ait, ‘Ligus iste nescio qui,’ et, ‘Ligus,’ non ut familiae Romanæ cognomen, sed ut nationis nomen, posuit. *Manut.*

CAP. XXXII. § 69 *Privatim]* Si legas cum Victorio, *privati*, antecedat oportet interpunctio; hic autem erit sensus: Cum in senatu consules flagitabantur, ut senatores, qui privati erant, sententias de Cicerone dicerent, &c.

*Legem Clodium]* In qua caput hoc erat, ne quis de Ciceronis reditu referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret in sententiam, ne scribendo ades set. Post Red. in Sen. et ad Attic. *Manut.*

*Ex quo intellectum est, &c.]* Si quis animum in sententiam diligenter intendat, deesse negativam particulam intelliget. Nam quia de reditu Ciceronis octo tribuni promulgantur, cum eorum antea ferenti legem Clodio intercessisset nemo; poterat aliquis, absenti Ciceroni crevisse amicos, existimare. Quod falsum esse arguit. Non, inquit, mihi amici creverunt, sed, cum antea idem pro me voluissent, non idem tamen ausi sunt. Et ipse se exponit, cum infert, ‘nam ex novem tribunis, quos tunc habueram, unus me absente defluxit.’ Legendum igitur sic opinor: *ex quo intellectum est, non mili absenti crevisse amicos, &c.* *Idem.*

*Quo magis nationis ejus esse, quam generis, videretur]* Opinor legendum, *Quo magis generis ejus esse, quam nationis, videretur.* Confirmat autem hanc lectionem locus similis in Orat. pro A. Client. de hoc ipso Ligure, cap. 26. ‘Qnid tu (inquit) Pæte? Hoc enim Stalenus cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, ne si se Ligurem fecisset, nationis magis suæ, quam generis uti cognomine, videre-

tur.' *Ursinus.*

§ 70 *Hoc igitur anno]* Pisone et Gabinio coss. qui fuit ab urbe condita, DCXCVI; cum P. Lentulus Spinther et Q. Metellus Nepos essent consules in annum proximum designati: et tribuni plebis Milo, Sestius, Fabricius, Numerius, Calenus, Curtius, Fadius, Gratidius, Cispinus, nt partim ex hac oratione, partim ex epistola ultima ad Quintum fratrem, lib. I. colligitur, essent etiam designati. *Abram.*

CAP. XXXIII. § 72 *Gracchum]* Per ironiam, quasi tribunum plebis valde popularem, vel potius quod filius esset illius Quintii, qui se olim Tiberii Gracchi filium esse simularat. Nam hic noster Quintins videtur filius fuisse illius insitivi Quintii, qui ex ergastulo productus se in Gracchorum familiam inserebat: unde et infra 'Gracchus insitivus' vocatur. *Idem.*

*Nitedula]* Allegoria festiva a muribus, sive nitedulis e rubis aut vepretis ad rodendam segetem produntibus; qua Numerii obscuritas et indignitas denotatur. *Idem.*

*Ex deserto]* Cum Gavii ejusdam Oleli filius esset, ab inopi ac vacuo patris horreo in Atiliam familiam per adoptionem transiit. Quod quasi jure quodam factum est. Nam cum in deserto illo Gavii horreo ita pauca grana essent, ut calarentur, hoc est, voce numerarentur, (paucitas enim mensuram non requirebat) merito hic ejus filius a calatis granis in eam familiam, quæ Calatini cognomen habet, insitus est. *Manut.* Vide Perizonii Animadv. Histor. cap. 1.

*Nominibus in tabulas relatis]* Mihi hæc videtur esse horum verborum sententia: Cum subito et præter omnium opinionem tabulis censorum sua nomina 'Sex. Atilius Serranus' inseruisset, nomen suum ex tabula promulgationis sustulit, nec inter cœ-

terorum tribunorum promulgantum legem de Ciceronis redit id voluit legi. *Græv.*

CAP. XXXIV. § 74 *Socer]* Cn. Opilius. Post Red. ad Quir.

CAP. XXXV. § 75 *Concilii de me agendi]* Hoc est, in quo de me agatur. *Græv.*

§ 77 *Patricium et prætorium]* Appium Pulchrum designat, qui et patriciæ gentis erat, et præturam eo anno gerebat; hic enim gladiatores eos, quos in funere Marci propinquui sui datus erat, P. Cludio fratri suo commodavit: ut videre est apud Dionem lib. XLIX. et infra. *Hotom.*

CAP. XXXVI. *Cinnano die]* Est, in pugna illa Cinnana. 'Dies' sæpe ponitur pro facto illius diei. *Græv.*

*Pertinacia, aut constantia]* Pertinacia, cum interceditur salutari legi; constantia, cum perniciosæ. *Manut.*

§ 78 *Non auspiciis, &c.]* Magistratu quopiam renuntiante se spectasse de cælo, et signa vidisse, quæ cum populo agi, legesve ferri prohiberent. 'Non intercessione,' quopiam tribuno plebis intercedente, et comitia prohibente, nullam reddendo facti sui rationem. 'Non suffragiis,' populo refragante, legemque promulgatam suis suffragiis repudiante. *Abram.*

*Jure læsisset]* Usus fuisse potestate legitima. *Idem.*

*Ædilitate]* Quam eodem tempore petebas, quo has seditiones in republ. concitasti. Ædilium vero fuit ludos exhibere; et eam ob rem ædilitatis candidati longe ante gladiorum familias, belluas, et cætera ad ludos necessaria sibi comparabant. *Idem.*

*Forum purges]* Vide Turnebum, Advers. lib. xx. cap. 3.

CAP. XXXVII. § 79 *Interfactionem]* Nam non licet tribuno plebis loquenti interfari, seu interloqui. *Lambinus.*

*Consuli]* Q. Metello habituro, ut

puto, comitia ædilium. Ad Att. lib. iv. ep. 3. *Ferrat.*

§ 80 *Tam tempori]* Tam mature, antequam vere mortuus erat. *Græv.* Istud tempori Gruterus e suis Palatinis eduxit. Victorius, Manutius, Lambinus, tam temere. Vetus editio, tam tempore.

*Ferrum non recepit]* Vide Tusc. II. 17.

CAP. XXXVIII. § 82 *Gracchum]* Numerum Quintium Gracchum, quem Clodiani occidere cogitauit, ut a Sextianis interfactus putaretur. *Manut.*

*Mulionicam penulam]* Vestem rusticam arcendis pulviis idoneam, quæntuntur muliones et agasones. Lepide vero fingit Quintium eadem penula fuisse indutum, cum primum Romam ad comitia venit quæsturam petiturus. Ex his enim fictis narrationibus, ut dicitur de Orat. lib. I. orationi lepos adspergitur. *Abram.*

CAP. XXXIX. § 84 *Nondum erat maturum]* Ut armis contra cives improbos viri boni uterentur. Cur autem maturum nondum esset, causam subiungit. *Manut.*

*Non omnino manu sola]* Non a Clodianis tantum operis, sed et a consilibus ipsis. *Idem.*

§ 85 *Prætoris]* Ap. Clandii Pulchri, P. Clodii fratris. *Idem.*

*A Serrano]* Tribunus enim plebis alterius tribuni acta poterat rescindere. *Idem.*

*Nova quæstio]* Nova quæstio est, cum ob criminis atrocitatem, nova lege lata, de aliquo quæritur. Quod in causa Milonis ob necem P. Clodii factum est. *Idem.*

*Alterius tribuni]* Milonis.

CAP. XL. § 86 *Hoc loco]* Landaverat, opinor, Milonem Sextii accusator, quod oppugnatam a Clodio domum defendisset. ‘*Hoc loco,*’ inquit, id est cum de oppugnata domo mentio fit. Et est imperfecta oratio; deest enim, cum Sextium accuses. Quod

absolute dixit infra. *Manut.*

§ 87 *Civem]* Scilicet Ciceronem.

*Sustinere]* Si consilium intercedendi omitterent. *Manut.*

CAP. XLI. § 88 *Si moribus age-ret]* Usitatum est, pro si legibus age-ret; hoc est, si more institutoque civitatis ei resisteret. *Hotom.*

§ 89 *Id unquam esse facturum]* Unde id pendet? Sine libris melioribus hæc sanari non possunt. Cogitabam Ciceronem forte scripsisse, *Quis unquam tam prompte reip. causa, nullis ini-miciis, nullis præmiis, nulla hominum postulatione, aut etiam opinione, id unquam esset facturus?* aut, ut Lambinus conjectit, *id unquam eum esse facturum?* scilicet *putasset:* quamvis et ellipsis hæc sit insolens, et τὸ unquam bis repetitum feriat aures. *Græv.*

Pristini judicii] Turpitudinem judicum significat, a quibns Clodius, de sacris Bonæ Deæ violatis rens turpiter absolutus est. Dicit autem ‘hoc accusante,’ acerrimum ejus in accusando studium significans. *Hotom.* Vide de turpitudine hujus judicii Senecam, ep. 98.

*Consul, prætor, tribunus pl.]* Metellus, Appius, Serranus. *Manut.*

*Ne reus adsit]* Ne Clodius accusatus a Milone judicii diem obeat, ut scilicet Clodius factus adilis e judicii tendiculis evolaret. *Abram.*

*Ne queratur]* Ne res in judicio cognoscatur. Huc illa pertinent ex Orat. post Red. in Sen. ‘Primo de vi postulavit: postea quam ab eodem judicia sublata esse vidit; ne ille omnia vi posset efficere, curavit.’ *Manut.*

CAP. XLIV. § 95 *Ædile ipso]* P. Clodio. Hic accusavit, infra vero, accusat, dicit; quia et jam acta res erat; et in Quirinalia dilata fuerat, indeque in nonas Maias. Est enim accusatus Milo, ante quam Sextius postularetur; et tamen absoluto jani Sextio, reus adhuc fuit, re dilata: ut in lib. II. ad Quintum fratrem, ep. 3.

et 6. scriptum est. *Idem.*

CAP. XLVII. § 100 *Nutu impelluntur*] Vel minima significatione voluntatis eorum, quos auctores et snorum studiorum vitiorumque duces nacti fuerint, incitantur ad perturbandam rem. *Abram.*

§ 101 *Insititum Gracchum*] C. Quintus Gracchum, qui se Ti. Gracchi filium simulabat esse. Quo mendacio plebem usque eo decepit, atque induxit ut tribunus plebis designatus sit; cum tamen e Firmo Piceno, obscurissima stirpe, atque adeo servili sanguine, genitus esset. Vide Orat. pro C. Rabirio. *Manut.*

CAP. XLVIII. § 102 *Multæ insidiæ*] Jovis filium, Æacum fortasse, Accius poëta induxit suis liberis hæc præcipientem; quæ Cicero et hic, et in Orat. pro Plancio ad suam sententiam accommodat. Accii vero ut hæc esse existimo, facit illud, quod sequitur, ‘Oderint, dum metuant,’ quod Cicero ejusdem poëtæ dicit esse. Porro id ex Accii tragœdia, Atreo, ut opinor, sumptum esse, ostendit Annæus Seneca, de Clementia lib. II. quod Officiorum libro I. plane cognoscitur. Usurpantur et Philip. I. *Idem.*

§ 103 *Praeclara*] Excusat poëtam, qui dixerit, ‘Oderint, dum metuant,’ quod est ad confirmandas improborum civium mentes aptissimum dictum. Scripsit, inquit, hoc, qui scripserat jam illa, ‘Multæ insidiæ sunt bonis,’ et quæ sequuntur. Non enim verebatur, ut in eo, quod Atrem dicentem facit, juventuti noceret, quam utilissimis ac saluberrimis illis præceptis, ex Æaci persona prolatis, jam imbuerat. *Idem.*

CAP. L. § 106 *In qua populi Romani consensus perspici posset*] Lambinus putat deesse hic negationem. Repugnat Grñterns. Lambino assensueros arbitror omnes, qui intellexerint quid agatur. Hoc proposuit Cicero, in eo statu esse civitatem, ut,

si operæ conductorum removeantur, omnes idem de republica sensuri sint. Id probat experientia, per enumerationem trium locorum, quibus significari maxime populi Romani judicium ac voluntas potest. Primus locus est concio. Atqui per hos, inquit, annos nulla fuit populi Romani vera concio, in qua non ejus perspici consensus posset. Si quæ fuerunt turbulentæ, eæ non populi Romani, sed conductorum ac perditorum hominum coitiones. De conductis vide cap. 49. et 53. Quæ cum ita esse censeam, nihil tamen mutare ausim, ubi consentiunt omnes, ne Lambino quidem excepto, editores. Oliv.

CAP. LI. § 110 *Ornamenta confecit*] Quadringenta millia mūmmum; hæc enim ad equestrem dignitatem ornandam necessaria erant. Quod si cui minus esset, eques esse non poterat. Itaque Horatius: ‘Si quadringentis sex septem millia desunt, Plebs eris.’ Vide et Fam. x. ep. ad D. Brutum. Quæritur autem hic, nec injuria, qui potest Gellius equestris ordinis nomen retinere, si ornamenta confecit? Jam enim et ex Horatio, et ex ipso Cicerone probatum est, qui equestri censu non esset, hoc est, qui quadringenta millia non haberet, enī in equestri ordine locum non habuisse. Ad hanc dubitationem suppeditat facile, quod respondeam, antiquitatis observatio. Primum illud dicimus: equites equestri loco a censore motos esse, vel ob tenuitatem, vel ob culpam: Gellius ob tenuitatem movendus erat; ideo tamen moveri non potuerat, quia detrimentum illud rei familiaris post conditum lustrum fecerat: ut, etiam si quadringenta millia possidere desiisset, in equestri tamen ordine eo usque permanere posset, donec censores creati cujusque rem æstimarent; equestri censu senatores, equites, judices vel in ordine quemque suo ac loco retinerent, vel

*ejicerent. Manut.*

*Populo Romano deditus]* Jocari videtur in Gellii cognomen; nam Poplicola vocabatur. Dio lib. XLVII. *Idem.*

*Idiotarum]* Hominum imperitorum, qui vulgarem quandam sine modo vivendi rationem sequuntur. At philosophi, doctrina instructi et temperati, exquisitum quoddam vitæ genus accurate servant. *Hotom.* Vide Victorium, Var. Lect. lib. XXII. cap. 6.

*Attæ]* Græculos ‘Attas’ appellat, id est, senes. Festus Pompeius: ‘Atta pro reverentia seni cuiilibet dicimus; quasi eum avi nomine appellemus.’ *Afram.*

*Anagnostæ]* Lectores. Eos enim servos Græco nomine dicebant anagnostæ, quorum opera in legendis libris nterentur. *Idem.*

*CAP. LII. § 111 Illo ore]* Catull. LXXXVIII.

*CAP. LIII. § 113 Nuper]* Biennio ante, Cæsare et Bibulo coss.

*Nihil agere]* Quia, licet quotidie de cælo servarent, ut Vatinio leges ferenti impedimento essent; ille tamen, auspiciis neglectis, et multas, et reipublicæ exitiosas, pro Cæsaris potentia, pertulit. *Manut.*

*§ 114 Tulerat nihil]* Legem quidem promulgavit, sed non tulit. *Idem.*

*Tribum suam non tulit]* ‘Ferre tribum suam,’ id est, obtinere suffragia tribus: non tulit ergo, id est, adversariam illam sibi habuit. *Hotom.*

*CAP. LIV. § 116 Ludius]* Ludios fuisse credo, ut ex Orat. de Harusp. Resp. conjicio, qui, dum agerentur ludi, in scena psallerent. Ludion hic appellat credo P. Clodium, quod ludis magnopere delectari solitus esset: qui tamen Scauri ludos noluit adspicere, cum populi clamores et sibila metueret. *Manut.*

*Acroama]* Recitator. in Verrem, II. 22. ‘Ne tamquam,’ inquit, ‘festivum acroama e convivio sine corolla-

rio discederet.’ Accedit Macrobius; cuius hæc sunt in Saturn. lib. II. ‘Delectatus inter cœnam erat Augustus pueris symphoniacis Turonii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata fuisset liberalis nummis.’ Et Suetonius in Vespasiano, ‘vetera acroamata revocavit.’ Ut omittantur aliorum testimonia; alibi ‘acroama’ etiam pro ipsa re, quæ recitatur, usurpari vides; ut in Orat. pro Archia, quæ est jucunda narratio, et cantilena, et quidquid eos, qui audiunt, oblectat. *Idem.*

*CAP. LV. § 117 Cum, auditio senatori-consulto auctori ipsi atque]* Divina Memmii approbata conjectura, qui conjectit legendum esse auctori ipsi, atque sic reponendum existimavi. Alii legi posse putant præconi ipsi; alii consuli ipsi. Quorum neutrum probo. Vulgata autem lectio, a qua antiqua non discrepat, ore ipsi, ferri non potest. *Lamb.*

*§ 118 Togata]* Togatam, nomine Simulantem, agebant histriones: omnis grex sive chorus, quoties aliquid cantandum erat quod in probrum Clodii verti posset, ei imminens et defixis in eum oculis clarissimo concentu resonabat; hæc præsertim hemistichia, quæ Clodii moribus apprime convenienter: ‘huic vitæ tuae:’ item, ‘postprincipia,’ &c. *Afram.*

*Concentratione]* Histriones olim, cum fabulas agerent, numero cantu recitasse, vel hic locus argumento esse potest. *Manut.*

*Convicio]* ‘Convicium’ quasi ‘convocium’ dictum esse Ulpianus quoque testatur. Cicero pro Archia: ‘Suppeditat nobis ubi et animus ex hoc forensi strepitn resiciatur, et aures convicio defessæ conquiescant.’ Modo dixit ‘concentratione.’ *Hotom.*

*CAP. LVI. § 120 Revocabatur]* Co-gebat populus histriones, quæ semel dicta placuerant, sæpius iterare. *Manut.*

§ 121 *Adjungebat*] De sno, non a poëta scriptum. Nam, 'summo ingenio præditum,' non ita conveniebat in hominem militarem, de quo proxima superiora dicta sunt; nt in Ciceronem, qui inter omnes cives ingenii laude, scientiaque eminebat.

*Idem.*

CAP. LVIII. § 123 *In Bruto*] Acci tragœdia, de qua lib. I. de Divinat. et apud Varro in *De Ling. Lat.* lib. IV. mentio fit. *Idem.*

*Tullius*] Cum enim Brutum Aesopus nominare deberet, Tullium nominavit; quod ut Brutus, Tarquinio rege pulso, sic Cicero, conjuratione oppressa, libertatem civibus stabiliverat. *Idem.*

§ 124 Q. *Metello*] Pio, Numidici filio; cuius memoriae P. Scipio is, qui postea Pompeii Magni sacer fuit, gladiatores dedit. Erat enim, ut scripsit Dio, ab eo adoptatus: ideoque et Metellum et Scipionem appellari in epistolis Ciceronis, atque etiam in antiquis nummis, licet animadvertere. *Idem.*

*Columnam Meniam*] E qua gladiatorum pugna in foro spectabatur. Qnod ex Pediano satis constat. *Idem.*

CAP. LIX. § 126 *Ut, Mater te appello*] Ut Memnoni Aurora filio, similis videretur, cuius imago interficti et insepulti per quietem matri apparens ita fatur: 'Mater te appello, quæ curam somno suspensam levas, Neque te mei miseret. Surge, et sepeli natum.' Quemadmodum igitur Memnonis umbra de terra subito existit, et ad matrem illa pronunciat; sic Atilius, cum sub tabulas subrepserat, emergebat subito, ut quasi Memnon, 'Mater, te appello,' dicturus videretur. *Idem.* Vide *Tusc.* I. 44.

*Appia*] Nisi me conjectura fallit, *Atilia* rectius legetur quam *Appia*; ut ab Atilii, tribuni pl. nomine, via illa, qua spectatum veniebat, a ridi-

culis ac facetis hominibus Atilia diceatur. *Idem.*

§ 127 *Tu mihi*] Exprobraverat Ciceroni adversarius, voluisse illum per vim redire turpiter in urbem, neque imitatum fuisse M. Regulum. *Ferunt.*

CAP. LXI. § 129 *Vir is*] Cn. Pompeius.

*Diebus quinque*] Comitialibus.

CAP. LXII. § 130 *Ad unum dicto citius Metelli casum*] Optima est non modo interpretandi ratio, verum etiam corrigendi, cum similia similibus conferuntur. Videbam in tribus illis dictionibus, *unum dicto citius*, latere mendum; nec tamen aut ex scriptis libris, aut ex ingenio sinceram lectio nem assequebar. Recurri ad similem locum in *Orat.* post Red. in *Sen.* Legi: continuo veritas illuxit. Intellexi enim, ubi nunc est in omnibus impressis libris, *ad unum dicto citius Metelli casum*, reponendum esse, *ad Numidici illius Metelli casum*. Quod ut aliis quoque ita videatur, verba subscribam, quæ sunt in *Orat.* post Red. 'Ut haberet in consilio et fratre ab inferis socium rerum mearum, et omnes Metellos, præstantissimos cives, ex Acheronte excitatos, in quibus Numidicum illum Metellum, cuius quandam de patria recessus honestus ipsi, bonis omnibus luctuosus visus est.' Solet autem Cicero, cum de Numidico Metello mentionem facit, eum hoc prænomine, 'ille,' insignire, utpote Metellorum omnium præstantissimum. Sic in *Orat.* pro *Archia*: 'Erat temporibus illis jucundus Q. Metello illi Numidico, et ejus Pio filio.' *Manut.*

CAP. LXIII. § 131 *Ipsi coloniae*] Coloniæ sic deducebantur. Colonii sub signis a curatoribus agrariis centuriati deducebantur; deinde cum ad coloniae locum ventum erat, vexillo statuto, aratrum circumducebatur, ut territorium coloniae definiretur, quod mox limitibus decumanis, car-

dinibus actuariis distinguebatur, et in centurias dividebatur; e quibus certus modus viritim sortito assignabatur. Quod si illic oppidum non esset, locus urbis aratro designabatur, ritu Hetrusco. Atque ista fiebant omnia auspicato; coloniaque lustrabatur ab eo, qui deducebat; et eligebantur bonis nominibus, qui hostias ad eam lustrandam ducerent. Quotannis autem coloni coloniæ suæ natalem magna religione colebant. *Turneb.*

*Salutis]* In eundem diem inciderat dedicatio templi Salutis. Vide ad Att. lib. iv. ep. 1. *Abram.*

§ 132 *Indicem Vettium]* Indicavit L. Vettius negotium sibi a clarissimis viris esse demandatum, ut Cn. Pompeium occideret. Id a Vatinio, tribuno pl. et Cæsare consule fictum, suspicio fuit, cum, indicis falsitas manifestis signis argueretur, Vettius in carcere oculite strangulatus est; de quo in Orat. in Vatin. et Sueton. in Julio. *Manut.*

*De me]* An ego Vettio auctor atque impulsor ad necem Pompeii fuisset. *Idem.*

*Clarissimis viris]* M. Bibulo, tum consule; L. Lucullo, consulari, et triumphali; C. Curione, consulari, et triumphali; L. Domitio Ahenobarbo, qui tum prætoram petebat; L. Lentulo, qui consulatum petebat; L. Æmilio Paulo, qui tum quæstor Macedoniae obtinebat; aliis privatis, quos enumerat in epistola ad Atticum penultima lib. ii. et Orat. in Vatin. *Idem.*

CAP. LXIV. § 133 *Aliquid defecti]* Non agnosco Latinam vocem; et apparet mendum. Tribus modis corrigi potest, *aliquid facti*, *aliquid effecti*, *aliquid de me facti*. *Idem.* Legendum puto, *detecti*; quasi speculator et explorator esset. *Lamb.*

*Tubulam]* Vatioius jactabat, se P. Clodium docuisse, ut esset scribenda lex in Ciceronem; se proinde quippe magistrum illius legis scriptorem di-

cebat; P. Clodium, quasi discipulum, ‘tabulam,’ in qua eam scripserit; Sex. Clodium, Publili scribam, ministrum, quo usus in scribendo fuerat. *Ferrat.*

*Rueret]* Aliquid furiose faceret. Feruntur enim homines improbi ad facinus eo impetu, ut ruere videantur. *Manut.*

*Legem]* Tulliam de ambitu.

§ 134 *Samnites]* Plura gladiatori erant genera; Samnites, provocatores, retiarii, mirmillones. Ex his oppositi in pugnis Samnites, et provocatores; quod hic Ciceronis locus ostendit: retiarii, et mirmillones, quod Valerius Maximus, lib. i. *Manut.* Consule Lipsium, Sat. Serm. lib. ii. cap. 11. *Grut.*

§ 135 *Duas]* Vatinius dicebat, se bestiarios dare, non gladiatores; deinde, se unum tantum gladiatorem dare, non plures. *Ferrat.*

*Præclara ædilitas]* Quænam ista, quæso, ædilitas? Eam enim pertens, repulsam tulit Vatinius. Quare sic interpretor. Præclara videlicet futura fuit tua ædilitas, si eam adeptus fuisses; quandoquidem in ludis populo dandis tam belle versatus es, ut unum leonem contra ducentos bestiarios prodixeris. Ædilium enim fuit Iudos exhibere. *Abram.*

*Et aiunt]* Commode et loco suo exclamat. Et sunt, inquit, qui conquerantur de C. Memmio et Lucio Domitio prætoribus, quia Cæsar's acta rescindere voluerunt; cum interim taceant de Pisone socero Cæsar's, et Vatinio ejusdem assecla, qui leges Cæsar's contemnunt, et ipso facto nullas esse putant. *Idem.*

CAP. LXV. *Tanquam strumam]* Vatinium, qui strumis laborabat, de republica tollendum, quasi pestem aliquam, intelligit. Vide Orat. in Vatin. et ad Atticum, ii. 9. ‘Vatinii strumam,’ inquit, ‘διβάφω vestiant.’ *Manut.*

CAP. LXIX. § 144 *Prætextam]*

Hunc adolescentem Lentuluni populus augurem creaverat anno superiore: augures autem prætexta utebantur. Dio, lib. xxxi. *Ferrat.*

§ 146 *Ego vero vos]* Et orationem et vultum ad eos, qui sordidati ad-

erant, convertit. Cum vero subjungit, ‘Nec me ab iis, quos nomine sordidatos videtis, unquam ulla fortuna divellet,’ a sordidatis ad judices vultum et actionem refert. *Manut.*

## IN VATINIUM.

**ARGUM.**—Cum in P. Sextium de vi reum P. Vatinius testimonium dixisset, Sextii patronus Cicero invictus est in eum acerbissime, et maximie quidem totum ejus tribunatum, in quo, Cæsare consule, leges reip. exitiosas contra auspicia tulerat, sed quæsturam quoque et legationem exagitavit, non ut accensator, sed ut reprehensor. Qua de re sic in ep. ad Lentulum: ‘Tota interrogatio mea nihil habuit aliud, nisi reprehensionem illius tribunatus, in quo omnia dicta sunt libertate, animoque maximo de vi, de auspiciis, de donatione regnorum.’ A veteribus etiam interrogationis nomine appellatur hæc oratio; interrogatione enim utitur ad singula, quæ reprehendit, et accusatorem quidem Vatinii brevi se futurum minatur: interim autem rogare ait tantum velle. Quæri potest, utrum, Sextio absoluto, an prius quam sententiæ ferrentur, hæc Cicero dixerit. Mihi dubium non est, quin prius quam sententiæ ferrentur. Cur hoc existimem, adducor his verbis, quibus interrogationem orditur: ‘fecissem id, quod bis vehementer placebat;’ quæ videntur ad judices potius, quam ad senatores, pertinere. Jam illa, quæ sunt in extremo, certe de reo non dicuntur absoluto; ‘Hoc quæro, num P. Sextium, qua lege accusandum

fuisse negas, ea lege condemnari puttes oportere?’ Nam si latæ sententiæ fuissent, abiissent statim judices, re confecta, suo munere perfuncti; nec Ciceroni, absoluto jam reo, Vatinium interroganti aures dedissent. Quorsum enim id temporis extra commissnm lege judicium consumerent? Et in epist. ad Q. fratrem, cum Sextium absolutum significasset, hæc subjunxit: ‘Vatinium, a quo palam oppugnabatur, arbitratu nostro concidimus, Diis hominibusque plaudentibus. Quin etiam Paulus noster, cum testis productus esset in Sextium, confirmavit, se nomen Vatinii delaturum, si Macer Lolinins cunctaretur; et Macer a Sextii subselliis surrexit, ac se illi non defuturum affirmavit.’ Hæc, opinor, sufficiunt ad interrogationis tempus judicandum. *Manut.*

**CAP. I. § 1 His] Judicibus.**

§ 2 *Etiam si falso venisses in suspicionem P. Sextio]* Ut infirmaretur Vatinii testimonium, scire se dixerat Sextius, Vatinium inivisse cum Albino vano consilia de se accusando. Qui antem alicui se esse inimicum ostendit, ejus testimonio fides derogatur. Sensus igitur hic est: Debuisti, Vatini, vel si falsa illa Sextii suspicio fuisset, milii tamen ignoscere, si eum, de me optime meritum, defendantum susciperem; multo ma-

gis, cum illa suspicio falsa non fu-  
erit: quod tu ipse imprudens indi-  
casti. *Manut.*

§ 3 *Hesterno pro testimonio]* Tuo in  
Sextium. ‘Pro,’ valet, ‘in;’ ut  
alibi. *Idem.*

*T. Claudium]* Qui Sextii nomen de-  
ferre cogitaret: quod consilium vide-  
tur abjecisse, aut accusanti Albino-  
vano subscrispsisse. *Idem.*

*Libros]* Conciones P. Sextii. *Idem.*

CAP. II. § 4 *Ille tuus in te \*\* veterem amicum, &c.]* Turnebus hie in Ms.  
vacante in vidit totam paginam; ideo-  
que merito insignitur locus asterisco.  
*Grut.*

§ 5 *Cornelium]* De C. Cornelio, vide  
in *Frags.*

CAP. IV. § 10 *Et, ut ne me]* Du-  
biū non est quin mendum in scrip-  
turam obrepserit; vox enim non so-  
lum nihil habet quod ad colligandam  
orationem sibi respondeat. Legere  
videtur *Manutius*, *non solum impu-*  
*dentissimo, verum etiam infimo confe-*  
*ram, quo modo stabit sententia. Lam-*  
*binus minus apte legendū existi-*  
*mat, sed tamen ne me cum his prin-*  
*cipibus qui adsunt *Publio Sextio*, sed*  
*tecum homine uno, quae addita esse*  
*dicit e duobus codicibus, altero Mem-*  
*miano, altero Clericano: sed omnium*  
*optime mea sententia *Goveanus* pro*  
*non solum, legit *omnium*, et, ut ne me*  
*cum homine uno *omnium impudentis-**  
*simo. *Afram.* Hunc locum alii aliter*  
*exprimunt: minus sanum fatentur*  
*omnes.*

CAP. V. § 11 *Extremum]* Extremo  
loco, post ceteros omnes, ultimum e  
quæstoribus designatum. Erant au-  
tem lege Sylla quæstores viginti, cum  
octo antea fuissent. *Tacitus*, lib. xi.  
*Manut.*

§ 12 *Magno]* Magno clamore in  
provinciarum sortitione dicit *Vatinio*  
provinciam aquariam obtigisse, ad  
eius procreationem et munus perti-  
nebat, quicquid mari evehebatur, aut  
importabatur. Ea provincia, quod ob

negotiationem et mercaturam quæ-  
stuosissima esset, quod negotii et oc-  
cupationis et molestiae plenissima,  
nec sane splendida, cum obveniebat  
euiam, populus, qui aderat, suc-  
clamabat, ob negotia, furta, rapinas,  
et capturas; quod tum, ut opinor,  
vellementius fecit, quod obvenisset  
homini avido, et furaci, et improbo.  
Eandem arbitror *Ostiensem* quæstu-  
ram fuisse, de qua *Cicero* pro Mu-  
rena. *Turn.*

*Certa sit ratio navigandi]* Per loca  
certa, recto cursu. *Manut.*

*In regno Hiempalis]* In Mauritania,  
ubi *Hiempsal* pater *Juba* regnabat.  
De *Mastanesesio* antem regno, quod  
sciam, nullus historicus fecit mentio-  
nem. *Afram.*

*Ad fretum]* Herculeum. *Hotom.*

§ 13 *Cum clarissimorum virorum*  
*splendore]* C. Cæsarem significat, quo  
consule tribunus pl. *Vatinus* fuit.  
*Manut.*

CAP. VI. § 14 *Sacra]* Intelligit  
hoc loco sacra privata, quæ quisque  
sibi privatim facere poterat. *Gov.*

*Mactare]* Placare. Quo tamen sen-  
su nonsquam præterea niemini me le-  
gisse. *Manut.* Nonnius Marcellus  
interpretatur, *honorare*. *Plautus* in  
*Amphitr. act. iv. sc. 4.* ubi Mercuri-  
um et Amphitruonem ita loquentes  
inducit: ‘M. Sacrifico ego tibi.  
A. Qui? M. Quia enim te macto.’  
*Afram.*

§ 15 *Quod facit Cæsar]* Suetonius  
in D. Julio: *Functus*, inquit, *Cæsar*  
consulat, referentibus C. Memmio,  
L. Domitio, prætoribus, de actis su-  
perioris anni cognitionem senatui de-  
tulit.

CAP. VII. § 16 *Vendidisse]* Cum  
ædilitatem adipisci non potueris, qui  
tamen infra præturam honor est.  
*Subaudiri* videtur, *scis.* Nam nec ad  
‘*vides*’ referri potest ‘*vendidisse*,’  
nec ad ‘*scis*,’ quod sequitur, omnino  
disjunctum a superioribus. *Manut.*

*Consularem auctoritatem]* Passera-

tius exposuit ‘ auctoritatem consularē,’ jus sententiæ loco consulari dicendæ. Verum, cum taceant de hoc extraordinario honore veteres, quod in aliis, quibus tam innitata dignitas fuit decreta, diligenter annotarunt, censeo simpliciter esse sic intelligendum: Fannium, propter tribunatum tam constanter et præclare bono reip. gestum, tantam sibi apud optimates auctoritatem peperisse, ac si fuisset consul. *Græv.*

§ 17 *Ut, cum tui]* Legendum censeo, *ut, quod tui novem collegæ, &c.* Aliter si legas, illud *id quod sequitur*, quo referri possit, non habebit. Quod autem collegas Vatinii deterrebat a ferendis legibus, erat quod sciebant quotidie de cælo servari; id quod Vatinius contemnebat. *Gov.*

CAP. IX. § 21 *Nusquam progredientem]* Facete. Nam cum laudare videatur Bibuli modestiam, notat illud tempus, cum per vim foro pulsus, armorum metu domi se tenuit. Infra. *Manut.*

*A tabula Valeria collegæ tui mitti juberent]* Tabulæ Valeriæ, qui locus erat in foro, meminit Cicero, *Fam.* xiv. ep. 2. ad Terentiam uxorem, ‘ Quemadmodum a Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses.’ Quem ego locum sic intelligo, ut cum in carcere duceretur Terentia, ad tabulam usque Valeriam tantum deducta sit, et inde missa. Quos igitur non vinculis coercere, sed ignominia tantum carceris afficere magistratus volebat, ad tabulam usque Valeriam duci jubebat. *Gov.*

§ 23 *Tua rogatione]* Ut quereretur in eos, quos Vettius nominasset. Quam rogationem promulgavit, non tulit, omnium mortalium convicio repudiatam. *Manut.*

CAP. X. § 24 *Auctoritatis exquirendæ causa]* Ante quam lex ferretur, clari viri, a tribuno pl. qui rogationem latus erat, in Rostra producti,

rogatique ut dicerent quid sentirent, snadebant, dissuadebantve legem. Cum igitur auctores populo essent, ut rogationem acciperet, vel antiquaret; recte Cicero dixit, ‘ auctoritatis exquirendæ causa.’ *Manut.*

§ 25 *Qui si tum illam labem]* Si Gabinius rejecto, consul designatus esset. *Idem.*

*L. Paulum]* Consul cum C. Marcellio. Quos autem accusando exterminaverit, incertum est. Vide ad Att. lib. II. ep. 24.

CAP. XI. § 26 *Indictum Vettio premia amplissima]* Male hodie editi, *indici.* Alterum se tuetur olim eusis ac Pall. item libro S. Victoris. *Grut.* Vulgatæ lectionis aperta et commoda est sententia. Quid autem sibi velit Gruterus, fateor me non capere. Tamen, cum Grævius Grutero assentiat, id criticis ponderandum relinquo. *Oliv.*

§ 27 *De alternis consiliis]* Tulit banc legem Vatinius, ut reus et accusator omnes judices, et quæsitorem ipsum semel possent rejicere, neque tamen suæ legis beneficio uti possent ii, quorum nomen delatum fuisset ante legem latam. *Ferrat.*

*Expectaris-ne]* Non statim elapsò trinundino legem illam tulit Vatinius, sed expectavit, donec reus fieret C. Antonius, Ciceronis collega in consulatu, statimque tulit. Id antea fecisse dicebat in gratiam Q. Fabii, qui consul deinde fuit cum C. Trebonio. *Idem.*

*Apud Cn. Lentulum Claudianum]* Vict. et Man. *apud Cn. Lentulum, et Q. Claudium.* Quod sic interpretatur Ferratius; idcirco duorum prætorum fieri mentionem, quia damnatus est Antonius, tum de majestate, accusante Cælio; tum de repetundis, accusante Q. Fabio Maximo. Videtur Manutius idem velle.

§ 28 *Fratriisque filiam]* Sororem, ut opinor, M. Antonii, postea triumviri, Vatinio nuptam, significat. *Manut.*

*In carcere]* Carcerem appellat Vatinii domum, in quam Antoniorum imagines, ducta Antonia, Vatinius transtulit, ademptas fortasse C. Antonio post damnationem. *Idem.*

CAP. XII. § 29 *Partes]* Manutius intelligit, munus, curationem, dispensationem ærarii, quæ ad Cæsarem consulem, qui de dividendo agro Campano legeni tolerat, pertinebat. Malim ego cum Goveano sic explicare, ut a Cæsare magnam pecuniam eripuerit Vatinius, ut ejus actiones juvaret: a publicanis vero pecuniam emunxerit, ut remissionem petentes juvaret. *Abram.* Vide Turneb. Adv. xxi. 11.

*Acerrima]* Legem Julianam omnium acerimam fuisse, patet etiam ex Orat. pro Postumo, et de Offic. lib. III. *Hotom.* Vide Indiculum Legum.

*Amicissimi]* C. Cæsaris, quem tibi amicissimum soles dicere. *Hotom.*

§ 30 *In epulo Q. Arrii]* Epulum populo dedit, ad honorem patris mortui, in templo Castoris: ut infra. *Manut.*

*Cum toga pulla]* Cum cæteri accumulatoribus albati. *Idem.*

*Supplicationes te illas non probasse]* Quia decretæ essent a senatu, referente, ut opinor, Bibulo consule. Epulum enim publicum sine sacrificio non dabatur, nec sine supplicatione sacrificium erat. Festus autem et supplicationis, et epuli dies. *Idem.*

*Anni]* Quo Cæsar consul.

CAP. XIII. § 31 *In templum Castoris]* Opinor magistratus, et senatores, aut etiam equites Romanos in templo, reliquam plebem in foro cœnasse. *Manut.*

§ 32 *Inter coquos]* Quidam inter coquos, quod merito deleverunt viri docti: nam hæc vox non reperitur apud Ciceronem, et hujus ætatis ultimum scriptorem, Græv. Antepono

inter coquos, quod veterem illam famem, de qua paulo post, magis exprimat. *Abram.*

*Dominum]* Aut suaudiendum, aut addendum, videras: nt si ordo, Viderasne dominum epuli, et ejus amicos cum toga pulla ante convivium, id est, qui cum toga pulla accumberet ante oculos epulantis populi Romani? *Manut.*

CAP. XIV. § 34 *Ex legatione]* Legatus cum Cæsare in Galliam ivit: deinde, accusatus lege Licinia et Junia, ne judicium jure legationis defugisse videretur, in urbem rediit. *Idem.*

*Liceret]* Jure legationis. Nam qui reipublicæ causa abesset, eum ne vocare in iudicium liceret, Memmia lege sancitum erat. Val. Max. III. 7. *Idem.*

CAP. XV. § 36 *In duobus prodigiis reip.]* In Pisone et Gabinio coss. quibus et provincias, et legatos lege sua Clodius dedit. *Idem.*

Lamb. voluisti. Ob hasce omnes res, sciasne te severissimorum hominum, Sabinorum, fortissimorum virorum, Marsorum et Pelingorum, tribulum tuorum, iudicio notatum; nec post Roman conditam, præter te, tribulem quenquam, tribum Sergiam perdidisse? Atque illud etiam audire ex te cupio: quare, cum ego legem de ambitu tulerim ex S. C. tulerim sine ri, tulerim salvis auspiciis, tulerim salva lege Aelia et Fusia; tu eam esse legem non putas; præsertim cum ego legibus tuis, quoquomo latæ sint, paream. Cum mea lex dilucide vetet, biennio, quo quis petat, petiturusve sit, gladiatores dare, nisi ex testamento præstituta die; quæ tanta in te sit amentia, ut in ipsa petitione gladiatores audeas dare? Num quem putas illius tui certissimi gladiatoris similem tribunum plebis posse repperiri, qui se interponat, quo minus reus mea lege fias? At si, &c.

§ 37 *Biennio, quo quis petat, petiturusve sit]* Id Cicero fecit eo consilio,

quia gladiatores dabantur, ut eo munere populus delimitus faveret iis, qui dedissent in petitione magistratum.

*Manut.*

*Nisi ex testamento*] Nisi moriens aliquis testamento mandasset, uti certo quodam tempore gladiatores darentur. Quia ratione hærente in eo culpa non poterat, qui petens, aut brevi petiturus magistratum, eos ex testamento daret. *Oliv.*

*Illius tui*] Clodii tribuni pl. qui, Vatinio apud Memmum prætorem accusato, judicium per vim sustulit. *Manut.*

CAP. XVII. § 41 *Alter*] Milo; a P. Clodio. *Idem.*

*Alter*] Sextius. Tu enim Albino-vanum ad accusandum impulisti. *Oliv.*

*Illo*] Clodio. *Idem.*

*Eos*] Milonem, et Sextium. *Oliv.*

*Ne quid tibi auctoritatis*] Nemo consulitur, nisi cui aliquid tribuat: ei vero, qui testimonium dicat, cur quidnam tribuat defensor ejus, in quem dicitur? Jocatur igitur Cicero cum ait, ‘ si te in testimonio consuli nolis;’ cum ipse sit is, qui nolit eum consulere, ne quid auctoritatis ei tribuisse videatur. Aliquid omnino, quo concludatur interrogatio, videtur desiderari. *Manut.*

## PRO M. CÆLIO.

ARGUM.—M. Cælius Rufus, eques Romanus, enjus extat epistolarum liber ad Ciceronem, adolescens pulcher aspectu, et summo ingenio præditus, post damnatum C. Antonium consularem, quem ipse de majestate accensaverat, factus est familiaris Clodiæ, uxoris quondam Metelli Celeris, impudicæ matronæ, a qua etiam pecuniam mutuam accepit. Cum deinde accusaret Sempronium Atratinum de ambitu, et absolutum rursus in judicium retraheret, Clodia vero suspicaretur a Cælio sibi venenum paratum fuisse; hæc L. Atratino, Sempronii filio, persuasit, ut nomen Cælii deferret lege Lutatia de vi, cum subscriptoribus Herennio, Clodio, et Balbo. Defensum a M. Crasso Cælium, Cicero ipse hac oratione defendit apud Cn. Domitium prætorem, Marcellino et Philippo coss. *Ferrat.*

Ipse quoque Cælius egit causam

snam, auctore Quintiliano, lib. II. cap. 1. et Suetonio de Claris Rhetoribus. *Manut.*

Absolutum hoc judicio Cælium fuisse constat, prætoremque postea fuisse, interfectumque civili bello inter Cæarem et Pompeium. Scribit enim Cæsar, de Civ. Bell. lib. III. eum senatus decreto a rep. remotum, a consule senatu prohibitum, et de Rostris, cum concionari vellet, deductum, Turios sese contulisse, ubi ab equitibus Gallis et Hispanis, qui eo missi fuerant, interfactus est. De legibus ab illo latis, Cæsar eodem libro, et Cicero, Fam. VIII. 17. De iracundia singulari, Seneca de Ira, lib. III. De eloquentia, et variis ipsius actionibus, Cicero in Bruto, cap. 79. *Hotom.*

CAP. I. § 2 *Utrum vellet*] Atratinus enim jussus fuerat a patre Cælium accusare: neque poterat non parere patri. *Ferrat.*

CAP. II. § 5 *In amplissimum ordinem*] In decuriones, qui vicem senatus agebant in municipiis. Senatores enim simul esse poterant Romæ, et in suo quilibet municipio. *Idem.*

CAP. III. § 6 *Jactatur*] Legendum est, jaciatur. Muret. Var. Lect. lib. VIII. cap. 19.

§ 7 *Tueri*] Cum patrem defende-  
rim accusatum a Cælio, contume-  
lios agere cum filio non debo. *Fer-  
rat.*

CAP. IV. § 10 *Infestum est*] Pas-  
sive, pro, infestatur: ut pro Ameri-  
no, ‘filii vita infesta.’ Et de Prov.  
‘excursionibus barbarorum infesta  
via.’ *Manut.* Vide Gellium, Noct.  
Att. IX. 12.

CAP. V. § 11 *Ad cohendum*] Mo-  
destiæ causa manum intra togam con-  
tinebant, et cum se in Campo Romæ,  
vel in castris exercebant, utebantur  
tunica, ne corporis nuditas appare-  
ret. *Ferrat.*

*Campstri*] Non, iudo campestri,  
sed, campestri tunicati uteremur; et  
hoc modestiæ causa. Erat autem  
campestre vestitus hiemalis supra tu-  
nicam. [In hac Manutii adnotatione  
mendum esse videtur, dum ait, ‘Erat  
autem campestre vestitus biemalis.’]  
Contrarium indicant Horatii et As-  
conii verba. *Oliv.*] Unde Horatius  
de re absurdæ, ‘Pennula solstitio,  
campestre nivalibus auris.’ Et As-  
conius pro Scauro, ‘Cato prætor ju-  
dicum, quia æstate agebatur, sine  
tunica exercuit, campestri sub toga  
cinctus.’ *Manut.* Hunc locum non  
aliter intellexit H. Valesius, non pro-  
bante Grævio, cui ‘ludus campes-  
tris’ est, quæ crebro dicitur ‘medi-  
tatio campestris’ apud Suetonium et  
alios.

CAP. VII. § 15 *Conjurationis accu-  
satione*] Accusato C. Antonio, collega  
Ciceronis. *Infra. Manut.*

§ 16 *Iterum arcesserit*] Jam supra  
dictum est Cælium ambitus crimine

L. Atratinum semel accusasse, eun-  
demque absolutum iterum accusasse.  
Hæ sunt tres Cælii accusationes,  
quas Cicero in Brut. significat, cap.  
79. *Holom.*

§ 17 *Insulam esse venalem*] Nam si  
ædicularum Clodii locatio tanti æsti-  
matur, (in quo mendacium est; quia  
Cælii in iis habitat non triginta  
millibus, sed decem millibus) quanti  
æstimabitur insula ejusdem Clodii?  
Mendacium igitur hoc accommoda-  
tum est Clodio, insulam suam ven-  
dere cupienti. Insula duplex est,  
major, et minor: major, ædes aliquot  
junctæ, viis undique terminatae; mi-  
nor, una domus est, viarum ambitu  
finita. Eam domum, quod ex Plin.  
XXXVI. 15. licet intelligere, Clodius  
emit h-s. centies quadragies septies  
millibus. *Manut.*

CAP. VIII. § 18 *Cum de adventu re-  
gis Ptolemæi quereretur*] Pulsus a suis  
civibus Ptolemæus, rex Alexandri-  
nus, Romam se contulit, ut a sena-  
tu populoque Romano restitueretur.  
Eodem tempore legati Alexandrii  
contra eum venerunt; quorum Pto-  
lemæus magnam partem per insidias  
sustulit, in iis principem legationis,  
Dionem Academicum. Objecerat au-  
tem accusator, pulsatos esse a Cælio  
Puteolis Alexandrinos legatos. Quam  
partem Crassus cum refelleret, que-  
stus est de adventu Ptolemæi. Nisi  
enim venisset Romam, legati non ve-  
nissent; ita pulsatio Puteolana non  
nominaretur. In quo usurpavit illud  
Ennii, ‘Utinam ne in nemore  
Pelio;’ ita repetens longinquam cau-  
sam, unde argumentum sumpserunt  
accusatores de pulsatione Puteolana,  
ut repetierat poëta causam ejus amo-  
ris, qui Medean perdidit. Hos ver-  
sus ex Medea, Ennii tragœdia, reci-  
tat scriptor Rhet. ad Herenn. lib. III.  
Cic. de Nat. D. III. 30. *Manut.*

*Palatinum Medean*] Clodiā, in  
Palatio habitantem; quam festive

Cicero Palatinam Medeam vocat, quia Cœlium Atratinus, accusator, ut in Fortunatiano legitur, pulchellum Jasonem appellaverat. *Idem.*

*Migrationemque*] Quod in Palatum migraverit conducta domo. *Idem.*

§ 19 *Nihil egerit*] Contra Cœlium, cur de injuria non accensaverit. *Idem.*

§ 20 *Congressu et constituto*] Moris fuit, antequam in jus iretur, ut domi apud amicos communes experirentur, si forte sedari ab iis controversia posset. Cic. pro Quintio, et pro Cæcilio. *Ilotom.*

CAP. X. § 23 *De Dione*] Objec-  
rant Cælio adversarii seditiones Nea-  
poli excitatas; Puteolis pulsatos A-  
lexandrinorum legatos, qui contra  
regem Ptolemæum Romanum vene-  
rant; erepta Pallæ bona; interfec-  
tum Dionem, illius legationis princi-  
pem, de quo infra. *Ferrat.*

CAP. XI. § 26 *Bestiæ*] Qui de ambi-  
tu damnatus erat. Id ex iis verbis  
colligo, ‘studuisse prætūræ.’ De-  
fensum a Cicerone, cognoscitur ex  
lib. II. ad Q. Fratr. ep. 3. *Manut.*

*Eos una*] Dixerat alios quosdam  
cœnasse cum Bestia et Cælio: ex  
iis quidam aberant, quidam erant  
Clodiæ amici, coacti proinde quidli-  
bet affirmare in gratiam illius. *Fer-  
rat.*

*Germanorum*] Verorum; nam cum  
sint ab Evandro instituti multo ante  
Romanam conditam, id est, ante huma-  
nitatem, atque leges, veri et germani  
sunt Luperci plane humanitatis ex-  
pertes, cum nomina sodales inter se  
deferunt. Sodalitates autem ad ho-  
norem alicujus Dei institutæ sunt,  
ut Lupercorum ad honorem Panos.  
*Manut.* Vide de Senect. 13. Salma-  
sii testimonium. *Oliv.*

§ 27 *P. Clodius, amicus meus*] Non is,  
qui Clodiæ frater erat, Ciceronis ini-  
micissimus. Hic tertius erat accusa-  
tor, de numero subscriptorum; al-  
ter L. Herennius: Atratinus nomen

detulerat, et primas partes agebat.  
*Manut.*

CAP. XIV. § 33 *Cæcus ille*] Ap.  
Claudius Cæcus, qui Pyrrhi pacem  
dissuasit. *Manut.* Vide Cic. in Brut.  
14.

§ 34 *Qui simulac pedem limine extu-  
lerat*] Statim atque domo ad forum,  
curiam, vel provincias exiverat, om-  
nes propemodum cives virtute, gloria  
quæ merces virtutis est, et dignitate  
honoribusque, qui a populo propter  
gloriam opinionemque virtutis con-  
cedi solent, superabat. *Abram.* De  
hoc Metello, Fam. v. 2.

*Q. illa Claudia*] De ejus castitate  
in Orat. de Harusp. Resp. *Manut.*

*Aquam adduxi*] Ideone fluvium  
Anienem in urbem adduxi, ex quo  
aqua Appia nominatur, ut ea tu in  
meretriciis tuis et incestis amoribus  
uterere? *Abram.* Vide ad Att. I. 16.

CAP. XV. § 35 *Quæ in sororem  
tuam moliris*] Supplevi clausulam is-  
tam ex veteribus edd. et Pall. item  
S. Vict. et Grut. omiserant enim pos-  
teriores in sororem tuam. Grut. Quo  
pertineat additamentum illud, equi-  
dem non video. Receptum tamen  
est a Grævio; et idecirco hic proposi-  
tum volui, quod criticorum obrussa  
indigere videatur. *Oliv.*

*Testimonio tuo*] Quia scilicet infâ-  
mibus et meretricibus testimonium  
dicentibus nulla fides debet adhiberi.  
*Abram.*

§ 36 *Perpulerunt*] Legi vult Lam-  
binus perculerunt. Grævius vero pepu-  
lerunt, auctore Gronovio ad Livii III.  
30.

CAP. XVI. § 37 *Cæcilianumne*] Ve-  
hementem et durum, qualis a Cæci-  
lio, qui cæteros comicos gravitate  
vincebat, frequenter inducit. *A-  
bram.*

*Nequidquam*] Frustra, nullo fructu.  
*Manut.*

*Mihi sat est, qui* ‘Qui’ pro quo,  
antique. Ennius in Hecuba: ‘Date

ferrum, qui me anima privem.' *Manut.*

§ 38 *Ille est*] Mitio, apud Terent. Adelph. i. 2. 40. *Idem.*

*Decretum*] Quæ sibi in singulos dies aliquem semper seligeret, ac decerneret ad explendam libidinem. *Ferrat.*

CAP. XIX. § 45 *Pro se diceret*] Nam et ipse egit causam suaw. *Ferrat.*

*Inopia*] Quod sæpe Juvenalis dicit, sed præcipue Sat. vii. a 104. ad 150.

§ 47 *Ipso inspectante populo*] Nam publica judicia in foro fiebant. *Manut.*

CAP. XXI. § 51 *Alexandrinus Dio*] De quo supra, cap. 10. *Manut.*

*Vel in servis . . . domi necandum*] Alii legunt, *vel in servis ad hospitem domini necandum sollicitandis.* Utramque probo lectionem; elegantior tamen videtur illa *domini.* Sic enim servi ad dominum belle referentur. *Afram.*

§ 52 *Venerem illam tuam*] Simulacrum Veneris, auro exornatum, habere Clodia in sacrario suo dicebatur. *Manut.*

*Spoliatricem*] Ad quam aurum, amatoribus ademptum tuis, deferre soleres; ut mirari jure liceat, ab eadem Venere, cæterorum spoliatrice, abstulisse te aurum quod Cœlio dares. *Idem.*

CAP. XXIII. § 56 *Num petivit?*] Num Clodia petivit aurum a Cœlio? Nam si petivit, quo teste? Si non petivit, hæc certe non videtur esse causa, cur ei venenum Cœlius dare voluerit. *Manut.*

*Ne crimen hæreret?*] In Cœlio. Quod crimen? Auri a Clodia sumptui. *Idem.*

*Num quis objecit?* Ei de auro. Quod si nemo objecit; quid erat, cur timebat ne crimen hæreret? *Idem.*

*Nemini nomen detulisset*] Neminem in judicium vocasset. *Idem.* *Neminis, Pantagathus;* et paulo post, *sui faniiliaris absoluti.* Ursinus.

*Delph. et Var. Clas.*

*Iterum eadem de re*] Bis enim Cœlius in judicium de ambitu vocavit Atratini accusatoris patrem. Supra: 'Accusari ab ejus filio, quem ipse in judicium et vocet, et vocarit.' Infra: 'Nomen amici mei de ambitu detulit; quem absolutum insequitur, revocat.' *Manut.*

CAP. XXIV. § 59 *Q. Metellus*] Clodiæ vir, supra nominatus. *Idem.*

*Abstraheretur*] Significat hunc a Clodia uxore veneno sublatum; qua de causa Clytemnestra dicta est, allegorice, et ænigmatice, 'quod ut illa ferro virum Agamemnonem, sic hæc Metellum interficerit.' Quintilian. viii. 6. *Hotom.*

*Quanta impenderet procella urbi*] Ex consulatu C. Cæsaris, propter leges, quæ ferebantur. Obiit Metellus Celer Cæsare et Bibulo coss. *Manut.*

§ 60 *Furenti*] P. Clodio, tribuno pl. cum me patria expulit. *Idem.*

*Fratri suo patrueli*] Non quod nati essent duobus fratribus, sed quod mater Clodii soror esset patris Metelli Celeris. *Idem.*

*Incipientem furere*] Ad plebem transire conantem, cum Herennius, tribunus pl. legem de eo ad plebem traducendo promulgabat; in quo obstitit Celer consul. Vide Attic. i. ep. 13. *Idem.*

*Eliciat*] Suspicio ejicit legi debere. *Muret. Var. Lect. ii. 17.*

CAP. XXV. § 61 *Ad balneas Xeniæ*] Baiarum partem, sumpto nomine ab hospitibus accipiebant. *Idem.*

*Hinc illæ lacrymæ*] Hinc odium Clodiæ, quod se contemni doleret, quod discidium ferre non posset. Verba Sosiae sunt apud Terentium in And. act. i. 1. 99. *Idem.*

CAP. XXVI. § 62 *Quadrantaria illa permutatione*] Dicit, 'illa,' tamquam de re nota: fama enim pervulgata erat, quod ex Plutarcho liquet, adolescentem quendam in Clodiæ loculos pro nummis argenteis quadrantes æreos immisisse. Cum hoc joco al-

*Cicero.*

10 D D

terum conjungit, balneatori Clodiam, facta sui copia, familiarem esse potuisse; ut stuprum quasi loco quadrantis esset, quem balneator ab iis, qui lavarent, mercedem suam accipere soleret. Et in hoc quoque quadrantaria permutatio est, quadrante in stuprum permutato. Horat. lib. 1. sat. 3. ‘quadrante lavato.’ Seneca rem quadrantariam balneum vocat, ep. 86. Juvenalis sat. 6. ‘Cædere Sylvano porcum, quadrante lavari.’ *Idem.*

§ 63 *Nisi a viris honestissimis*] Mea sententia delendum est nisi. Negatur enim, Clodiam id impetrare potuisse, quamquam potens admodum esset, a viris honestissimis. Ad ne-gandum autem sufficit *numquam*: si addatur nisi, ex negatione fiet affirmatio. *Idem.* Si dicitur *εἰπωνικῶς*, cur nisi deleatur? *Oliv.*

CAP. XXVII. § 65 *Maximi facinoris crimen*] Duplex esse potest sensus: 1. se non solum testes, sed etiam accusatores et actores in causa periculosa et maximi facinoris profiterentur: 2. periculum adirent, ne, veneno in ipsorum manibus deprehenso, et calumniæ in Licinium, et veneficii auctores, dicerentur, et ita crimen in se revocarent. *Abram.*

*Mimi, non fabulae*] ‘Mimus,’ actio histrionica, turpissimorum facinorum imitatrix. Ovid. Trist. 11. 115. ‘Scribere si fas est imitantes turpia mimos.’ Horum clausula nulla erat ut in comediiis, sed abrumpi strepitu et tumultu aliquo solebant. *Hotom.*

CAP. XXIX. § 68 *Manumissi*] Ut optime de domina meriti, ad quam tantum facinus detulissent. *Manut.*

*Crimen Cælio quæsิตum*] Ut ideo manumissi viderentur, quia fideles in dominam fuissent, eique de veneno significassent. *Idem.*

*Quæstio sublevata*] Quis non videt, sublata esse rectius? Quæri enim de servis manumissis non licet. *Idem.*

*Cum causa*] Causa videbatur hæc, quia Cœlianum facinus ad dominam detulissent: sed alia causa erat, nempe, ut multarum rerum consciis præmium persolveretur. Animad-vertendum loquendi genus, ‘cum causa,’ pro, per speciem, per similitudinem. *Idem.*

§ 69 *Obscenissima fabula*] Refert vulgi rumorem, existimantis quæsi-tam illam pyxidem fuisse ad rem turpem; neque tamen explicat quid illud sit. *Ferrat.*

*Si est factum*] Turpe illud: quod de pyxide vulgatum fuerat, dubitat, verumne sit, an fictum. Si verum est, inquit, id non fecit Cælius, sed aliquis alias adolescens; si fictum, libido Clodiæ fecit illud credibile. *Idem.*

CAP. XXX. § 71 *Camurti et C. Eserini*] Incertum est, quodnam illi crimen commiserint in gratiam Clodiæ, et quodnam stuprum illud Vettianum fuerit. *Idem.*

*Afrania fabula*] Et hoc obseurum, quid Vettiano stupro simile haberet in suis fabulis Afranius. *Idem.*

CAP. XXXI. § 74 *Praeclari in rem. beneficii*] Cæso cum omnibus copiis Catilina. *Manut.*

*Nocuit opinio*] Accusatus de ma-jestate, quod in Macedonia provincia male remp. administrasset, eo maxime nomine damnatus est, quod crederetur conjurasse cum Catilina. *Ferrat.*

§ 76 *In hanc ætatem*] Erat annos natus 31: nam sexennio post ædilis fuit; ad quem magistratum exige-batur annus 37. *Idem.*

§ 77 *Purpureæ genus*] In tunica. Nam etsi nondum erat senator, tu-nica tamen purpureis distincta clavis utebatur; quod equitibus Romanis licebat. Hac igitur purpura delecta-batur Cæliis elegantiore, et splendi-diore, quam fere adolescentes reliqui solerent. *Manut.*

## DE PROVINCIIS CONSULARIBUS.

**ARGUM.**—Provinciæ hoc loco dicuntur regiones extra Italiam, in Romanorum ditionem ita redactæ, ut non suis, sed Romanis legibus ute- rentur; et magistratus acciperent ab urbe missos cum imperio, qui jus di- carent, resque omnes administrarent. Mittebantur vel consules, vel præto- res, ut placebat senatu. Quæ da- bantur consilibus provinciæ, appellabantur consulares; quæ prætori- bus, prætoriæ; neque ulla erat, quæ non posset fieri, ex prætoria, consularis; et, ex consulari, prætoria. Consules in provincias non proficis- bantur, nisi cum essent perfuncti consulatu; easque obtinebant, quoad sibi succederetur. Ante latam legem Semproniam designatis consilibus decernebantur provinciæ. Ex lege Sempronia, antequam designarentur in sequentem annum consules, necesse fuit decerni, quæ futuræ essent provinciæ consulares. Quod idcirco videtur constituisse C. Gracchus, le- gis auctor, ne id fieret deinceps, quod olim factum fuerat, ut, si con- sulatum adepti essent homines, magis apud plebem gratiosi, quam apud optimates, daret illis senatus non nisi viles provincias. Anno U. C. 697. quo anno hæc habita oratio est, Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus et L. Marcius Philippus consules ad sena- tum retulerant, ut futuris consilibus provinciæ decernerentur. Tenebat tunc Macedoniam, Achaiam, et Thes- saliam L. Calpurnius Piso, Cæsoni- nius; A. Gabinius Babyloniam, Per- sidem, et Syriam; C. J. Cæsar Gal- lias cis et trans Alpes uno imperio conjunctas. Erant plerique senato- res male in Cæsarem animati, ut quem nimium esse popularem arbit- rarentur; eique omnes, qui ante Ci- ceronem sententias dixerant, uno

duntaxat excepto P. Servilio, aut im- perium omnino abrogandum censue- rant, aut certe, detracta alterutra Gallia, minuendum. Cicero futuris consulibus eas decernit provincias, quibus Piso et Gabinius præerant: his esse revocandos; quod neque dignum laude quidquam gererent; et omnia avare, crudeliter, superbe ad- ministrarent: Cæsarem in provincia utriusque Galliæ relinquendum, ut fortissimas nationes illas domare per- gat, et bellum jam affectum, tandem conficiat. Status igitur hujus oratio- nis juridicalis est: quæritur enim, sitne utile reipublicæ, illos revocari e provinciis, hunc in provincia reti- neri. Genus causæ est deliberati- vum: nam et in curia sententia dici- tur, et ad communem utilitatem, tam- quam ad scopum, collimat orator. Ab utili itaque, et ab honesto sæpius argumentatur; sed ei adjunguntur multæ ex genere demonstrativo am- plificationes, dum aut Piso Gabinius- que vituperantur, aut Cæsar lauda- tur. Itum est in Ciceronis et P. Servili sententiam; revocati Piso et Gabinius rediere in urbem, ille anno 698. hic 699. *Fronto Duceus.*

CAP. I. § 1 *Si quis restrum]* Quo- niam probe noverant senatores om- nes, Pisonem et Gabiniū Ciceronis esse inimicos, facile poterant suspi- cari, eum odio impulsu potius, quam studio in rempublicam suo, sententiam esse dicturum; hanc sta- tim ex eorum animis evellere nititur opinionem. Atque hæc exordii est communis sententia, in quo etiam co- natur adducere in odium adversarios; eorumque nomen traducit apud se- natum, tamquam hominum de repub- lica male meritorum. Prudenter igi- tur amovet impedimenta omnia, quæ sibi officere poterant, ne sua senten-

tia comprobaretur. Nam si aliqua perturbatione commotus, videatur quis sententiam dicere, non tam reipublicæ commodo, quam libidini propriæ videbitur satisfacere velle. *Manut.*

*Quid mihi sentire necesse sit?*] Non quidem omnino necessarium erat, ut ita sentiret orator, revocandosque existimaret e provinciis duos illos consulares; sed ex hypothesi, ut ait, si nimis more suo vellet, id quod esset e republica suadere. Hoc enim innuit, ea conditione, iisque moribus esse homines illos, nt, velit, nolit, ita sentire cogatur, neque possit illos in provinciis relinquere, quin de republica male mereatur. *Idem.*

*Ac, si princeps?*] Si auctorem hujus sententiae haberem neminem, eamque princeps ac primus dicerem, laudareis profecto quod sententiam dixisset reipublicæ utilem. *Si solus* ita sentirem, ex ea ipsa solitudine videri quidem posset haec sententia minus reipublicæ utilis, quam nemo comprobasset: sed si minus laudareis sententiam, *ignosceretis certe, &c.* *Idem.*

**CAP. II. § 3 Quatuor sunt provinciæ**] Haec propositio est orationis, cui partitio ipsa conjuncta est. Neque enim narratione est opus in deliberationibus. Satis itaque oratori fuit, significare verbo, quasi ad transitionem, quis esset rei ac deliberationis status. *Manut.*

*Hunc ordinem condemnarint?*] Nam qui Ciceronem condemnarunt, qui nihil nisi auctore senatu gesserat, senatum ipsum condemnasse intelliguntur. *Hotom.*

*Fidem publicam?*] P. Manutius recte *fidem publicam* dixit esse fidem Ciceroni datam a senatu, cum ejus jussu in carcere necavit Catilinæ socios. *Græv.*

*Perpetuam populi Romani salutem?*] Huc facit quod scripsit Cicero de Leg. III. 12. ‘Ita se res habet, ut, si

senatus dominus sit publici concilii, quodque is creverit, defendant omnes, et, si ordines reliqui, principis ordinis consilio rem publicam gubernari velint, possit, ex temperatione juris, cum potestas in populo, auctoritas in senatu sit, teneri moderatus et concors civitatis status.’ Si juris illa temperatio concordem civitatis statum continet, in quo ejus est possita salus: hanc ergo vexavere improbi consules, qui senatus auctoritate exterminata, populo inconsultam potestatem dedere. *Ducæus.*

§ 4 *Via illa nostra ... militaris?*] De hac militari via per Macedonium usque ad Hellespontum, agit Nic. Bergerius, in *Militarium Viarum Historia*, III. 44. quo lectorem remittit.

§ 5 *Superbissimo delectu?*] Non qui ab homine superbo sit habitus, sed, ut admonet Manutius, eodem modo, quo ‘superbissimum iudicium aurum’ dixit, Orat. cap. 44. quod nimis nihil, nisi quod perfectum sit, admittit. *Ducæus.*

*Durissima conquisitione?*] Conquisiti diligentissime, et sacramento adacti, nulla cuiquam data missione. *Idem.*

**CAP. III. Vastitate**] Sterilitate et solitudine locorum, et inopia rerum omnium. *Græv.*

*Ut, quod est indignissimum, scelus imperatoris in pœnam exercitus expeditum esse videatur?*] In loco difficulti atque obscuro, alias aliorum conjecturas vide apud Grævium. Nunc, si jus est mihi dicendæ sententiæ, Ciceronem opinor scripsisse, ut, *quod est indignissimum, scelus id in pœnam exercitus expeditum esse videatur.* Cum enim in substantiis nominibus vis demonstrandi major sit, quam in adjetivis, *scelus* vocat ipsum, de quo agit, Pisone. Quærit Gulielmins, A quibus Piso expeditus imperator? Respondere sibi poterat ipse: Fuit expeditus a Clodio et Clodianis, a quibus provinciam et copias accepe-

rat. Eandem continet sententiam id quod edidit Lambinus, *ut, quod est indignissimum scelus, is imperator in paenam exercitus expeditus esse rideatur.* Nam *id scelus, est is imperator.* Sed in illo, *id scelus,* plus est caloris orationis. Quocirca Lambinianam lectionem opinor meram esse alterius explicacionem. Ait Gruterus hoc esse satis frigidum, si Piso dicatur *expeditus esse imperator in paenam exercitus.* Credo fore multos, qui aliter sentiant, et hic sensum videant apprime accommodatum ad id quod volebat Cicero. Volebat autem concitare odium in Pisonem, atque in ejus fautores. *Oliv.*

*Achaeos]* Achaia, proprie appellata, de qua Plinius, i. 5. et Siganus de Ant. Jure Prov. i. 9. uno imperio conjuncta fuit cum Macedonia; et continehat ipsa Græciam et Epirum. *Ducæus.*

*Portorium Dyrrhachinorum]* Vectigal, quod apud Dyrrhachium pendebat pro mercibus, quæ vel exportabantur ex ea regione, vel in eam importabantur. Plura Siganus, de Ant. Jure Civ. Rom. i. 16. *Idem.*

*§ 6 Jurisdictionem in libera civitate]* Insignis locus, unde intelligitur, ex civitatibus, quas populus Romanus insnam potestatem redegerat, alias fuisse in provinciæ formam redactas, in quibus magistratus populi Romani jurisdictionem exercebat; alias liberas, quæ suis legibus et magistratis utebantur. *Hotom.*

CAP. IV. § 7 Cæsonine Calventi] Vide Orat. in Pison. cap. 14.

*Generi]* J. Cæsaris.

*§ 8 Posterior]* Hoc est, improbior, nequior. Ut enim in censendis aestimandisque hominibus, ponuntur in prima classe boni ac probi, ita improbi et nequam in postrema. *Ducæus.*

*§ 9 Semiramis]* Gabinius: ob mores effeminatos, qui describuntur in Orat. pro Sextio, cap. 8. et quod Assyriæ regno potita sit ea mulier, de

qua Justin. i. 2. *Idem.*

CAP. V. § 10 *Custodias sustulit]* Publicani servos habebant in regionum finibus, ad portas urbium, ut nunc quoque fit, qui vel obambulantes, vel sedentes explorabant, quid importaretur, exportaretur. Hæ sunt ‘custodiæ,’ quas sustulit Gabinius. *Ducæus.*

*Publicani serum]* Servi publicanorum ii dicebantur, quorum opera utebantur publicani ad exigendas pecunias. Corrupta Latinitas eos appellavit ‘servientes’: quæ vox, ex trita littera r, et sequente mutata de vocali in consonantem, mansit in populari Gallorum sermone. *Idem.*

§ 12 *Lege censoria]* Qua publicanis, si quando accidat ut propter hostes minime possint vectigalia exigere, datur remissio. Æquum etiam videtur, ut eadem conditione sint publicani Syriæ, quandoquidem ab hoste Gabinio fuerunt prohibiti, ne vectigalibus fruerentur. *Idem.*

*Retinete]* Ironia. *Idem.*

*Auno superiore]* Senatus ut superoris anni vulneribus mederetur, primum omnium Ciceronem ab exilio revocavit, deinde deliberavit de universa republica. Censebant multi omnes leges Clodii per vim et contra auspicia latas esse abrogandas, atque inter cæteras eam, qua Pisoni Macedoniæ, Gabinio Syriam decreverat: sed cum inter eas una esset maxime popularis, qua remissis semissibus et trentibus frumentum de publico plebi dabatur, senatui liberum non fuit, quod cupiebat, decernere, cum praesertim eo tempore propter famem seditione timeretur, nec hujus legis abrogatione plebs exacerbanda videretur. *Afram.*

*Præmiis]* Provincias præmia vocat scelerum, quia Clodius eas decrevit eos. quod Ciceronem et patriam prodidissent. *Idem.*

CAP. VI. § 14 *Exostra . . . siparrium]* Voces theatricæ. *Exostra,* ma-

china spectatoribus res intus gestas patefaciens ; *siparium*, eas tegens. *Ducæus.*

**CAP. VII. § 15 *Mastrucatis]*** *Mastruca* vestis erat Sardorum e pelli-bus. *Turn.* quem vide *Advers.* xx. 9.

**Græcum hominem]** Non quod natus in Græcia esset Albucius, sed quoni-am ‘doctus Græcis litteris,’ vel potius ‘pene Græcus,’ ut ait Cicero, *Brut.* 35. Item de *Finib.* i. 3. *Du-cæus.*

• **§ 16 *Ejus exitum expectet]*** Rever-sus e Sardinia T. Albucius, de pecun-iis repetundis postulatus fuit; et Athenas exul abiit. *Idem.* Vide Com-men-tar. in *Brut.* 35.

**Ignominia senatus]** Id est, quam se-natus imposuit. Quemadmodum *Æ-neid.* ii. 436. ‘vulnus Ulyssis’ est, quod Ulysses inflixerat, ut Servius interpretatur. Videri potest Gellius ix. 12. *Idem.*

**§ 17 *Atqui duas Gallias qui decernit consulibus duobus, &c.]*** Transit ad al-teram confirmationis partem, quæ est de Cæsare in provincia retinendo, quæ duas Gallias, citeriorem et ul-te-riorem conjungebat. Sed antequam suam confirmet sententiam, alienas quasdam refellit ; eorum nimirum, qui snadebant, ut Cæsar potius revo-caretur, et dnæ Galliæ, diviso impe-rio, designandis consulibus decerne-rentur : vel, alterutra Gallia Cæsari adempta, alteruter, vel Piso, vel Gabinius revocaretur. Posteriorem hanc partem eo refellit, quod cum pares sint scelere, debet esse par utriusque conditio. *Idem.*

**Faciam, inquit, illas prætorias]** Ex-ponit, ac refellit alteram sententiam, quæ duas Gallias, Cæsari ademptas, duobus futuris consulibus decerne-bat. Per quamdam prosopopœiam, loquentem facit auctorem ejus sententiæ. Si revoco, inquit, Cæsarem, non idecirco Pisonem et Gabinius retineo in provinciis, quas obtinent. Immo vero id ago, ut illis succedatur

statim. Nam quas obtinent provin-cias, illas faciam prætorias, hoc est, ut diximus, dabo administrandas præ-toribus. *Idem.*

**Si hic sinat]** Responsio est Cice-ronis : Modo hic sinat. Cum dice-ret hic, gestu designabat tribunum. *Idem.*

**Decernam easdem prætorias]** Hoc dicit : Quia non potuerunt in suas provincias ire consules, nisi post an-num ; *decernam*, Syriam et Macedo-niam fore interim prætorias ; ut eas prætores annuas habeant, administrent-que per eum annum, quo anno ma-gistratum in urbe gerent consules, quibus fuerint decretæ. Revera facta est Macedonia prætoria in annum, et Q. Anchario data. *Idem.*

**CAP. VIII. § 18 *Familiarissimi]*** Quis hic fuerit interpellator, incer-tum est. *Idem.*

**Annon Tib. *Gracchus]*** Vide Gell. vii. 19. Gratularer amatoribus Cice-ronis, si omnes, quas attigit, historias indicare possem sic explicatas. *Oli-ret.*

**§ 19 *Provinciam extra ordinem de-cernebant]*** Cum tribus modis extraor-dinariam provinciam obtinere dicere-tur quispiam, 1. si privatus esset, 2. si prorogaretur illi imperium, 3. si magistratus ipse nominatim in pro-vinciam mitteretur, quæritur, quo-modio Marius extra ordinem gesserit bellum adversus Gallos. An quod erat privatus ? Nequaquam ; nam in singulos annos consul reficiebatur. An prorogato imperio seu per popu-lum, seu per senatum ? Multo mi-nus ; iis enim, qui jam magistratu abiissent, prorogabatur imperium : at Mario, jure consulatus, quotannis provincia debebatur. Quid igitur di-cendum est ? Decretum a senatu factum fuisse, idemque renovatum quo-tannis, ut Marius consul, sine sorte, et nominatim provinciam illam administret. Hi ergo senatores, qui Mario provinciam extra ordinem

decernebant, ita singulis annis decernebant, ut sublata provinciarum consularium sortitione, eam nominatim Marius haberet, in qua bellum cum Gallis gerebatur. *Ferrat.*

CAP. IX. § 20 *Lepidus*] Videatur A. Gell. xx. 8.

*Summi poëtæ*] Ennii.

§ 23 *Olim*] Tempore conjurationis Catilinariæ. *Duceus.*

*Rursum*] Tempus innuit, quo urbe pulsus est a Clodio. Nam, ut sæpe dicit, quærebat causam cædis Clodius, ut initium faceret ab ipso Cicero, si voluisset hic, ut multis millibus adolescentium stipatus erat, in urbe digladiari. Ita ut dicat Cicero, se iterum videri servasse cives suos, quod noluerit pati, ut pro se decertarent. *Idem.*

CAP. X. § 24 *Partim*] Hoc est, alii. Exempla collegit J. F. Gronovius, Observat. III. 2. Rationem explicavit G. J. Vossius de Construct. c. 64. Sensus ergo est: Cum alios illorum haberem familiares; alios in capitalibus causis defendissent. *Oliv.*

*Uno scelere*] Cum in templum Bonæ Deæ, muliebri vestitu libidinis causa penetravit. *Manut.*

CAP. XI. § 27 *In quo ego*] Locus hic omnino probat, usque ad Ciceronem consulem, dies non plures quinis fuisse tributos supplicationibus. Duplicavit numerum Cicero consul in gratiam Pompeii; triplicavit in gratiam Cæsaris; qui post paulo quadruplicatam dierum viginti supplicationem habuit, ut ipse narrat de Bell. Gall. lib. iv. *Duceus.*

*Supplicationem dierum duodecim*] Assentior iis, qui censem legendum *decem dierum*, quod ex præcedentibus verbis clare patet, *duplicata est supplicatio*. Græv. Ita olim Manutius, cui plane assentitur Fronto Duceens.

§ 28 *Relatum est . . . de stipendio*] Propterea quod cum auxisset suas legiones Cæsar, opus illis fuit novo

stipendio, quod a senatu petendum fuit. *Duceus.*

*Actum est de decem legatis*] Qui confecto tantum bello mittebantur ad res provinciæ componendas: hinc subjicit, ‘Alii exempla quærebant,’ nondum scilicet confecto in Gallia bello. *Ferrat.*

CAP. XII. § 29 *At ego idem nunc*] Cum ego illa, ad Cæsaris dignitatem magis, quam ad reipublicæ utilitatem facientia, supplicationem quindecim dierum, amplificationem stipendi, missionem decem legatorum decreverim interpellante nullo, quid est quod nunc interpellere, neqne permittar quæ sentio dicere, ubi id decerno, quod non ad Cæsaris aliquod, sed ad maximum reipublicæ commodum attinet? *Duceus.*

*Nam ipse Cæsar*] A Cæsaris ipsius persona, et ab adjunctis argumenta ducit, quibus probet, nihil esse cur ii, qui favent Cæsari, eum velint manere in Gallia; quoniam nihil sit, cur id velit ipse; et multa sint cur Romæ malit esse. Si ergo vult illic manere duntius, hoc vult idecirco, quoniam utile est reipublicæ: quæ una etiam ratio Ciceronem impellit, ut Cæsarem in provincia retinendum esse censeat. *Idem.*

*Quid porro tot victoriis*] Non est, inquit, quod dicatur velle Cæsarem manere in Gallia, ut clarioribus victoriis, et propagatis longius imperii finibus, suam ipse famam amplificet. Quid enim illustrius in re militari potest esse, quam illæ sunt victoriæ, quas hactenus retulit? Quid est ultra oceanum, qui orbem terrarum terminat, et quo imperium populi Romani Cæsar terminavit? *Idem.*

*An dies auget ejus desiderium*] Quasi dicat, inquit Manutius, Oblivione potius, quam desiderium tempus auget. Quem enim aliquamdiu non vident homines, assuescunt tandem non videre, non desiderant, penitus obliuiscuntur; atque ut longo temporis

intervallo viriditatem amittit laurea illa, quam accepit Cæsar, cum est ob victoriam ab exercitu salutatus imperator, ita ipsæ ejus victoriae gratiam perdunt, quam habebant in publicum, tunc cum essent recentes. Hanc orationem comparationem ingeniose contraxit in metaphoram. *Idem.*

§ 31 *Ut Asia, &c.]* Asiam hoc loco appellat eam Asiae Minoris partem, quæ fuit in ditione regum Pergamenorum, Eumenis, et Attali ejus, qui heredem populum Romanum testamento reliquit. Ea continet Ioniam, Cariam, et magnam partem Phocidis. Hanc antem Asiam tribus ait cingi provinciis, Ponto nimis, ubi regnavit Mithridates; Armenia, ubi Tigranes; et Syria, quam Iudeorum regibus, aliisque Pompeius eripuit. Refert Plinius H. N. viii. 26. dixisse Pompeium 'in concione, cum de rebus suis dissereret: Summa summarum in illa gloria fuit, Asiam ultimam provinciarum accepisse, eamdemque medium patriæ reddidisse.'

*Ducæus.*

CAP. XIII. § 32 *Bellum Gallicum]* Satis imperatoribus Romanis fuit, si Gallorum compescerent impetus: ceterum eos nunquam provocarunt; ne ipse quidem Marius, ad quem populis Romanus confugit, strage trinm exercituum, quos Ambrones Galli, cum Tigrinris conjuneti, deleverant, et horum in Italiam venientium metu consternatus. Ambronas quidem vicit Marius ad Aqnas Sextias, eamque gentem funditus abolevit; post etiam Cimbros ac Teutonas, qui cum Ambronibus conspiraverant, ingenti clade fudit; at in Galliam arma non intulit. *Idem.*

*Refutandas]* 'Refutare' nativa et propria significatione, quam ex Festi, et aliorum fragmentis expressit Jos. Scaliger, est ollam, cum fervens paulo plus exuberat, injecta aqua compensare. Hæc metaphora quam sit ad rem idonea, intelligit, qui non igno-

rat, quæ ingenia forent gentis Galliæ. An sint nunc eadem, nihil ad Tullium. *Idem.*

*Pontinius]* Vide Catil. iii. 2.

*Allobrogum]* Quidam recentiores geographi aiunt Allobrogum olim fuisse, quantumcumque terrarum diocesis Viennensi, Genevensi, Graianopolitana, ac Manriennensi continentur. Huic sententiæ facile accessim. *Hadr. Vales. Notit. Gall.*

§ 33 *Compulit]* Compellere, inquit Servius in Ecl. ii. 2. proprie est in unum locum diversa animalia cogere. Quæ metaphora apprime facit ad scopum oratoris. Significat enim id esse Gallis Cæsarem, quod est homo pecudibus, quas in unum vel gregem, vel armentum cogit. *Ducæus.*

*Semitam tantum Galliæ]* Galliam Narbonensem intelligit, quæ jam pridem Domitii Ænobarbi, Fabii Maximi Allobrogici, et aliorum armis in populi Romani ditionem concesserat. *Semitam Galliæ* vocat, quod ea provincia esset velut aditus quidam patefactus ad cæteras Galliæ regiones.

*Abram.*

*Restilimus semper lacesisti]* An ergo, quotiescumque decertarunt cum Gallis Romani, ab illis lacesisti, sic eorum exceperit impetum, ut nihil cladis acceperint? Atquisæpe a Gallis cæsi, fugati sunt; ut ab illis aliquando Galli. Hoc vult: Quoties cum illis dimicatum fuit, id fecimus provocati; defensores fuiimus semper, nunquam oppnugnatores. *Ducæus.*

CAP. XIV. § 34 *Quæ jam licet considerant]* Juverit eloquentiæ studiosos conferre quæ in eamdem sententiam habentur Orat. in Pison. cap. 33. *Idem.*

*Impolitæ vero res, et acerbæ, &c.]* Si prius devocetur e provincia Cæsar, quam opus absolverit, et Gallos jngō assuefecerit; si res, quas inchoavit, imperfectas relinquat; eveniet, ut Galli, quanvis nunc prostrati, post-hac resurgent, et resumptis viribus

atque animis, bellum instantrent. Gallicæ res dicuntur *impolitæ*, ut opera, quibus artifex supremam manum non addidit; *acerbæ*, ut fructus, ante matritatem lecti; *accisæ*, ut sanguini non stirpitus excisi, qui repulnunt. *Idem.*

**CAP. XV. § 35 Quare sit in ejus tutela]** Concludit, non esse devocandam e Gallia Cæsarem, etiam si velit; sed relinquentium ad tutelam ejus nondum confirmatae, et quasi adolescentis provinciae. *Idem.*

**CAP. XV. § 36 Sciscere legem]** Vatiniam, quam esse legem negabant, quippe latam contra ansicia. Eam autem servabat, qui ceterorem Galliam illa lege Cæsari datam adimere non audebat. *Ferrat.* Vide Indiculum Legum.

**Defensorem]** Nam populi donum tneri poterat tribunus pl. intercedendo, nisi elapsum foret quinquennium a lege præfinitum. *Ferrat.*

**§ 37 Boni senatoris]** Bellum enim Gallicum vult a Cæsare confici, cum ulteriore Galliam non adimat. *Idem.*

**Kal. Jan.]** Sensus est: Consul Kal. Jan. debet habere provinciam. At, qui sortietur Galliam ceterorem, in toto consulatu erit sine provincia. Quin etiam Jannario et Februario anni subsequentis non habebit provinciam, quæ illi Kal. Mart. repente nascetur, elapso quinquennio lege Vatinia præscripto. *Idem.*

**Paludatus]** Magistratus provinciales ab urbe proficisebantur paludati. *Idem.* Vide Fam. xv. 17.

**CAP. XVI. § 38 Gratiis]** Quid sit 'decernere alieni honores gratis, quod ita meritus est,' ego sane non intelligo. Qui sunt illi honores, qui gratis dantur? Num qui dantur iis, qui illos non sunt meriti? Nugæ. Legendum sine hæsitatione cum Grutero, grati. Si Cæsari tribunitis honores, quos meritus est bene gesta re-publica, grati estis erga illum, qui

ejus merita in rempublicam agnoscitis: sin etiam propter hanc causam ei honores eximios decrevistis, ut tantum virum adjungeretis ordini senatorio, a quo fuerat aversus, sapientes fuisse ac divini. Hoc est, nihil potuisse facere sapientius et divinius, quia hoc consilium maxime faciebat Ciceronis sententia ad stabiliendam et firmandam rempublicam contra machinationes improborum. *Grævius.* Optime: sed Gruternus tamen grati non admisit in contextum.

**Difisi]** Posse per senatum assequi, quæ suæ dignitati debita esse putaverint. *Ferrat.*

**§ 39 Perpetuoque]** Divinus hic fuit Marcellinus. Nam reipsa anno sequenti per alterum quinquennium a populo Galliam Cæsar obtinuit; post Cæsarem, nec multo post, M. Antonius; unde bellum civile. *Idem.*

**Tradat]** Innuit, neminem fore, qui Galliam a populo obtainere possit, in-vito Cæsare. *Idem.*

**CAP. XVII. § 41 Ut quinqueviratum]** Vide Fabricium, in Historia Cie. ad annnm 694.

**Me in tribus sibi conjunctissimis consularibus esse voluit]** Praeter Ciceronem, qui, sine controversia, tertius est, quinam duo reliqui? Pompeius gener, inquit Manutius, et Piso socius. Manutio assentitur Hotomannus, utrique Grævius. Siccine Piso consularis dicitur, qui tantum anno sequenti consul fuit? Vell. Patrc. II. 44. 'Cæsare igitur consule, inter eum, et Cn. Pompeium, et M. Crassum, inita potentiae societas.' En duo Cæsari conjunctissimi consulares, Pompeius et Crassus. Cum Ciceronem tertium esse cuperet, ut hic descisceret ab optimatibus, obtinere non potuit. *Ferrat.*

**Legationem]** Vide ad Attic. II. 19.

**§ 42 Traduxit ad plebem]** P. Clodius, qui, nisi plebeius e patricio factus fuisset, neque tribunus plebis esse potuisse, neque Ciceroni nocere. *Id.*

*Non quo alienum mea dignitate arbitrarer]* Notat hanc sententiam Hotomanus, ut illi alteri repugnaitem: ‘Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me, et convenire iis rebus, quas gesseram, non putabam.’ Hotomano responderet Cicero: *Nihil in iis pugnæ est.* Ego consularis poteram legatus esse Cæsaris, neque id alienum mea dignitate arbitrabar: sed neque illa legatio, neque ornamenti duo alia, quibus ornare me volebat, quinqueviratus, et consiliorum societas, me decebant, aut conveniebant iis rebus, quas gesseram. Me enim, qui semper in optimatum partibus fuisse, non decebat transire ad populares. *Olivet.*

CAP. XVIII. § 43 *Ecce illa tempora-* tas] Hac metaphorarum congerie notat annum, quem Gabinius et Piso consules, tribunus plebis P. Clodius, adeo turbulentum, et Ciceroni memorabilem reddiderant. *Ducæus.*

*De ejus actis]* Vide Orat. pro Sextio, cap. 7.

*Ultimi temporis]* Hoc loco ‘ultimum’ tempus, est primum; illud nimirum relegenti vestigia, et, ut ait Horat. Sat. I. 6. 94. ‘certis annis ævum remeare peractum’ satagenti, ultimum occurseret. Sic Virgil. Æn. VII. 49. ‘Tu sanguinis ultimus auctor,’ id est, primus, inquit Servius. Catullus, IV. 15. ‘ultima ex origine.’ Quod Virgilio est, ‘prima ab origine.’ Porro designat Cicero tempus adolescentiae, ‘familiaritatisque, et consuetudinis’ suæ cum Cæsare. *Ducæus.*

CAP. XIX. § 44 *Præsertim cum mihi iidem illi concesserint]* Id est, cum fecerint ipsi, ut jure meo possim nunc Cæsaris acta defendere. Cur enim, quod in Clodio facinnt, ego in Cæsare non faciam? Catonem hæc petunt. Is pro prætore missus in Cyprum fuerat ad res componendas: miserat populus, rogationem tulerat P. Clodius tribunus plebis. Reversus Cato cœpit Clodiani tribunatus

acta defendere, quæ Cicero contendebat esse rescindenda: non enim fieri id poterat, quod Cicero volebat, quin irrita fierent ea omnia, quæ in Cypro gesserat Cato. Nam si irrita erat lex, quæ Catoni dederat potestatem prætoriam, irrita erant quæcumque fecerat potestate præatoria, quam habebat nullam. De Catonis conjunctione cum Clodio, vide quid scripsit Tullius ad Lentulum, Fam. I. 7. et 9. *Idem.*

§ 45 *Funus justum et indictum]* Eadem est sententia in Orat. pro Domo, c. 16. Porro *funus indictum*, sive ‘*in-dictivum*,’ ut scribit Festus, erat id, ad quod per præconem populus evocabatur. Quis autem hic vir fuerit, auctoritate et eloquentia commendabilis, qui hanc protulit sententiam, querunt interpres; an Cato, Bibulus, Domitius, Marcellus? At quis hoc mortalium scire potest? Catonem excludunt, quoniam tum aberat, nondum e Cypro revectus, cum age-retur de reditu Ciceronis. Cur autem id Cato non dixerit in senatu, cum Cicerone altercans de tribunatu et actis Clodii? Certe quisquis hoc dixit, id, credo, voluit intelligi: Quemadmodum in funeribus justis et indictis servantur præscripti ritus, sic in ea rogatione nihil factum esse contra auspicia. *Idem.* Facit huc quoque quod observavit Henricus Norisius, Cenotaph. Pisan. Dissert. III. 1. in fnuere indicativo nullam fieri vestium publicam mutationem. Vetuerant autem consules in Ciceronis calamitate vestes mutari. Vide Orat. pro Sextio, cap. 14.

*Si illud jure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cælo servarat]* Locum hunc obscurat aliquantis per trajectio vocum, quæ sic ordinandæ sunt: *Si ausi sunt dicere, illud, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, jure rogatum esse, (cum rogaretur) nemo de cælo servarat.* Hoc dice-

bat Cato de rogatione Clodii adversus Ciceronem. *Duceus.*

*Oblitine erant]* Vide Orat. pro Dom. cap. 15. In his argumentatur Cicero ad hominem, ut aiunt, et ex concessis. *Idem.*

**EVENTUS:** Piso quidem et Gabinius revocati, retentus Cæsar in sua provincia. Submissus in locum Ga-

binii M. Crassus, qui proximis comitiis designatus est consul cum Cn. Pompeio: in locum Pisonis, Q. Ancharius. Et prætoria quidem Macedonia, Syria vero facta consularis. Atque ita Pisoni primo quoque tempore successum est, Gabinio non nisi post annum, id est, post Crassi et Pompeii consulatum. *Abram.*

## PRO L. CORNELIO BALBO.

**CAP. I.** § 2 *Nihil de memoria]* Id est, de antiquitate, rebusque propagatis ad memoriam posterorum. *Abram.*

*Qui omnes animo virtutes]* Paradoxum Stoicorum: Virtutes ita inter se esse connexas, ut altera non posset ab altera separari; ac proinde eum qui unam virtutem habeat, nihil vitii habere admixtum. *Idem.*

**CAP. II.** § 5 *Cæterum accusator facetur]* Pal. nonus cætera, nt et alias exemplar S. Victoris. *Grut.* In Erfurt. est quoque cætera. Cur id rejecerunt? *Grav.*

§ 6 *Non sunt in ejus facto]* Non sunt consideranda tanquam factum Balbi, sed tanquam Pompeii qui dedit. *Manut.*

**CAP. III.** *Causa]* Meritum. *Idem.*

*Pœna]* Ut ei civitas admatur. *Idem.*

*Causa laedatur]* Improbetur causa. Quasi enim facere non debnerit id quod fecit, ita factum illius damnatur; non ut in eum tamen pœna recidat, sed ut in Balbum. *Idem.*

**CAP. IV.** § 10 *Non postulanti: imperia vero etiam recusanti]* Ego sic, vel contra veteres omnes libros, sententiam secutus emendavi. Antea vero, non postulanti imperia, verum etiam re-

cusanti. De quo tamen liberum cuique judicium relinquo. *Muret.*

**CAP. V.** § 11 *Quin removeret oculos]* Scribit ad Attic. lib. 1. eandem rem his verbis: 'Tabulas Metelli Numidici, cum eæ, ut mos est, circumferrentur, nostri judices adspicere noluerunt.' Et Val. Max. 11. 10. *Idem.*

§ 12 *Cum quidam apud eos]* Quem hic non nominat, Xenocratem philosophum fuisse et ipse dicit ad Attic. lib. 1. et Val. Max. 11. 2. et Laërtius. *Idem.*

**CAP. VIII.** § 19 *Nisi is populus fundus factus esset]* Vide quid de hac locutione et re memoriae prodiderint viri doctissimi: Sigonins de Jure Italiæ 1. 4. et dissertationes de populis fundis Nicolai Rigaltii, Ismaelis Bullialdi, et Henrici Valesii, quæ sunt in nostro Antiquitatum Romanarum Thesauro, tom. II. Recte vero Valesius δ πάντα observavit, fundum, cum de populis dicatur, non significare statum quendam aut conditionem populorum, eo modo, quo, cum populus liber aut fœderatus, ac socius appellatur, status et conditio illius declarari solet. Fundum enim populum nihil aliud esse, quam auctorem, subscriptoremque. Itaque populum non dici

fundum esse, sed fundum fieri. Quæ sunt certissima et verissima. Nam ‘fundum alicui rei’ esse, nihil aliud est, quam auctorem alicui rei esse, rem aliquam approbare, et auctoritate sua efficere, ut illa res rata sit, ut patet ex Plauti, Festi, Gellii locis, quæ viri docti attulerunt, et magis patebit ex sequentibus, cum singula hujus orationis argumenta expendemus. **Græv.** Videantur ejusdem Henrici Valesii Postluma, edita Amstelædami, anno proxime elapo 1740. Scripsérat J. F. Gronovius luculentam diatribam, ex qua profecisse aiunt Grævinum. Tanto melior. Verum hæc ipse equidem, spatiis exclusus inquis, prætero, et jurisperitis commemoranda relinqno. **Olivet.**

§ 21 **Julia**] Hæc et ipsa pertinebat ad jus privatum populi Rom. ut Furia, et Voconia. Nam lex Julia erat de civitate (cum) sociis et Latinis communicanda. Civitas autem est juris privati, ut me monuit Caro-lus Annibal Fabrottus, doctissimus antecessor. **Vales.**

*In quo magna contentio Heraclien-sium et Neapolitanorum]* Cum lex Julia Romæ lata esset, qua civitas sociis in Italia et Latinis dabatur, Neapolitani et Heraclienses concessionem populi advocarunt, ut in commune consularent, quidnam facto opus esset: utrum beneficium sibi oblatum amplecterentur, an repudiarent. Multi in iis civitatibus reperti sunt, qui eum honorem civitatis Romanae adsparentur, malentque fœderati esse quam cives Romani. **Idem.**

*Fœderis sui libertatem*] Fœderati enim liberi erant, ut docet Proculus in leg. vii. ff. de capt. et postl. revers. Hæc autem libertas fœderis adimebatur civitate Romana; populi enim qui in civitatem Romanam transierat, fœderatus populi Romani amplius esse non poterat. Consensum autem ipsorum populorum intercedere oportebat, ut civitatem Ro-

manam adipiscerentur. Invito quippe beneficium non datur. Hinc est quod Livius dicit, Prænestinus ob virtutem civitate donatos non mutavisse: quod idem est ac si diceret, fundos factos non fuisse. **Idem.**

*Ut fundi populi beneficio nostro, non suo jure stant]* Non enim jus habent populi liberi ac fœderati adsciscendi leges populi Romani, easque sua sententia ac suffragio comprobandi, sed ut id faciant permittit populus Romanus: nec leve illud erat beneficium populi Romani, ut partem juris sui cum sociis et Latinis communicaret. **Vales.**

*Id si est ejusmodi*] Non igitur omnia jussa et scita populi Romani permittebantur adsciscere socii ac fœderati, ut ex hoc loco liquet manifestissime. Quænam autem essent illa, quæ non permittebantur fœderatis, docet mox Tallius, quæ scilicet ad rem. ad imperium, et ad statum rei Romanæ pertinebant. **Idem.**

§ 22 *Ut quibusdam populis, sive fœderatis, sive liberis, permittendum esse videatur]* Sic fœderatos et liberos jnngit Proculus in leg. vii. citata. Fœderati quidem populi sunt liberi, ut jam dixi, sed non omnes liberi populi sunt fœderati. ‘Liber populus,’ ait Proculus, ‘est is, qui nullius alterius populi potestati est subiectus; sive is fœderatus est,’ &c. Liber ergo generis vicem obtinet. Populi enim alii sunt liberi, alii stipendiarii; ex liberis alii fœderati, alii sine fœdere. Per liberos autem populos intelligere videtur Cicero, socios atque amicos populi Romani, quibuscum fœdus nullum scriptum intercedebat, ut patet ex illis, ‘Sed cum est illud imperitissime dictum de populis fundis,’ &c. **Idem.**

*Permittendum esse videatur]* Hæc permissio dupliciter intelligi potest, primo, ut Romani petentibus sociis ac fœderatis id permiserint, ut leges suas adsciscerent, quemadmodum

doctissimus Bullialdus censuit; secundo, ut id fieri passi fuerint Romani, et dissimulaverint, quæ tacita permisso dici potest. Certe Cicero id postulatum fuisse non dicit. *Idem.*

*Ut statuant ipsi non de nostris, sed de suis rebus]* Hoc est, quod Cicero paulo post dicit: ‘Videbat enim populos de suo jure, non de nostro fundos fieri solere.’ Ex quo patet, fundum fieri nihil aliud esse, quam statuere et velle, seu auctorem esse, et sententia atque auctoritate sua aliquid comprobare. Notandum porro; discrimen est inter hæc duo, ‘suo jure,’ et ‘de suo jure.’ Populi non siebant fundi suo jure, sed beneficio populi Romani; siebant autem fundi de suo jure, ut de suis rebus statuerent. *Idem.*

*De nostra vero republica, de nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt]* Id est, majores nostri noluerunt, ut populi liberi ac foederati de republica nostra, de bellis ac victoriis quidquam statuerent, nempe ut eas leges, quæ ad statum rei Romanæ pertinerent, sibi adsciscerent. Fere enim in eas leges, quæ de jure civili latæ essent, fundi populi siebant, non vero in eas leges, quæ ad ius publicum populi Romani spectabant. Hinc est, quod superius dixit Cicero: ‘Innumerabiles aliæ leges de jure civili latæ sunt,’ &c. Et longe post loquens de lege Gellia, qua sancitum erat, ut cives Romani essent ii, quos Pompeius ex consilio sententia, id est, causa cognita, civitate donasset, ‘Huic,’ inquit, ‘generi legum fundos populos fieri non solere.’ *Idem.* Vide Indicum Legum.

*Cap. ix. Atqui si imperatoribus nostris, &c.]* Ut hæc cum superioribus cohærent, sic interpretari oportet: Atqui si imperatoribus nostris, et senatui, et populo non licebit fortissi-

mum quemque ex foederatis et sociis civitate donare, nisi fundi, id est, auctores facti fuerint foederati, statuentur de nostro imperio, de nostra republica, de nostro jure, de nostris bellis ac victoriis, atque ita in eorum potestate situm erit, an fortissimos viros in nostram civitatem adsciscamus, privabuntque nos, si voluerint, opera atque auxilio fortissimorum virorum. *Vales.*

*Cap. xiv. § 32 Iapidum]* Iapidia incipiebat, ubi Carnorum desinebant una cum Ocre monte fines, id est, ad fontes Formionis fluvii. Inde a tergo Histriæ in sinum protendebatur Hadriaticum, ad Liburniam usque. *Clav. Ital. Antiq. t. 19.* Vide Plin. iii. 18.

*Exceptum est, inquit]* In foedere Gaditano: siquidem sacrosancta sunt foedera. Argumentum accusatoris. Quod sacrosanctum est, violari non licet. Foedera sacrosancta sunt: ergo nullam foederati populi partem, nisi populus ipse consentiat, licet attingere. Non consentit populus Gaditanus in Balbo: civitatem igitur Balbus mutare non potuit. Quanquam in ipso foedere disertis verbis non sit exceptum, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate. Argumentum Cicero refellit earum rerum definitione, quæ sacrosanctæ sunt. *Manut.* Vide Brisson. de Form. lib. 11. p. 153.

*Reliqueras]* Aliquo criminis. Nam in verbo *reliqueras* hoc tacite significatur. *Manut.*

*Judicio]* Quo damnatus es. Damnatio legum cognitione privat; quia damnati, præsertim judicio publico, non præficiuntur publicis munieribus. Ita leges inspicere et cognoscere non possunt. *Idem.*

*§ 33 Genere]* Verbis ipsis, quibus obtestatur lex, ne quis contra faciat. *Idem.*

*Aut oblatione et consecratione legis]* Perspicue madosus locus, quem

ex iis, quæ sequuntur, ita restituo : *ut obtestatione legis*; hæc enim interpretatio est ad illud, *genere ipso*. Quod vero delemus *et consecratione*, id ea ratione facimus, quia de consecratione subjungitur, *aut pœna*, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur; ut idem bis dici non oporteat. Duobus enim modis sanctiones sacrosanctæ sunt, aut obtestatione legis, aut pœna. Atque hæc distinctio perspicue cognoscitur infra, cum ait, ‘Utrum a capitinis consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum esse confirmias?’ Totum igitur locum, sublatis mendis sententiam obscurantibus, ita legendum existimo, *Sanctiones sacrosanctæ sunt aut genere ipso, ut obtestatione legis, aut pœna, cum caput ejus, qui contra facit, consecratur.* Manut. Alii interpres pau-  
lo aliter, sed eodem tamen sensu.

*Neque legem, neque pœnam]* Glos-  
sema hoc puto; nam, ut ostendatur,  
sacrosanctum fœdus esse non posse,  
satis est dicere, nihil de eo neque ad  
populum, neque ad plebem latum  
esse, quod referetur ad illud supra  
dictum : ‘Sacrosanctum esse nihil  
potest, nisi quod populus, plebsve  
sanxisset.’ Nam si populus, plebsve  
non sancit, lex non fertur. Et cum  
lex non feratur, quid sacrosanctum  
esse potest? Absunt enim et consecra-  
tio capitinis, et obtestatio legis.  
Manut.

CAP. xv. § 34 *Auctoritatem sena-  
tus]* Superiora, ‘contra opinionem  
vetustatis,’ referuntur ad fœdus L.  
Marcii; hæc ad Catuli, qui ex S. C.  
fœdus illud fecerat. Ferrat.

*Primipili]* Liv. lib. vii. ‘Alter-  
nis prope annis et tribunus militum,  
et primus centurio erat, quem nunc  
primipilum appellant.’ Idem.

CAP. xvi. § 36 *Qui erranti]* Ver-  
sus Ennii. Vide de Offic. 1. 16.

CAP. xx. § 45 *Aqua nostra Tus-  
culana]* Vide Agrar. III. 2.

§ 47 *Iguvinatum]* In Umbria. Vide

Cluver. Ital. Antiq. II. 7.

CAP. xxi. § 48 *Spoletinus dixit*] Examinata sententia mendum ostendit. Nam pro *Spoletinus*, omnino, quæ neget, vox aliqua requiritur. Non, inquit, hoc dixit Antistius contra Matrinium, quod tu dicis in causa Balbi, fundum populum, Spoletinum non esse factum. *Manut.* Legendum censeo ex emendatione Pantagathi, Quem cum disertus homo *L. Antistius accusaret*, istud ei non dixit fundum *Spoletinum populum non esse factum*. Vel, cum . . . *L. Antistius accusaret item Spoletinus, non dixit fundum, &c.* Abram.

CAP. xxii. § 51 *Mamertinos ob-  
rios]* Vox *obrios* hic procul dubio lo-  
cum non habet. Buchananus emen-  
dat *Orios*. Oviorum enim familia in-  
primis clara erat apud Campanos,  
ut ex T. Livii lib. ix. et ex historia  
belli Punici secundi facile intelligi  
potest. Lamb.

*Carthaginiensis]* Vide Commenta-  
rium in lib. i. de Invent. cap. 12.

*Cujatis]* Pro cujas, ut primatis, op-  
timatis, Arpinatis. Priscian. lib. iv.  
Manut.

*Etsi]* Manut. et Lamb. *siet.* Deinde, pro hoc habent omnes. Itaque sic legunt, *Cujatis siet, id habent omnes leve.* Commodus hinc sensus erui-  
tur: omnes leve esse putant, ex ignobili loco ortum duxisse, modo sit virtus in eo qui ex ignobili loco or-  
tum duxit. Sed in lectione, quam ex Victorio arripuerunt Gruterus et Grævius, quamque imprudentes su-  
mus amplexi, nihil sani est. Retineas tamen, si velis, *etsi*; sed hoc pro omnes in erratorum numero col-  
locabimus. Olivet.

CAP. xxiii. § 54 *De nobis]* De  
senatoribus Romanis. Si quempiam  
eorum Latinus homo condemnasset,  
civitatem assequebatur lege Servilia.  
Ferrat.

CAP. xxiv. § 55 *Sacra Cereris]* Festus Pompeius: ‘Græca sacra,

festa Cereris, ex Græcia translata, quæ ob inventionem Proserpinæ matronæ colebant.' De Legibus: 'Neve quem initianto, nisi, ut assolet, Cereri Græco sacro.' Horum sacerorum originem ad Evarnum refert Halicarnassenus lib. 1. 'Constituerunt et Cereris templum, et sacrificia ipsi more Græco jejuniaque celebrarunt, in quibus nihil præsens tempus mutavit.' His festis duo videntur fuisse celebrata, Orci nuptiæ, et inventio Proserpinæ. In Orci nuptiis vino abstinebant, in sacrificio Cere-  
ris ob inventionem Proserpinæ favos laete et vino diluebant, ut notat Servius ad Georg. 1. 343. *Abram.*

CAP. XXV. § 56 *Non tenebat*] Dicit quidem fuisse illam villam Crassi et Metelli principum virorum; non autem meminit, possessam illam fuisse ante Crassum a libertino homine, &c. *Ferrat.*

§ 57 *Crustumina*] Aliæ tribus aliis honoratores fuerunt, et ex una in aliam honoris et præmii, aut etiam pœnæ dedecorisque causa transibant. *Abram.*

*Prætoriam sententiam*] Ut prætorio loco sententiam diceret in senatu, si prætorium senatorem, accusatum et damnatum, eo loco dejecisset. *Man.*

*Prætextam togam*] Magistratum eum, quem suffragiis populi adeptus esset is, qui postea damnatus esset. *Idem.*

*Adoptio Theophanis agitata est*] Ut ex opibus invidia concitaretur. Hic Theophanes Mytilenæus fuit libertus Pompeii Magni, apud quem gratia plurimum valuit. Adoptavit Bal-

bum, heredemque fecit. Ideo Cornelius Balbus Thienphanes appellatus est, auctore Capitolino in Balbino. *Idem.* Vide de hoc pro Archia cap. 10. Tacit. Annal. vi. 18. et ipsum Ciceronem, qui scribit, Balbum Gaditanum a Theophane Mitylenæo fuisse adoptatum primo Julii Cæsaris consulatu, Epist. ad Att. vii. 6. *Abram.*

*Propinquorum suorum*] Subobsenra sententia; sed hoc dici puto, Balbum, quæ ex ea adoptione ad eum pervenerant, ea, cum ipse non egeret, propinquis suis distribuisse, ut non suam, sed propinquorum suorum hereditates assecutus esse videretur. *Manut.*

CAP. XXVI. § 58 *Hominis potentissimi*] C. Cæsar. *Idem.*

CAP. XXVII. § 61 *Voluimus quædam*] Tacite significat optimatum, et popularium civium dissensionem. Popularium autem principem Cæsarem designat. *Manut.*

*Nos*] Ego, qui ex illa dissensione solus exilii calamitatem pertuli. *Idem.*

CAP. XXVIII. § 63 *Adolescens*] Cæsar. *Idem.*

*Placuit*] Balbus. *Idem.*

*Præfectum fabrum detulit*] Malim omnino *præfecturam fabrum*, etsi scio deferri solitos in beneficiis ad ærarium eos, qui bene de rep. in provincia meriti essent, ut *præfectos*, tribunos militum, et contuberniales, ut in Epist. ad Fam. v. 20. *Idem.* 'Deferri ad ærarinm,' quid beneficii sit, quæ commendatio, vide pro Archia, cap. 5. et Gronov. Sestert. III. 17.

## IN L. CALPURNIUM PISONEM.

Argumentum hujus Orationis breve admodum est. Nam cum revocati essent ex provinciis Piso et Gabinius sententia Ciceronis, quam dixerat de Provinciis Consularibus, Lentulo et Philippo coss. reversus in civitatem Piso de insectatione Ciceronis in senatu conquestus est, et in eum invectus, fiducia maxime Cæsaris generi, qui tum Gallias obtinebat. Pisoni Cicero respondit hac oratione. Hæc oratio dicta est Cn. Pompeio Magno II. M. Crasso II. coss. ante paucos dies quam Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum a se factum dedicavit. Hoc intelligi ex ipsius Ciceronis verbis potest, quæ in hac oratione posuit. Dixit enim sic: ‘instant post hominam memoriam apparatus magnificenter ludi.’ Fenestella quidem posuit haec inter eas orationes, quas dixit Cicero L. Domitio, Appio Claudio coss. ultimam. Sed ut ego ab eo dissentiam, facit primum, quod Piso reversus est ex provincia Pompeio et Crasso coss. Gabinius Domitio et Appio; hanc autem orationem dictam ante Gabinius redditum, ex ipsa manifestum est; deinde, quod magis naturale est, ut in ipso recenti redditu invectus sit in Cicerone, responderitque insectationi ejus, qua revocatus erat ex provincia, prius quam post anni intervallum. Apparet autem Ciceronem respondisse Pisoni in senatu. Cum dicat in ipsa oratione Cicero, instare magnificentissimos apparatis simusque ludi, nou video quo modo hoc magis Domitio et Appio coss. dictum sit, quibus consulibus nulli notabiliores ludi fuerunt, quam Pompeio et Crasso; quo anno Pompeius exquisitissimis magnificentissimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit. *Ascon.*

Tametsi hæc oratio sic inscribitur, ‘In L. Pisonem,’ tamen non puto vos ignorare, hunc Pisonem ex ea familia esse, quæ Frugi appellata sit; et ideo dicit aspernari eum moribus nomen. *Idem.*

CAP. I. § 1 *Syrum*] Hoc est, servum. Eodem sensu dixit in Orat. post Reditum in Senatu: ‘Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceseris.’

*Novitiorum*] Novitius venalitius dicitur, qui recens alicunde advenerit. Qualis a Juvenal. Sat. I. 96. describitur: ‘Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.’ *Abram.*

*Funosarum imaginum*] Ob antiquitatem generis. *Manut.*

CAP. II. § 4 *Melioribus auctoribus*] Quam quos Rullus, trib. plebis, lege sua decemviros crebat. Utitur autem hac distinctione, ‘si dividi non oportet,’ ‘si oportet,’ ne Cæsarem offendat, qui consul partem agri Campani sua lege divisorat. *Idem.*

Ego in C. Rabirio perduellionis reo XL annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam, atque defendi] Possit aliquis credere, lapsum memoria Ciceronem, qui dicat, XL annis ante se consulem factum esse S.C. adversus L. Apuleium Saturninum tribunum plebis; cum 36. anni a C. Mario et L. Valerio Flacco consulibus numerentur. Sed hic non subtilis computatio auctorum facta est, verum summatim tempus comprehensum est: et perinde accipiendum, ac si dixerit, prope XL annis. Hæc enim consuetudo est ipsius Ciceronis: itaque idem in ea quoque, quam habuit in Catilinam in senatu, cum octavus decimus dies esset, posteaquam factum S.C. ut viderent consules ne quid respublica detrimenti caperet,

dixit: 'Vigesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim S. C. veruntamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum.' Ascon.

*Adolescentes bonos]* Significat proscriptorum liberos. L. Sylla eos legata petendorum honorum potestate privarat. Cum nihilominus petere vellent, Cicero contra eos orationem babuit, cuius extat fragmentum. *Hotom.* Vide Fragm. Orat. de Proscriptorum Liberis.

§ 5 *Ego provinciam Galliam]* Consules solebant provincias sortiri, vel inter se comparare, id est, extra sortem convenire inter se, quam quisque provinciam in annum sequentem obtineret. Cicero cum Antonium Macedoniæ cupidum videret, eam ultra ipsi sine sorte concessit, ut collegam hoc obsequio mitigatum ad reipublicæ partes adduceret. Ac ne Galliam quidem, quam in illa provinciarum comparatione obtinnerat, retinuit, sed eam deinde in concione depositit, quod id putaret reipublicæ rationibus expedire. Abram.

CAP. III. § 6 *Ego, cum in concione abiens magistratu a tribuno pl. dicere prohiberer ea, quæ constitueram, cum is mihi tantummodo jurare permetteret, sive ulla dubitatione juravi, rempublicam atque hanc urbem mea unius opera esse salvam]* Diximus jam antea, a Q. Metello Nepote tribuno pl. Ciceronem consulatu abeuntem prohibitum esse concessionari de rebus, quas in eo magistratu gesit. Ascon.

*Ut jurarem ]* Plutarchus in Vita Ciceronis innuens iusjurandum, ab iis qui magistratum deponerent, conceptum fuisse more majorum: 'Cæsarem prætorem, Metellum, et Bestiam tribunos, qui magistratum ineunte panceis diebus ante quam Cicero abiret consulatu, non permiserint ei habere concessionem, sed in rostris tribunalia ponentes non sinebant lo-

qui, sed tantummodo jubebant ut de magistratu juraret, et mox descendere, et ille his conditionibus, tanquam juratrus ascendit, factaque silentio juravit, non patrium, sed proprium quoddam et novum ius-jurandum, sua opera patriam et imperium esse servatum, quod jurejrande exceptit populus universns.' Quæ ideo placuit verbatim exscribere, quod viderentur quasdam cirennstantias ad cognitionem historiæ necessarias continere. Vide Epist. ad Fam. v. 2. Abram.

CAP. IV. § 8 *Cujus fuit initium ludi Compitalitii]* Dicit de Indis Compitalitiis, quos Q. Metellus fieri vetuit. Ascon.

Quos Q. Metellus (*facio injuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius paucos pares haec civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam*) sed ille designatus consul, cum quidam tribunus pl. suo auxilio magnos ludos contra S. C. facere jussisset, privatus fieri vetuit: atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. Tu, cum Kalendis Jan. Compitalitorum dies incidisset, Sex. Clodium, qui nunquam antea prætextatus fuisset, ludos facere, et prætextatum collare passus es] L. Cæcilio, Q. Marcio coss. quos et ipse Cicero supra memoravit, S. C. collegia sublata sunt, quæ adversus rempubl. videbantur esse. Solebant autem magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant Compitalios prætextati, qui ludi sublatis collegiis discessi sunt. Post novem deinde annos, quam sublata erant, P. Clodius tribunus pl. lege lata restituit collegia. Invidiam ergo et crimem restitutorum confert in Pisonem, quod, cum consul esset, passus sit antequam lex ferretur, facere prætextatum ludos Sex. Clodium. Is fuit familiarissimus Clodii, et operarum Clodianarum dux: quo auctore postea illato ab iis corpore Clodii, curia cum eo incensa est. Qnos lu-

dos tunc quoque fieri prohibere tentavit L. Mummius trib. pl. Ante biennium autem, quam restituerentur collegia, Q. Metellus Celer consul designatus magistros ludorum ludos Compitalios facere prohibuerat, ut Cicero tradit, quamvis auctore tribuno pl. fierent, cujus tribuni nomen adhuc non inveni. *Idem.*

§ 9 *Ergo his fundamentis positis consulatus tui, triduo post, inspectante et tacente, a P. Clodio fatali portento prodigioque reip. lex Ælia et Fusia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii: collegia, non ea solum quæ senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quædam ex omni fæce urbis ac servitorum constituta. Ab eodem homine in stupris inauditis nefariisque versato, retus illa magistra pudoris et modestiae censoria severitas sublata est]* Diximus, L. Pisone, et A. Gabinio coss. P. Clodiun tribunum pl. quatuor leges perniciose tulisse. Annoriam, de qua Cicero hoc loco mentionem non facit, (fuit enim summe popularis) aut frumentum populo quod antea semis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis datur. Alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo servaret; propter quam rogationem ait legem Fusiam et Æliam, propugnacula et muros tranquillitatis atque otii, eversam esse: obnnciatione enim, qua perniciiosis legibus resistebatur, quam Ælia lex confirmaverat, erat sublata. Tertiam de collegiis restituendis, novisque instituendis, quæ ait ex servitorum fæce constituta. Quartam, ne quem censores in senatu legendo præterirent, neve quæ ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, et utrinque censoris sententia damnatus esset. Hac ergo ejus lege censuram, quæ magistra pudoris et modestiæ est, sublatam ait. *Ascon.*

CAP. v. § 11 *Persequere connexos his funeribus dies. Pro Aurelio tribu-*

*nali, ne connivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente, delectus servorum habebatur ab eo, qui nihil sibi unquam nec facere, nec pati turpe duxit] Profecto intelligitur, P. Clodium significari. *Idem.**

*Primam] Ut ego primus comitiis tuis consularibns in prima centuria primæ classis suffragium ferrem. In quo multum benevolentiae erga te meæ, multum fidei tribnere visus es. Manut.*

*Rogabas] Consul. *Idem.**

*Nunquam adspirasti] Nunquam accedere conatus, ut amico iniquissime vexato opem ferres. *Idem.**

CAP. vi. § 14 *Cui sic æquatum præbebas consulatum tuum] Utrum æquatum dixit, quod consilare imperium tribuniciae potestati æquaret, id est, majus et gravius esse non sinebat, qua in re imminuti magistratus tenebatur; an potius quod suum magistratum ei tanquam viam planam et æquatam ad omnia sua consilia perficienda præbeat? Quod magis puto. Hotom. Hic ego possum multa suspicari: quid probem tamen, plane nihil habeo. *Manut.**

*Cæsoninus] Nisi me fallunt Asconii verba, Calventins patris Pisonis sacer fuit, id est, L. Pisonis, contra quem hæc oratio est, maternus avus. Cæsoninus autem cognomen est patris Pisonis, quod testimonio quoque lapidum Capitolinorum, qui anno U. C. 605. Calpurniæ genti cognomen hoc addunt, intelligitur. *Idem.**

*Semipluentinus] Propter maternum avum, qui trans Alpes in Italiam profectus, Placentiae consedit. Calpurnius autem paterni generis est, Calventius materni. *Idem.**

*Crudelitatem tibi non placere] Crude litatis notam inurebat Ciceroni: cuius consulis jussu, auctore tamen senatu, quinque cives Romani, con junctionis priocipes, in carcere es sent interfici. *Idem.**

CAP. VII. § 15 *Interire patriam*] Legendum putant quidam *interimere patrium*. Quibus propemodum assentior. *Lamb.*

CAP. VIII. § 18 *Cum illa saltatrice*] Cum Gabinio collega, qui et saltandi artem præ se fert, et post meum discessum domo et cantu et cymbalis personante nudus in convivio saltavit. Saltatricem vocat genere fœminino, ut ejus effeminatoris mores et impudicitiam carpat, quemadmodum in Orat. de Prov. Cons. eum Semiramidem nominavit. Sic Torquatus Hortensium ignominiae causa gesticulariam nominavit. Vid. Gell. 1. 5. Macrob. Saturn. III. 14. *Abram.*

*Tonsa*] Quia breviore coma, quam cæteri, uteretur, lasciviae causa. *Idem.*

CAP. IX. *Advocato*] Neque orando tueri aliquem Piso potest, neque juvare præsentia, aut testimonio suo, in judicio. *Ferrat.*

§ 19 *Consularis, et senatoria*] Mihi enim criminis dabatur, quod consul feceram, ex auctoritate senatus. *Idem.*

*Quorum alterum*] Consulatum vestrum in perniciem meam convertitis; senatus auctoritatem, ne mihi auxilio esset, sustulisti. *Idem.*

*Bustuario gladiatore*] P. Clodio. ‘Bustum’ locus dicebatur, ubi mortuorum corpora comburerentur. Hinc ‘bustarius gladiator,’ qui solitus eset homines interimere; quasi per quem multi cremarentur. *Manut.*

*Barbaro Epicureo*] Ita Faërnus. Ego Epicuro malo, præsertim cum ita habeant Memm. codices, et ratione quoque hæc lectio confirmetur. Nam barbarum Epicurum dixit, propter Epicurum Athenensem, Gargettum. *Barbarum* autem, id est, Romanum, sen Latinum. Sic enim saepe Plantus. Vel dic *barbarum*, id est, *Semiplacentinum*, et *braceatae cognitionis*. Postremo infra eodem no-

mine appellat, ibi, ‘confer nunc, Epicure noster.’ Appellat scilicet Epicurum Pisonem, tanquam voluptatis laudatorem; barbarum, ut pote *Semiplacentinum*, ut distinguat ab illo Gargettio, et Attico Epicuro. *Lamb.* Alii *barbato* legunt, et sic interpretatur Ferratius: Quamvis Epicuream vitam duceret, barbam tamen alebat, ut populum deciperet simulatione gravitatis.

*Catilinæ laternario*] Gabinio, comite nocturno Catilinæ ad stupra eunti. *Hotom.* Sic etiam Lambinus.

*Cymbala, ac crotala*] Quorum ad concentum saltarent. Cymbala vulgo nota: de crotalis, obscenæ carminis poëta, ‘Crispum sub crotalo docta movere latus.’ *Manut.* Vide Scaliger. ad *Copam.*

§ 21 *Eodem in templo*] Ubi Clodius de me rogationem ferebat. *Manut.*

*Arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti*] Præmia mei funeris, provinciam scilicet Macedoniam; quam, prodiit Cicerone, accepit, legge Clodia, tanquam præmium. *Idem.*

CAP. X. § 22 *Cum illum suum saltatorum versaret orbem, &c.*] Choroem Homer. Iliad. Σ. 599. cum rota comparat, quam experitur signus, ansit bene ad motum expedita. Id facit autem versando nunc dextrorum, nunc sinistrorum. Ita qui choreis indulgent, ‘simul implicitis manus,’ in orbem compositi, ‘alios, aliosque reflexus inter se repetunt,’ ut describit Actius Sannazar. Eclog. vi. 60. Illam saltantium coronam vocat ‘saltatorium orbem’ Cicero. Ut enim pugna gladiatoria ea est, quam gladiatores committunt; sic ‘orbis saltatorius,’ quem consciunt saltatores. Versabat orbem saltatorium Gabinius; quoniam ducebat choroem; uti princeps et choragus. Jam rota, globus, sphæra, saxum rotundum, pila, ejus generis alia, Fortunæ simulacra adjuncta, illius de-

signant instabilitatem. At hanc non melius adumbrat curulis rota, quam singularis. Si rotæ curuli Fortuna insidet, per vices assurgit, et deprimitur; si singulari, nunc vultum obvertit, nunc tergum. Satis hæc esse arbitror explicandæ hujus loci sententiæ. Velim tam facile mihi sit, frigidum, quem continet, jocum excusare. Vide Dialogum de Oratoribus, sive de Causis Corruptæ Eloquentiæ, cap. 18. et 23. *Olivet.*

*Lapitharum, aut Centaurorum]* Quod cum cæde, et contentione factum, fabulæ narrant. *Manut.*

§ 23 *In Sex. Clodio]* Cum eum magistrum ludorum Compitalibus esse voluisti. *Idem.* Vide supra, cap. 4.

*Sine eo consilio]* Sine senatu: quod summum consilium vocabatur. *Idem.*

*Id autem templum, sublato aditu, re-vulsis gradibus, a conjurorum reliquias, atque a Catilinæ prævaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur]* Dicit de Castoris templo. Catilinam lege repetundarni absolutum esse accusante P. Clodio, jam dictum est. *Ascon.*

*Cum equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur]* L. Lamiam a Gabinio consule edicto relegatum esse, jam diximus. *Idem.*

CAP. XI. § 24 *Seplasia, mehercule, ut dici audiebam, te ut primum aspexit, Campanum consulem repudiavit]* Dicitum est in dissuasione legis agrariæ ad populum, plateam esse Capuæ, quæ Seplasia appellatur, in qua unguentari negotiari sint soliti. Ergo eos quoque, qui in ea platea negotiarentur, dicit invitatos Pisonem vidisse, cum Capuam consul venit, quod eos, a quibus ille expulsus erat, adjuvisset. *Ascon.*

*Decios, &c.]* De Decio Jubellio mentio sit in Epitome Liv. lib. XII. De Magio Livius lib. XXII. et Cic. Agr. II. 34. De Taurea Jubellio Liv. lib. XXIII. et XXXVI. *Manut.*

§ 25 *Principe Cn. Pompeio refe-*

*rente]* Vide post Redit. in Sen. cap. 11.

§ 26 *Eçquod in hac urbe majus unquam incendium fuit, cui non consul subvenierit? At tu illo ipso tempore apud socrum tuam prope a meis ædibus, cuius domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas]* Post profectiōnem ex urbe Ciceronis, bona ejus P. Clodius publicavit. Postea direpta sunt omnia, quæ aut in domo, aut in villis fuerunt, et ex eis ad ipsos consules lata complura. Domus direpta primum, deinde inflammata, ac diruta est. Socrus Pisonis quæ fuerit inventire non potui, videlicet quod antores rerum non perinde in dominis ac familiis foeminarum, nisi illustrum, ac virorum nomina tradiderunt. *Ascon.*

CAP. XIII. § 27 *At ne tum quidem emeristi, lutulente Cæsonine, e miseris naturæ tuae sordibus, cum experrecta tandem virtus celeriter et verum amicum, et optime meritum civem, et suum pristinum morem requisivit]* Profecto Cn. Pompeium significari intellegitur. *Idem.*

§ 28 *Sororius adulter]* Clodius, qui cum sororibus rem habuisse dicebatur. *Manut.*

*In illo tumultu]* In pugna quam cum Gabinio Clodiani commiserant: ictus est enim ipse consul, fractique ejus fasces. *Ferrat.*

*Deprehensus]* Clodii libertus Damio. Asconius pro Milone. *Manut.*

CAP. XIII. § 29 *Et quis audiebat non modo actionem aliquam, aut relationem?* Ecquis vidit te resistentem non dicam potestate consulari, sed vel privato consilio? Actio enim et relatio videtur esse consularis, vox et querela privati officii, ut relatio sit consultatio senatus, actio ipsius senatus consulti conclusio. *Abram.*

*Senatus auctoritatem servarat]* Hoc ad Ciceronem pertinet; cætera, ad Pompeium. Puto non mihi uno versu intercidisse. *Holom.*

*Idemque in Italia]* Locus sine dubio corruptus est, quamvis omnia penae exemplaria consentiant. Lambinus legendum putat *itemque in Italia*. Magis placet Manutii correctio, *is neque in Italia*, ut sensus sit, *Cujus Pisonis in imperio, sive consulatu, qui rempublicam senatus auctoritate servarat*, (ipse Cicero, qui ex senatusconsulto Cethego, Lentulo, et aliis conjuratis in carcere jugulatis, rempublicam ab interitu vindicarat) *is neque in Italia*, (idem ipse Cicero ne in Italia quidem statuit tuto se posse consistere, ideoque putavit exeundum esse et cedendum furoribus Clodianis.) *Qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis devinxerat*. Et Pompeius Magnus, qui Domitio in Africa, Sertorio in Europa, Mithridate in Asia superatis, de tribus terrarum partibus triumpharat, easque sub unam populi Romani redactas ditionem inter se devinxerat et colligarat, *is se in publico statuit esse non posse*. Idem ipse Pompeius metu Clodii, qui ipsius vitae insidiabatur, caruit publico, nec prodivit in forum; privatis se parietibus defendens. Legit Janus Gulielmus, adstipulante Grutero, *Qui remp. senatus auctoritate servarat, fidemque in Italia*: *qui omnes, &c. quasi publicam mensariorum fidem in Italia Cicero servarit oppressa conjuratione; quæ fides labefactabatur a conjuratis, qui spe novarum tabularum patriæ bellum inferebant*. Abram.

*Fædere obstricti]* Fœderis quod meo sanguine in pactione provinciarum iceratis, religione devincti. *Idem*.

CAP. XV. § 35 *De me, cum omnes magistratus promulgassent, præter unum prætorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, præterque duos de lapide emptos tribunos pl. legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus cos.]* P. Clodii App. Claudius, sicut iam saepe significavimus, fuit frater. Duos tribunos, de quibus ipsis saepe jam

diximus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebant, Sex. Attilium Serranum, et Q. Numerium significat. Ascon.

*De lapide emptos]* Pecunia corruptos a Clodio. Morem notavit emendi servos de lapide. *Manut.* Vide Turneb. *Advers. x. 3.*

CAP. XVI. § 38 *Statim . . . Non dum]* Orationem abrumpit sensu nondum absoluto. Elegans plane figura, qua fit, ut ex tempore effusa, non domo allata fuisse videatur oratio. Abram. Plura Grævius collegit exempla. Vide in Verrem III. 26. Agrar. I. 4. Pro Murena, 14. Vult autem Hieronymus Lagomarsinus hic lacunam esse, ac prope mathematica ratione demonstrare aggreditur. Vide illius ad Jacobum Facciolatum Epistolam, qua quid in M. T. Ciceronis contra L. Pisonem oratione interciderit, demonstratur. Prodiit Venetiis, anno 1734. *Olivet.*

*Incolmis]* Qui rem prospere gesserit, inquit Manutius. Non arridet. Hæc enim dicit, ut Macedoniam segtem esse triumphorum ostendat, adeo ut qui eam administrarit provinciam, ei sit aut triumphandum, aut judicium subeundum, ut his verbis C. Antonium excipere videatur, qui non triumphavit ille quidem, sed judicium sententia damnatus est. *Incolmis* igitur idem est atque indemnatus. Abram. Incolmis nihil aliud hic est, quam dignitate illæsa imperator. Omnes, inquit, proconsules qui ex Macedonia salva et integra existimatione redierunt, triumpharunt. Pro Plancio:

‘Qui ne equestrem quidem splendorem incolumen a calamitate judicij retinere potuit.’ Si quis non incolmis rediret, poterat quidem accusari, et damnari, sed non poterat dici indemnatus. Græv.

*Si Diis placet]* His verbis antiqui, rei de qua loquebantur, indignitatem exprimebant. Livius lib. XXXVIII. in

oratione Manlii: 'Ex decem legatis, si Diis placet, quod concilium dispensandæ, cohonestandæque victoriæ, imperatoribus majores dederunt nostri, adversarios habeo.' Lib. iv. in oratione Canuleii: 'Quin etiam, si Diis placet, nefas esse aiunt consulē plebeium fieri. Lucius Furius, L. Æmilius currum triumphalem me condescendere prohibent, coronam insignem capiti detrahunt.' Florus lib. iv. 'Post Macedonas, si Diis placet, Thraces rebellabant, ipsi quandam tributarii Macedonum.' *Abram.*

*Appellatus est hic vulturius illius prævinciæ, si Diis placet, imperator. Netur quidem, Paule noster, tabellas cum laurea Roman mittere audebas]* Confido vos intelligere, L. Paulum hunc significari, qui fuit pater naturalis Africani posterioris, qui de Macedonia, atque ultimo ejus de rege triumphavit. Macedoniam antem Pisso, in quem hæc oratio est, obtinuit: propter quod Paulum eum appellat; irridens eum, quod ibi se non prospero gessit. *Ascon.*

CAP. xvii. § 39 *Tabulas cum laurea*] Litteras lauro mittebant involutas ad indicium victoriæ, ut ex sexcentis locis compertum est. Hanc porro lauream in gremio Jovis Capitolini collocabant. Vide Plin. Hist. Nat. xv. 30. et Plin. Paneg. cap. 8. *Idem.*

*Et amicos tuos plus habuisse]* Qui hunc locum attente legit, sic esse legendum, vel invitis libris omnibus, quemadmodum edidimus, judicabit; non, ut est in libris vulg. et aliis, *an amicos tuos, &c.* Lamb. Ego τὸν ἀδελλένδημον censeo, quod natum est ex principio voculæ sequentis *amicos.* *Græv.*

*Pudentiorem]* In litteris non mitendis. Duas partes habet hæc sententia, priorem de missis a Pisone litteris ad senatum, sed abditis consilio amicorum; posteriorem, de non missis, nec abditis. Prior habet Pi-

sonis impudentiam, amicorum silentio condemnatam; posterior Pisonis conscientiam notat: qui cum sciret a se consule senatus auctoritatem prorsus esse contemptam, scribere ad eum de re gesta, et supplicationis honorem postulare merito non audebat; quod ejus factum amici non condemnarunt, nullis ab eo ad senatum litteris acceptis. 'Utrum,' inquit, 'malim, nescio.' Si litteras misisti, impudentiam ostendisti; si non misisti, male te de senatu meritum esse confiteris. *Manut.*

§ 40 *An munitio Thessalonica? An ob sessio militaris viæ?* De utraque re vide Orat. de Prov. Cons.

CAP. xviii. § 42 *In Phalaridis taurō*] Vide Tusc. II. 7.

CAP. xix. § 43 *Thyestea*] Thyestis contra Atreum fratrem. *Manut.*

*Ut ait ille*] Ennius qui Thyestem tragœdiām scripsit. *Idem.*

§ 44 *M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem, gloria et laude vivit*] Fortasse quæratis, quem dicat Marcellum. Fuit autem nepos M. Marcelli ejus, qui bello Punico secundo Syracusas vicit, et quinque consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipsam Africam periit, paulo ante cœptum bellum Punicum tertium. *Idem,* cum statuas sibi ac patri, itemque avo poneret in monumentis avi sui ad Honoris et Virtutis ædem, subscripsit, 'III Marcelli, novies coss.' Fuerat autem avus quinquies, pater semel, ipse ter. Itaque neque mentitus, et apud imperitiores patris sui splendorem auxit. *Ascon.*

*Absens]* Merito quærit Manutius, cur *absens* sit imperator appellatus? Non sane hæc referri possunt ad confirmationem senatus, qui, acceptis laureatis litteris Imperatoris nomen et dignitatem Torquato ab exercitu victore impositum confirmarit. Sed

quis imperator unquam fuit, qui non hoc modo absens fuit appellatus Imperator? Igitur, quamvis reclamantibus libris, censeo cum Manutio legendum ab senatu. Nimirum senatus, cognita cæde et strage hostium ex Torquati litteris, in responsione ipsius salutarit imperatorem, quamvis hoc nomen ei a suo exercitu non fuit datum. *Græv.*

CAP. XX. § 47 *Oreste*] Clytemnæstra Agamemnonem e Trojæ excidio redeuntem adulterii cum Ægistho perpetrati conscientia occiderat. Eam patris ulciscendi causa filius Orestes interermit: matris interemptæ uinbram identidem ob ora se filii obtrusisse; et parricidam serpentibus et tædis ardentibus vexasse fabulantur. *Aeneid.* IV. 471. *Aram.*

*Athanante*] Æoli filio, Thebarum rege, in eum furorem Junonis ira compulso, ut filios occideret. Exstat fabula apud Ovid. *Met.* IV. *Manut.*

*Cruentare*] Putas furere, esse cruentare suum corpus? Major est furor, in suam famam et salutem, quam in suum corpus sævire. *Holom.*

CAP. XXI. § 48 *Tusculanum montem*] Villam in agro Tusculano, monti similiorem, quam villæ; de qua in ea pro Sextio: ‘Villam ædificare in oculis omnium tantam, turgurium ut iam videatur esse illa villa, quam ipse tribunus pl. pictam olim in concessionibus explicabat.’ Non est contemnendus omnium fere librorum veterum consensus; habent enim, ad hunc *Tusculanum in monte montem exstruendum*. Quo major in Gabinium queritur invidia, qui in editiore colle, quem vocat montem, suam villam quasi alterum montem exstruxisset. *Manut.*

*Ædificatio constitisset*] Id est, hæsisset, nec propter nimios sumptus potuisse absolvi. *Aram.*

*Se ipsum*] Historia narrat, Ptolemaeum, Ægypti regem, pulsum a suis civibus propter scelera, restitutum a

Gabinio Syriæ proconsule, auctoriibus Cæsare et Pompeio, mercede decem millium talentorum: ut in Orat. pro Postumo, et apud Suetonium. *Manut.*

*Numen interdictumque Deorum immortalium*] Quia Sibyllæ versus Ægypti regem cum exercitu restitui vetabant. *Lucanus, Dio. Idem.*

§ 50 *Interposita religione*] Vide Ep. ad Lentulum, Fam. I. 1.

CAP. XXII. § 51 *Sibi ipse præcidit*] Effecit ipse suis sceleribus, ne redire possit. *Manut.* Veritus pœnas legum majestatis et de pecuniis repetundis. *Holom.*

*Os ut videam hominis*] Impudentiam ejus, qui redire audeat. *Manut.*

§ 52 *Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules, prætores collocarunt, mihi que, quod ante me nemini, pecunia publica ædificandam donum censuerunt*] Hæc Cicero oratorio more, non historicō, videtur posuisse. Nam multis æstatibus ante Ciceronem nulli id contingisse verum est. Nemini vero unquam antea, videamus, ne parum caute dicamus. Antiquis enim temporibus, pluribus idem contigit. Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoque publice ædificata est in Palatio; cuius exitus, quo magis insignis esset, in publicum versus declinaretur, hoc est, extra privatum aperiretur: Varonem autem tradere, M. Valerio, quia sæpius vicerat, ædes in Palatio tributas, L. Higinius dicit in libro priore de Viris Claris; P. Valerio Volesi filio Publicolæ ædes publicas sub Velia, ubi nunc ædes Victoriæ est, populum ex lege, quam ipse tuleralat, concessisse. Tradunt et Antiochi regis filio obsidi domum publice ædificatam, inter quos Atticus in annalibus, quæ postea dicitur Lucilii poëta fuisse. Varro quoque in lib. III. de Vita Populi Romani, quo

loco refert, quam gratus fuerit erga bene meritos, dicit, Mutini, quod in Sicilia cum equitatu suo transierat ad nos, civitatem Romæ datam, ædesque, et pecuniam ex ærario. Videamus tamen, num ideo Cicero dicat sibi, quod antea nulli, domum pecunia publica ex ærario ædificata, quia illis aut locus publice datus sit, aut dominus quæ non fuerat eorum, neque propter illos publico sumptu ædificata. Ciceroni domus, quæ fuderat ipsius, et diruta atqne incensa erat et consecrata, publico sumptu ædificata sit: quod novum et huic primo, et adhuc etiam soli contigit. *Ascon.*

CAP. XXIII. § 53 *Braccatae*] Sic dicta est Gallia, quod braccis nteratur, quas nos *brayes* appellamus, Germani *brach*, vel *broch*. Gallorum autem nomine Germanos plerumque veteres comprehendebant. *Hotom.*

§. 54 *Quorum tu legatorum prælio imperator appellatus eras*] In Vaticano codice scriptum est, *quorum tu legatorum opera in prælio imperator appellatus eras*. *Ursin.*

*Cum non longe abfuisse*] Immisi negativam fide Pall. editionumque vett. neotericae abjecerant. *Gruter.*  
*Abfuisse* a loco nimirum prælii. *Grær.*

*Triumphali*] Jocatur in ambiguo. Nam triumphalis porta Romæ erat, qua proconsules Macedonici triumphantes introibant, unde nomen: et eam, qua introivit Piso, ideo negat esse triumphalem, quia consulari prædictus imperio ex Macedonia non triumphavit. *Manut.*

CAP. XXIV. § 57 *Ut omnes umbras etiam falsæ gloriae consecrari*] P. Manut. et Lamb. editio, et omnes umbras etiam falsæ gloriae; sed invitis omnibus MSS. quamvis sententia omnino hanc particulam exigat. *Græv.*

§ 58 *Pontino*] Qui prætor Cicerone cos. Catilin. III. 2.

*O stultos Camillos, Curios, Fabri-*

*cios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! O amentem Paulum, rusticum Marium! Nullius consiliï patres horum consulum, qui triumpharunt*] Diximus, hanc orationem esse dictam Cn. Pompeio Magno II. M. Crasso II. coss. Pompeii pater bello Italicō de Picentibus; M. Crassi pater, P. Crassus, ante bellum Italicum de Hispanis triumphavit. *Ascon.*

CAP. XXV. § 59 *Genero suo*] C. Cæsari, qui tunc in Gallia bellum gerebat. *Manut.*

*Ut es homo facetus, ad persuadendum*] Factus legit Ant. Augustinus pro *facetus*; et recte, ut mihi quidem videtur: nam facetiæ non obtinent primas partes in persuadendo, ut eas ante omnia præponere debuerit. *Ursin.*

*Videbis*] Lambiniana editio videbit. Sensu optimo: Non persuadebis Cæsari, Deos non irasci; quos tibi et esse, et fuisse videbit iratos. *Olivet.*

§ 61 *Ratio quidem, &c.*] Hic Plauti versus est, e Trinummo, II. 4. 17. Ciceronem aliter scripsisse, quam hæc habet editio, putabat P. Victor. Var. Lect. xxiv. 5. Contra Victorium disserit M. A. Muret. Var. Lect. iv. 19. *Idem.*

*Oīxerai*] Periit, abiit, evanuit. Dicatum, inquit Scipio Gentilis, ea forma, qua Paulus jurisconsultus dixit, ‘pecuniam proficisci,’ vel Ulpianus, ‘pecunias ire, redire.’ Cicero in Verr. Act. II. 23. ‘Pecuniam, qua via modo visa est exire, eadem semita revertisse.’ *Anon.*

CAP. XXVI. § 62 *Mediolanensi*] Eius avus Placentiæ quidem civis, at Mediolani præco fuerat. *Ferrat.*

Eadem cupiditate vir summo ingenio prædictus, C. Cotta, nullo certo hoste, flagravit. Eorum neuter triumphavit, quod alteri illum honorem collega, alteri mors ademit] Credo vos quærere, et quis hic Cotta, et quis ille collega Crassi fuerit. Fuit autem C. Cotta orator ille compar P. Sulpitii, qui

est in Dialogis Ciceronis de Oratore scriptis, qui, cum decretns illi esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi, cum cicatrix vulneris ejus, quod ante plures annos in prælio accepérat, rescissa esset repente. Crasso autem collega fuit Q. Scævola pontifex: qui cum animadverteret, Crasso, propter summam ejus in repotentiam ac dignitatem, senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit reip. magis quam collegæ habere rationem: ac, ne fieret S. C. intercessit. Sed idem provinciam, cuius cupiditate plerique etiam boni viri delinquebant, deposuerat, ne sumptui esset ærario. Ascon.

*Irrisa est a te paulo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi: a qua te longe dixisti abhorrire: qui etiam si minus magnum bellum gesserat, ut abs te dictum est, tamen istum honorem contemnendum non putavit. Tu eruditior, quam Piso]* Quis hic M. Piso fuerit, credo vos ignorare. Fuit autem, ut puto jam nos dixisse, Pupius Piso eisdem temporibus, quibus Cicero, sed tanto ætate major, ut adolescentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo et antiquæ vitæ similitudo, et multæ erant litteræ. Orator quoque melior, quam frequentior, habitus est. Biennio tamen serius, quam Cicero, consul fuit. Triumphavit pro consule de Hispanis, Q. Hortensio, Q. Metello Cretico coss. ante Ciceronis consulatum. *Idem.*

*§ 63 Themista]* Themista mulier fuit, Epicuri ætate, philosophiae Epicureæ dedita, Leontis, seu Leontei cuiusdam uxor, ad quam scripsit non semel Epicurus, ut refert Lærtius. Hæc igitur hujus loci sententia est: Quamvis tu, Piso, Themista, muliere Epicureis præceptis erudita, et perpolita, sapientior sis, hoc est, quamvis egregius sis philosophus, et mulierem Epicuream doctissimam, ac sapientissimam Themistam, sapien-

tia superes; non tamen triumphum contempsisti, sed senatus convicium timuisti, si triumphum postulares. Est autem jocus Ciceronis in Pisonem amarus, eum cum muliere Epicurea comparantis, et ejus sapientiam sapientiæ muliebri antepouentis. *Lamb.*

CAP. XXVII. § 65 Instant post hominum memoriam apparati magnificientissimique ludi: quales non modo numquam fuerunt, sed ne quo modo quidem fieri posthac possint, possum ullo pacto suspicari] Cn. Pompeii ludos significat, quibus theatrum a se factum dedicavit, quibus Indis elephantiorum pugnam primus omnium dedit in Circo. Ascon.

*Convivium publicum non dignitatis gratia inibit]* Quod Cn. Pompeius ad dedicationem sui theatri publice exhibebit, non inibit, ad honorandum Cn. Pompeium, exhibitem convivii. Dignitatis autem causa dicitur iniri convivium, quia senatorès epulabantur ab aliis ordinibns separati. *Aram.*

§ 66 *Hanc]* Ut vulgo homines luxuriosi esse solent, cum lautitia quada, atque elegantia. *Ferrat.*

§ 67 *Placentini]* Ex vili nimirum materia. Fuerat autem avus ejus Placentinus. Vide supra. *Idem.*

*Quini in lectis]* Cum tres, aut summuin quatnror solerent esse.

*Arunt suum]* Qui Gallus fuerat. Jocatur in ambigua vocabuli significacione. *Manut.*

CAP. XXVIII. § 68 *Est quidam Græcus, qui cum isto rixit, homo, vere ut dicam, sic enim cognovi, humanus, sed tamdiu, quamdiu cum aliis est, aut ipse secum]* Philodemum significat, qui fuit Epicurus illa ætate nobilissimus, cuius et poëmata sunt lasciva. Ascon.

*Humanus]* Politiore litteratura, et liberalibus studiis eruditus. Paulo post: 'In hominum eruditissimorum et humanissimorum cœtu loquor.' Vide Gell. N. A. XIII. 16. *Aram.*

*Quamdiu cum aliis]* Quam cum Pisone: in ejus enim consuetudine ita se gerere cogitur, ut sui ipsius eruditio[n]isque suæ oblitus esse videatur. *Idem.*

*Jam tum]* Vel in adolescentia fronte et supercilio ita severus erat Piso, non modo ut hominibus, sed ut Diis ipsis iratus esse videretur. *Manut.*

*Lubricum]* Lubricum sua sponte, quia voluptas duplex; animi, ex virtute; corporis, ex vito; sed adolescenti, propter ætatem incerto, non modo lubricum, verum etiam sæpe præceps: quia neutram voluptatem Epicurei philosophi nomiabant. *Idem.*

§ 69 *Admissarius]* Tanquam equus, qui rationis expers, unam corporis voluptatem novit. Ideo, tanquam de equo, sequitur, *adhinnit.* *Idem.*

*Distinguere]* Cum aliam esse corporis, aliam animi voluptatem ostenderet. Qua de re de Finib. lib. 1.

*Epicurum disertum decernere]* Eodem modo dixit, ut prætores dicuntur decernere ingenuum, servum, aut filium. *Hotoman.* Antiqua scriptura hoc loco mendosa est. Vident omnes, opinor, divinatore aliquo ad hunc locum emendandum et explicandum opus esse. *Lambinus.* Carrere locus vito mihi non videtur. Idem fortasse alii sentient: sed legatur, et tandem dictum opinor: lapsu facili et usitato, propter similitudinem litterarum, eluetur, puto, si qua labes, maculave insedit. Libri quidam veteres, est tamen dicit, ut opinor, quod non satis placet. *Manut.* Vestigiis Faërni libri insistens lego, *Epicurum disertim dicere, et tamen dicit, ut opinor.* Verba Ciceronis verbis Pisonis interjecta locum obscuraverunt. Ait Piso, Epicurum diserte dicere, extra voluptates corporis se nihil beatum reperire, et ei assentiens Cicero, et tamen, inquit, hoc dicit Epicurus, ut opinor. *Disertim corruptum*

in *disertum.* Gulielm. Sed cur rejicitur, quod non modo Faërnus in suo, sed et Manutius in quatuor, est tamen dicit, ut opinor. Sic autem distinguendum, est tamen. *Dicit, ut opinor.* Est tamen, inquit Cicero, scilicet ita. Dicit Epicurus, ut opinor, voluptatem esse summum bonum. *Græv.* Parenthesi hoc includo (et tamen dicit, ut opinor) atque in hunc modum intelligi posse arbitror. Etiamsi affirmet Piso, et quovis pignore contendat, *Epicurum disertim decernere, se nullum bonum intelligere posse demptis corporis voluptatibus, tamen opinor ita dixisse Epicurum.* Salse, ni fallor, et argute. Significat enim, Pisonem non eum esse, cui possit fides haberet. *Anon.*

CAP. XXIX. § 72 *Non ulla tibi]* Dialogismo festivo et eleganti orationem illustrat. Piso: 'Non ulla tibi invidia nocuit, sed versus tui.' Cicero: 'Nimis magna pœna te consule constituta est sive malo poëtae, sive libero.' Piso: 'Scripsisti enim versus, Cedant arma togæ.' Cicero: 'Quid tum?' Piso: 'Hæc res tibi fluctus illos excitavit.' Cicero: 'At hoc nusquam,' &c. *Afram.*

*In illo elogio]* In lege Clodia, quæ ipsa fuit sepulcrum reip.

*Quod vindicarit]* Hoc verbo usum esse Clodium in lege, mibi non fit verisimile, sed eum potius dixisse crediderim, 'Quod cives Romanos in dicta causa condemnavit.' Cicero, ad suam laudem, verbo mitiore usus est. *Munut.*

CAP. XXXI. § 76 *Insidiarum mearum]* Cum insidiari me Pompeio diceretis. *Manutius.* Vide pro Domo cap. 2.

*Excluderer]* Sermone ejus atque aditu prohiberer. *Manut.*

§ 78 *Generum]* C. Cæsarem.

CAP. XXXIII. § 81 *Implacabilem inexpiabilemque]* Unde in P. Manutii et Gruteri, et cæteras, qui Gruterianam sunt secuti, editiones, irrepit

*inexplicabilem*, quod revera in hoc loco explicari non potest, cum rectissime et MSS. et edd. Victor. Lambini, aliorumque *inexpiabilem?* Græv. Joan. Aug. Ernesti, *inexpiabilem* repudiantis, malentisque *inexplicabilem*, hæc animadversio est: ‘Hoc de hominibus dici, qui se placari non sinit, non memini, nec credo.’ Sed tamen in hac ipsa Orat. cap. 7. dicit Cicero: ‘A me quidem etiam pœnas expetistis, quibus coniuratorum manes mortuorum expiaretis.’ Quid est istud *expiare*? Certe *placare*. Si se manes expiari non sinant, erunt ergo, dicenturque *inexpiables*: neque adeo est incredibile hoc posse de iis dici, qui se placari non sinit. Olibet.

§ 82 *Eludebas*] Non serio me provocabas ad te accusandum; sciebas enim id me non facturum propter Cæsarem. *Ferrat.*

*Quanquam, quod ad me attinet, Nunquam istam imminuam curam inficiando tibi*] Prope notius est, quam ut indicandum sit, hunc versum esse L. Accii poëta, et dici a Thycste in Atreo. Ascon.

*Ejus*] P. Clodii.

CAP. XXXIV. § 83 *Non vestigiis*] Allegoria: Non per conjecturas tua scelera novimus, sed ubi cubaveris, et voluntatis fueris, scimus. *Ferrat.*

*Platoris*] De Harusp. Resp. cap. 16.

§ 84 *Cotto*] Bessorum regi. *Hoc tom.*

*Denseletis*] Thraciæ populis.

CAP. XXXVI. § 87 *Reorum pactios*] Qnas videlicet cum reis inierat Piso, et ab iis se mercede corrumperat, et *redemptiones*, quibus illi a Pisone incolumitatem suam redemerant. Abram.

*Libidinosissimas liberationes*] Quæ non finit secundum fas et æquum, sed pro partium studio, quia iudex illi favebat, et contra leges reum absolvit. Sic aliis in locis apud nostrum, ‘libidinosi judices, testes, libidinosæ

sententiæ.’ Græv.

*Pellium nomine*] Prætextu pellium, ad loricas, clypeos, papiliones faciendo. Qua ratione tantum lucratus est, quantum pater fuerat ante lucratu. Abram.

§ 88 *Per tuum servulum ordines assignatos*] Ordines assignare fuit tribuni militum. Polyb. lib. vi. Vide Lips. de Militia ii. 1. *Idem.*

*Quid? stipendium, &c. mensis palam propositis*] Stipendium pendebatur ex ærario: Piso ut illam pecuniam, quam ex ærario stipendiæ nomine capiebat, in suum usum converteret, jubebat a civitatibus stipendium numerari. Factum amplificat a dnobus: 1. Quod non semel, sed per omnes annos id fecerit: 2. Quod palam, et mensis propositis in oculis totins provinciæ. *Idem.*

*Quid illa in Pontum prefectio*] Res obscura est, et nullis antiquitatis impressa vestigiis. Videtur Piso, pecunias barbarorum inhians, in Pontum incursionem fecisse, et inde fuisse expulsum: unde et ‘conatus’ potius quam bellum illatum, nominatur. *Idem.*

*Macedonia prætoria nuntiata*] Cum tibi nuntiatum est, Macedonia, quam proconsulari imperio tenebas, prætoriam esse factam: ut statim prætores anni illius in eam proficerentur. Eo pertinebat superior Orat. de Prov. Cons. patetque hoc ex loco de solo Pisone eam sententiam obtinuisse. *Hotom.*

*Quid quæstor adilitius rejectus? Præpositus legatorum tuorum optimus a te quisque violatus?*] Sic dedere, antiquos secenti codices, Gruterus, Grævius. Omnino facilioris est explicatus id, quod Lambinus proposuit, atque utinam in aliqua vetere membra invenisset: *Quid quæstor adilitius rejectus, præpositus homo turpissimus, legatorum tuorum optimus abs te quisque violatus?* Ediderant alii, *Quid prætor adilitius rejectus, præpositus lo-*

*gatorum tuorum turpissimus, optimus abs te quisque violatus?* At accidit perincommodo, quod *turpissimus* in nullo est veteri libro. Abesse debuerat quoque *præpositus*; libere flueret oratio, quæ ad hanc vocem adlærescevit. *Anon.*

*Tribuni militum non recepti]* Non admissi a te, qui a populo fuerant tribuni militum constituti. Vide Lips. Dial. II. 9. *Afram.*

§ 89 *Quod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos sociosque stipendiariosque misisti]* Manifestum est, P. Clodium significari. *Ascon.* Vocem *stipendiariosque* alii non agnoscunt.

*Ad bestias]* Hoc est, pro servis miserat socios, et amicos bestiis objiciendos in spectaculis. *Ferrat.*

*Quæ fuit uxor Exegisti]* Turnebus Adversar. XXI. 15. emendat in *villa Leucadia, quæ fuit uxoris Ægisti.* *Grut.*

*Scelerate]* Ut edimus, ita ediderunt Gruterus et Grævius; alii *scelerate*, adverbium.

CAP. XXXVII. § 90 *Coronarium]* Vide Agrar. I. 4.

*Lex]* Julia de repetundis.

*Vocabula mutabas]* Non dicebas, auri coronarii nomine accepta, sed aliis quibusdam nominibus, tua furtæ obtegentibus. *Manut.*

*Diplomata]* Litteras patentes publico sigillo munitas. Nondum tamen liquet, quid hoc loco Tullius reprehendat, nisi si forte Pisonis avaritiam obiter notat, qui ea diplomata venderit, quæ gratis dare debuisset. *Afram.*

*Narium]* Qnas fœderatis civitatis sine necessitate publica imperasti. *Idem.*

*Agrinarum]* Turnebus, *Agrianum.* Vide Stephanum in *'Aypiau.*

*Dimisisti]* Solntis sacramento militibus: quod non licebat sine senatus auctoritate, vel populi jussu.

CAP. XXXVIII. § 92 *Albucius]* De Prov. Consul. cap. 7.

*Præposterus imperator]* Alii vocantur imperatores, cum hostes cederint: hic ordine præpostero dictus est imperator, cæso ab hostibus ejus exercitu: adeoque statuam, quam sibi Dyrrhachii ponì voluit, non habuit suæ bellicæ virtutis monumentum, sed suorum flagitiorum indicium. *Ferrat.*

§ 94 *Quod me hortere]* Ut tibi nomen deferam. *Manut.*

CAP. XXXIX. *Eiquid vides, ecquid sentis, lege judicaria lata quos posthac judices simus habituri]* Legem judicariam ante aliquot annos, quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone, tulit Anrelius Cotta prætor: quia communicata sunt judicia senatui, et equitibus Romanis, et tribunis ærariis. Rursus deinde Pompeios in consulatu secundo, quo hæc oratio dicta est, promulgavit, ut amplissimo ex censu, ex centuriis aliter quam antea, lecti judices, æque tamen ex illis tribus ordinibus, res judicarent. *Ascon.*

*Quod nolim]* Propter Cæsarem socerum tuum, mihi amicissimum. *Idem.*

*Dehortabitur]* Fortasse reipublicæ tempora dissuadebunt. *Hotom.*

§ 95 *L. Opimius ejectus patria est, is, qui et prætor, et consul maximis periculis rempublicam liberarat, non in eo, cui facta injurya est, sed in eis, qui fecerunt, sceleris et concientiae pœnae permansit]* Notum est, Opimum in prætura Fregellas cepisse: quo pacto visus est cæteros quoque nominis Latini socios male animatos represuisse; enndemque in consulatu Fulvium Flaccum consularem, et C. Gracchum tribunitium oppressisse, ob quam invidiam postea judicio circumventus est, et in exilium actus. *Ascon.*

CAP. XL. § 97 *Nulla ex trinis æstivis gratulatio]* Supplicatio Diis decreta in gratiarum actionem: æstivorum autem meminit quod æstas.

sit accommodatior rebus gerendis.  
Abram.

*Fecisse videri]* Judicium formula,  
cum reum damnavabant.

*CAP. XLI. § 99 Nec minus latabor, cum te semper sordidum, quam si paulisper sordidatum viderem]* Sordi-

dum dixit, vilem et abjectum, et sine nullo vitæ nitore ac lauitia vitam agentem. *Sordidatum autem intellexit, accusatum et reum. Budæus.* Reos accedere ad judicium sordidatos nemo non novit. *Ferrat.*

## PRO T. ANNIO MILONE.

**ARGUM.**—Annius Milo, et P. Plautius Hypsæus, et Q. Metellus Scipio consulatum petierunt, non solum largitione palam profusa, sed etiam factionibus armatorum succincti. Miloni, et Clodio summæ erant iniunctiæ, quod et Milo Ciceronis erat amicissimus, in reducendoque eo enixe operam reip. dederat, et P. Clodius restituto Ciceroni erat infestissimus, ideoque summe studebat Hypsæo, et Scipioni, contra Milonem. Ac sæpe inter se Milo et Clodius cum suis factionibus Romæ depugnaverant: et erat uteisque audacia par; sed Milo pro melioribus partibus stabat. Præterea in eundem annum consulatum Milo, Clodius præturam petebat; quam debilem futuram consule Milone intelligebat. Deinde cum diu tracta essent comitia consularia, perficique ob eas ipsas perditas candidatorum contentiones non possent, et ob id mense Januario nulli dum neque consules, neque prætores essent; trahereturque dies codem quo antea modo, dum Milo quamprimum comitia confici vellet, conficeretque cum bonorum studiis, qui obsistebant Clodio, tum etiam populi, propter effusas largitiones, impensas quoque ludorum scenicorum ac gladiatoriis munieris maximas, in quas tria patrimo-

nia effudisse eum Cicero significat; competitores vero ejus trahere vellet, ideoque Pompeius gener Scipionis, et T. Munatius, tribunus pl. referri ad senatum de patriciis convocandis, qui interregem proderent, non essent passi, cum interregem prodere moris esset; a. d. xii Kal. Feb. (acta etenim magis sequenda, et ipsam orationem, quæ actis congruit, puto, quam Fenestellam, qui a. d. xiv Kal. Feb. tradit) Milo Lanuvium, ex quo erat municipio, et ibi tum dictator, profectus est ad flaminem prodendum postera die. Occurrit ei circa horam nonam Clodius paulo ultra Bovillas, rediens ab Aricia; prope eum locum, in quo Bonæ Deæ sacellum est. Erat autem allocutus decuriones Aricinorum. Vehebatur Clodius equo: servi xxx fere expediti, ut illo tempore mos erat iter facientibus, gladiis cincti sequebantur. Erant cum Clodio præterea tres comites ejus, ex quibus eques Romanus unus C. Cassinius Schola, duo de plebe novi homines, P. Pomponius, C. Clodius. Milo rheda vehebatur, cum uxore Fausta, filia L. Sylla dictatoris, et M. Fusio, familiari suo. Sequebatur eos magnum servorum agmen; inter quos gladiatores quoque erant, ex quibus duo noti, Eudamus et Bir-

ria. Hi in ultimo agmine tardins euntes, cum servis P. Clodii rixam commiserunt; ad quem tumultum cum respexisset Clodius minitabundus, humerum ejus Birria romphæa trajecit. Inde cum orta esset pugna, plures Miloniani accurrerunt. Clodius vulneratus in tabernam proximam Bovillano delatus est. Milo, ut cognovit vulneratum Clodium, cum sibi periculosius etiam vivo eo futurum intelligeret, occiso autem magnum solatium esset habiturus, etiam si subeunda esset poena, exturbari tabernam jussit. Fuit antesignanus servorum ejus M. Fustenus: atque ita Clodius latens extractus est, multisque vulneribus confectus. Cadaver ejus, in via relictum, (quia servi Clodii aut occisi erant, aut graviter sancii latebant) Sex. Tedins, senator, qui forte ex rure in urbem revertebatur, sustulit, et lectica sua Romam ferri jussit: ipse rursus eodem, unde venerat, gressum recepit. Perlatum est corpus Clodii ante primam noctis horam: infimæque plebis et servorum maxima multitudo magno luctu corpus in atrio domus positum circumstetit. Augebat autem facti invidiam oxor Clodii Fulvia, quæ, cum effusa lamentatione, vulnera ejus ostendebat. Major postera die luce prima multitudo ejusdem generis confluxit; compluresque noti homines elisi sunt, inter quos C. Vibienus senator. [Erat domus Clodii, ante paucos menses emta de M. Scauro, in Palatio.] Eodem Munatius Plancus, frater L. Planci oratoris, et Q. Pompeius Rufus, Sullæ dictatoris ex filia nepos, tribuni plebis, accurrerunt: eisque hortantibus, vulgus imperitum corpus nudum, calceatum, sicut in lecto erat positum, ut vulnera videri possent, in forum detulit, et in Rostris posuit. Ibi, pro concione, Plancus et Pompeius, qui competitoribus Milonis studebant, invidiam Miloni fecerunt. Populus,

duce Sex. Cludio scriba, corpus P. Clodii in curiam intulit, cremavitque subselliis, et tribunalibus; et mensis, et codicibus librariorum: quo igne et ipsa quoque curia flagravit; et item Porcia basilica, quæ erat ei juncta, ambusta est. Domum quoque M. Leptidi interregis (is enim magistratus curulis erat creatus), et absentis Milonis, eadem illa Clodiana multitudo oppugnavit; deinde sagittis repulsa est. Tum fasces, ex lecto Libitinæ raptos, attulit ad domum Scipionis et Hypsæi, deinde ad hortos Cn. Pompeii, clamitans eum modo consulem, modo dictatorem. Incendium curiae majorem aliquanto indigoationem civitatis moverat, quam imperfectio Clodii. Itaque Milo, quem opinio fuerat ivisse in voluntarium exsilium, invidia adversariorum recreatus, nocte ea redierat Romam, qua incensa erat curia; petebatque nihilo deteriorius consulatum; aperte quoque tributum in singulos millia assuum derat. Concionem etiam ei post aliquot dies dedit M. Cælius, tribunus plebis, et Manilius Canianus, ejus collega; ipsiusque causam etiam ad populum probabant. Dicebant utrique, Miloni a Cladio factas esse insidias. Fiebant interea alii ex aliis interreges, qui comitia consularia, propter eorum candidatorum tumultus et easdem manus armatas, habere non poterant: itaque primo factum erat S. C., ut interrex, et tribuni plebis, et Cn. Pompeius, qui pro consule ad Urbem erat, viderent ne quid detrimenti respublica cuperet; delectus autem Pompeius tota Italia haberet. Qui cum summa celeritate præsidium comparasset, postulaverunt apud eum familiari Milonis, item Faustæ uxoris ejus, exhibendum, duo adolescentuli, qui Appiï Claudii ambo appellabantur, qui erant C. Claudii filii, qui frater fuerat Clodii; et ob id illi patrui sui mortem, velut auctore fratre, perseque-

bantur. Easdem Faustæ et Milonis familias postulaverunt duo Valerii, Nepos et Leo, et L. Herennius Balbus. P. Clodii quoque familiam, et comitum ejus, postulavit eodem tempore Cœlius; familiam Hypsæi, et Q. Metelli, Manilius Canianus, ejus collega. Affuerunt Miloni Q. Hortensius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cato, Faustus Sylla. Verba pauca Q. Hortensius dixit, quæ sunt, liberos esse eos, qui pro servis postularentur: nam, post re ceutem cædem, manumiserat eos Milo, sub hoc titulo, quod caput suum ulti essent. Hæc agebantur mense intercalari. Post diem trigesimum fere, quam erat Clodius occisus, Q. Metellus Scipio in senatu contra M. Cæpionem conquestus est, ac de cæde P. Clodii falsum esse dixit quod Milo sic se defenderet; et Clodium Aricinos decuriones alloquendi gratia abiisse, profectum cum sex ac xx servis: Milonem subito, post horam quartam, senatu misso, cum servis amplius ccc armatis, obviam ei contendisse, et supra Bovillas inopinantem in itinere aggressum: ibi P. Clodium tribus vulneribus acceptis, Bovillas perlatum: tabernam, in quam profugerat, expugnatam a Milone: semianimum Clodium extractum, in via Appia occisum esse, annulumque ejus ei morienti extractum: deinde Milonem, cum sciret in Albano parvulum filium Clodii venisse ad villam, et cum puer ante subtractus esset, de servo Alicore quæstionem ita habuisse, ut eum articulatum consecaret: villicum et duos præterea servos jugulasse: ex servis Clodii, qui dominum defenderint, undecim esse interfectos: Miloni duos solos saucios factos esse: ob quæ Milonem postero die XIII servos, qui ei maxime operam navassent, manumissee; populoque tributim singula millia æris, ad defendendos de se rumores, dedisse. Milo misisse ad Cn. Pompeium di-

cebatur, quod Hypsæo summe studebat, quod fuerat ejus quæstor, desistere se petitione consulatus, si ita ei videretur: Pompeium respondisse, nemini se neque petendi neque desistendi auctorem esse, neque populi Romani potestatem, aut consilium, aut sententiam, interpellaturum. Deinde, per C. Lucilium, qui propter M. Ciceronis familiaritatem amicus erat Miloni, egisse quoque dicebatur, ne se, de hac re consulendo, invidia oneraret. Inter hæc cum crebresceret rumor, Cn. Pompeium creari dictatorem, neque opportune aliter malâ civitatis sedari posse; visum est optimatibus, tutius esse, eum consulem sine collega creare: et, cum tractata ea res esset in senatu, facto in M. Bibuli sententiam S. C., Pompeius, ab interrege Ser. Sulpicio, v Kal. Mart. mense intercalario, consul creatus est, statimque consolatum iniit. Deinde, post diem tertium, de legibus novis ferendis retulit: duas ex S. C. promulgavit: alteram de vi, qua nominatim cædem in Appia Via factam, et incendium curiæ, et domum M. Lepidi interregis oppugnatam, comprehendit: alteram de ambitu: pœnam graviorem, et formam judiciorum breviorem. Utraque enim lex prins testes dari per tri duum, deinde uno die atque eodem et ab accensatore et ab reo perorari jubebat, ita ut duæ horæ accusatori, tres reo, darentur. His legibus ob sistere M. Cœlius tribunus plebis, studiosissimus Milonis, conatus est, quod et privilegium diceret in Milonem ferri, et judicia præcipitari: et, cum pertinacius legem Cœlius vituperaret, eo processit iræ Pompeius, ut diceret, si coactus esset, armis se rempublicam defensurum: timebat autem Pompeius Milonem, seu timere se simulabat. Plerumque non domi suæ, sed in hortis, manebat, idque ipsum in superioribus, circa quos etiam magna manus militum excubabat.

Senatum quoque semel in porticu sua habuerat Pompeius, quod diceret timere se adventum Milonis. Dein, proximo senatu, P. Cornificins ferrum Milonem intra tunicam habere ad femur alligatum dixerat: postula verat, ut femur nudaret; et ille sine mora tunicam levaverat. Tum M. Cicero exclamaverat, omnia illi similia crimina esse, quæ in Milonem dicerentur alia. Deinde Munatius Planicus, tribunus plebis, produxerat in concionem M. Æmilium Philemonem, notum hominem, libertum M. Lepidi. Is se dicebat, pariterque secum quatuor liberos homines iter facientes, supervenisse, cum Clodius occidetur; et, ob id cum proclamassent, abreptos, et perductos in villam Milonis, ibique per duos menses præclusos fuisse: eaque res, sen vera, seu falsa, magnam invidiam Miloni contraxerat. Idemque Munatius, et Pompeius, tribuni plebis, in Rostra produxerant triumvirum capitalem, enique interrogaverant, an Galatam, Milonis servum, cædes facientem deprehendisset. Ille, dormientem in taberna pro fugitivo deprehensum, et ad se perductum esse, responderat. Denuntiaverant tamen triumviro, ne servum remitteret: sed postera die Cœlius, tribunus plebis, et Manilius Canianus collega ejus, eruptum e domo triumviri servum Miloni reddiderunt. Etsi nullam de his criminibus mentionem fecit Cicero; tamen, quia ita compereram, putavi exponenda. Inter primos, et Q. Pompeius, et C. Sallustius, et T. Munatius Planicus, tribuni plebis, iuvinicissimas con ciones de Milone habebant, invidiosas etiam de Cicerone, quod Milonem tanto studio defenderet. Eratque maxima pars multitudinis infensa, non solum Miloni, sed ipsi etiam, propter invisum patrocinium, Ciceroni. Postea Pompeius et Sallustius in suspicione fuerunt, in gratiam redisse cum Milone ac Cicerone. Plan-

eus autem infestissime perstitit, atque in Ciceronem quoque multitudem instigavit: Pompeio autem suspectum faciebat Milonem, ad perniciem ejus comparari vim vociferatus: Pompeiusque ob ea saepius querebatur, fieri sibi quoque insidias, et id palam: ac majore manu se armabat. Dicturum quoque diem Ciceroni Planens ostendebat: postea autem Q. Pompeius idem minitatus erat. Tanta tamen constantia ac fides fuit Ciceronis, ut non populi a se alienatione, non Cn. Pompeii suspicionibus, non periculi futuri metu, si sibi dies ad populum diceretur, non armis, quæ palam in Milonem sumta erant, deterrei potuerit a defensione ejus, cum posset omne periculum suum, et offensionem inimicæ multitudinis, declinare, redimere etiam Cn. Pompeii animum, si paulum ex studio defensionis remisisset. Perlata deinde lege Pompeii, in qua id quoque scriptum erat, ut quæsitor suffragio populi, ex iis qui consules fuerant, crearetur, statim comitia habuit, creatusque erat L. Domitius Ænobarbus quæsitor. Aliorum quoque judicium, qui de ea re judicarent, Pompeius tales proposuit, ut nunquam neque clariiores viros, neque sanctiores, propositos esse constaret. Post quod statim nova lege Milo postulatus a duobus Appiis Clodiis adolescentibus, iisdem, a quibus antea familia ejus fuerat postulata; itemque de ambitu ab iisdem Appiis; et præterea de via Q. Petilio, et L. Cornificio; de sodalitiis a P. Fulvio Nerato: postulatus autem erat et de sodalitiis, et de ambitu, ea spe, quod primum judicium de vi futurum apparebat, quo eum damnatum iri confidebant, nec postea responsurum. Divinatio de ambitu accusatorum facta est, quæsitore A. Torqnato; atque ambo quæsidores, Torqnatus et Domitius, pridie Nonas Apr. reum adesse jusserunt. Quo die Milo ad

Domitii tribunal venit, ad Torquati amicos misit. Ibi, postulante pro eo M. Marcello, obtinuit, ne prius causam de ambitu diceret, quam de iudicium esset perfectum. Apud Domitium autem quæsitorem major Appius postulavit a Milone servos exhiberi numero IIII et L, et cum ille negaret, eos, qui nominabantur, in sua potestate esse, Domitius, ex sententia iudicium, pronunciavit, ut ex servorum eorum numero accusator qnot vellet ederet. Citati deinde testes, secundum legem, quæ, ut supra diximus, jubebat, ut prius, quam causa ageretur, testes per triduum audirentur, dicta eorum judices consignarent, quarta die adesse omnes in diem postremum juberentur, ac coram accusatore ac reo pilæ, in quibus nomina iudicium inscripta essent, æquarentur: dein rursus postera die sortitio iudicium fieret unius et LXXX, qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent: tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, reusque eodem die illo iudicaretur: prius autem quam sententiae ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reciceret, ita ut numerus iudicium relinquatur, qui sententias ferrent, quinquaginta et unus. Primo die datus erat in Milonem testis Cassinius Schola, qui se cum P. Clodio fuisse, cum is occisus est, dixit; atrocitatemque rei factæ, quam maxime potuit, auxit. Quem cum interrogare M. Marcellus cœpisset, tanto tumultu Clodianæ multitudinis circumstantis exterritus est, ut vim ultimam timens in tribunal a Domitio reciperetur. Quam ob causam M. Marcellus, et ipse Milo a Domitio præsidium imploraverunt. Sedebat eo tempore Cn. Pompeius ad ærarium, perturbatusque erat eodem illo clamore; itaque Domitio promisit, se postero die cum præsilio descensurum, id que fecit: quare territi Clodiani, si-

lentio verba testimoniū per biduum audiiri passi sunt. Interrogaverunt eos M. Cicero, M. Marcellus, et Milo ipse. Multi ex iis, qui Bovillis hababant, testimonium dixerunt de iis, quæ ibi facta erant, cauponē occisi, tabernam expugnatam, corpus Clodii in publicum extractum esse. Virgines quoque Vestales dixerunt mulierem ignotam venisse ad se, quæ Milonis mandato votum solveret, quod Clodius occisus esset. Ultimæ testimonium dixerunt Sempronia Tuditani filia, socrus P. Clodii, et uxor Fulvia, et fletu suo magnopere eos, qui adstabant, commoverunt. Dimisso circa horam decimam iudicio, T. Munitius pro concione populum adhortatus est, ut postero die frequens adesset, et elabi Milonem non patetur, iudiciumque et dolorem suum ostenderet. Euntibus ad tabellam ferendam postero die iudicibus, qui fuit iudicij primus, a.d. III Idus Aprilis, clausæ fuerunt tota urbe tabernæ: præsidia in foro et circa omnes fori aditus Pompeius disposuit: ipse pro ærario, ut pridie, consedit, septus delecta manu militum. Sortitio deinde iudicium, ut primo die, facta est. Post, tantum silentium toto foro fuit, quantum esse in aliquo foro posset. Tum intra horam secundam accusatores cœperunt dicere, Appius major, et M. Antonius, et P. Varius Nepos: usi sunt ex lege horis duabus. Respondit his unus M. Cicero. Et cum quibusdam placuisset, ita defendi crimen, interfici Clodium, pro republica fuisse, quam formam M. Brutus secutus est in ea oratione, quam pro Milone composuit, et edit, quamvis non egisset; Ciceroni id non placuit, quod, non qui bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatis posset. Itaque, cum insidias Milonem Clodio fecisse posuissent accusatores, quia falsum id erat, (nam forte illa rixa commissa fuerat) Cicero apprehendit, et contra Clo-

dium Miloni fecisse insidias dispnatavit; eoque tota oratio ejus spectavit; sed ita constitit, ut diximus, neutrini consilio pugnatum esse eo die, verum forte occurrisse; ex ea rixa servorum ad eam cædem perventum. Notum tamen erat, utrumque mortem alteri sæpe minatum esse: et sicut suspectum Milonem major, qunam Clodii, familia faciebat, ita expeditior et paratior ad pugnam Clodianorum quam Milonis fuerat. Cicero cum inciperet dicere, exceptus est acclamatiōne Clodianorum, qui se continere ne metu quidem circumstantiam militum potuerunt; itaque non ea, qua solitus erat, constantia dixit. Manet autem illa quoque excepta ejus oratio. Scripsit vero hanc, quam legimus, ita perfecte, ut jure prima haberi possit. *Ascon.* Hanc dixit Cn. Pompeio III consule, a. d. vi Idus April. Quod iudicium cum ageretur, exercitum in foro et omnibus in templis, quæ circum forum sunt, collocatum a Cn. Pompeio fuisse, non tantum ex oratione, et annalibus, sed etiam ex libro appetet, qui Ciceronis nomine inscribitur 'De Optimo Genere Oratorum.' *Idem.*

**CAP. I.** § 1 *Nori iudicij nova forma]* Novum iudicium dicebatur, quia erat extraordinarium, cum ordinario in iudicio secundum leges et morem iudiciorum Romanorum de hoc criminis esset querendum a prætore, qui quæstionem illo anno de vi sortitus erat. Nam extraordinaria iudicia habebantur aut de crimine, de quo nulla lex erat, aut de crimine, quod atrocius existimabatur, quam quod secundum leges puniendum putabant, quale hoc fuit. Ideo Cicero queritur se novo iudicio, hoc est, extraordinario fuisse perturbatum, et præterea nova illius forma propter præsidium militare. *Græv.*

**CAP. II.** § 3 *Unum genus est adversum infestumque nobis, &c.]* Ita, ut in expositione argumenti diximus,

Manutius Plancus pridie pro concione populum adhortatus erat, ne pataretur elabi Milonem. *Ascon.*

**CAP. III.** § 8 *Eum] Orestem. Manut.*

*Patris]* Agamemnonis, ab uxore Clytemnestra, et ejus adultero Ægisto interfecti. *Idem.*

*Variatis hominum sententiis]* Areopagitarum, cum alii factum ejus probarent, alii vituperarent: quod Minerva discrimen sustulit. *Idem.*

**CAP. IV.** *Quæ non modo]* Dictio modo sententiæ nubeculam offundit.

Itaque rescritbit Gulielmius, *quæ non omnimodo.* Lambibus eam vocem dedit. Et vero abest exemplari Basilicæ Coloniensis. Perstat tamen in Palatinis novem et Gruteriano. *Grut.* *Non modo,* est *non modo non*, ut sæpe Cicero. Exempla colligit Muretus in Variis, et aliis. Cicero hinc argumentatur, esse cædem quandam licitam, quia cum telo esse concedat se defendendi causa, non autem alium insidiis occidendi. *Græv.* Hic *non modo,* esse *non modo non*, nullus persuadebit mihi. Sane in exemplis quæ collegit Muretus Var. Lect. x. 7. post *non modo* sequitur vel *ne quidem*, vel *sed etiam*: quorum neutrum, aut quidpiam simile hic esse potest. Ego totum hunc locum sic opinor posse intelligi. Dat ipsa lex tacite potestatem occidendi. Non enim in ea est tantum modo caput id, quod hominem occidi vetat, sed est alterum quoque, quod vetat esse cum telo hominis occidendi causa. Cum ergo queritur, an quispiam contra legem fecerit; in quæstionem non venit, telumne habuerit, sed qua causa habuerit. Si hominis occidendi causa, fecit contra legem. Si telum habuit, si telo hominem occidit, sui defendendi causa, non fecit contra legem: non enim telum habuit occidendi hominis causa, sed sibi defendendi. *Olivet.*

**CAP. V.** § 12 *Declarant hujus ambusti tribuni pl. illæ intermortua concio-*

*nes, quibus quotidie meam potentium invidiose criminabatur]* T. Munatius Plancus, et Q. Pompeius Rufus tribuni pl. de quibus in argumento hujus orationis diximus, cum contra Milonem Scipioni et Hypsæo studenterent, concionati sunt eo ipso tempore, plebemque in Milonem accenderunt, quo, propter Clodii corpus, curia incensa est; nec prius destiterunt, quam flamma ejus incendii fugati sunt e concione. Erant enim tunc rostra non eo loco, quo nunc sunt, sed ad Comitium, prope juncta curiae. Ob hoc T. Munatium ambustum tribunum appellat. Fuit autem paratus ad dicendum. *Ascon.*

*Quæstionem]* Novam, de qua Pompeius legem tulerat. *Manut.*

§ 13 *Cur igitur incendium curiæ, oppugnationem ædium M. Lepidi, cædem hanc ipsam, contra rempubl. senatus factam esse decrevit?* Post biduum medium quam Clodius occisus erat, interrex primus proditus est M. Æmilius Lepidus. Nou fuit autem moris, ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi. Sed Scipionis et Hypsæi factiones, quia recens invidia Milonis erat, cum contra ius postularent, ut interrex ad comitia consulum creandorum descendere, idque ipse non faceret, domum ejus per omnes interregni dies (fuerant autem ex more quinque) obseverunt, deinde, omni vi janua expugnata, et imagines majorum dejecerunt, et lectulum adversum uxoris ejus Corneliæ, cuius castitas pro exemplo habita est, fregerunt; itemque telas, quæ ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt. Postque supervenit Milonis manus et ipsa postulans comitia: cuius adventus fuit saluti Lepido; in se enim ipsæ conversæ sunt factiones inimicæ, atque ita oppugnatio domus interregis omissa est. *Idem.*

CAP. VI. § 14 *Quod si per furiosum illum tribunum pl. senatui, quod*

*sentiebat, perficere licisset; novam quæstionem nunc nullam haberemus. Decernebat enim, ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quereretur. Divisa sententia est postulante nescio quo. Nihil enim necesse est omnium flagitia proferre. Sic reliqua auctoritas senatus, empta intercessione, sublata est]* Quid sit ‘dividere sententiam,’ ut enarrandum sit, vestra ætas, filii, facit. Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res complectitur; eæ si non omnes probantur, postulatur ut dividat, id est, ut de rebus singulis referatur. (Forsitan nunc hoc quoque velitis scire, qui fuerit, qui postulaverit, quod non fecerat auditor.) Non est ei, qui hoc postulat, oratione longa utendum, ac ne consurgendum quidem utique est: multi enim sedentes hoc unum verbum pronunciant, ‘divide:’ quod cum auditum est, liberum ei, qui facit orationem, dividere. Sed ego, ut curiosius ætati vestræ satisfaciam, acta etiam totius illius temporis persecutus sum; in quibus cognovi, pridie Kal. Mart. S. C. esse factum, P. Clodii cædem, et incendium curiæ, et oppugnationem ædium M. Lepidi contra remp. factam: ultra relatum in acta illo die nihil: postero die, id est, Kal. Mart. Munatium in concione exposuisse populo, quæ pridie acta erant in senatu: in qua concione hæc dixit ad verbum: ‘Q. Hortensium dixisse ut extra ordinem quereretur: apud quæsitorem æstimare futurum, ut, cum pusillum edisset dulcedinis, largiter acerbitalis devoraret. Adversus hominem ingeniosum ingenio usi sumus: inventimus Fusium, qui diceret, divideret sententiam. Reliquæ parti ego et Sallustius intercessimus.’ Hæc concio, ut puto, explicat, et quid senatus decernere voluerit, et quis divisionem postulaverit, et quis intercesserit, et cur. Illud vos meminisse non dubito, per Q. Fusium illo quoque

tempore, quo de incestu P. Clodii actum est, factum, ne a senatu asperius decerneretur. *Manut.*

§ 15 *At enim C. Pompeius]* Adversariorum objectio. Esto: senatus de re tantummodo judicarit, censueritque Clodii cædem, cuiuscunque tandem scelere contigisset, esse contra rempublicam. At Cn. Pompeius, non solum de re, sed etiam de causa judicavit. *Abram.*

*Paret]* *Paret* proprium est in hac re verbum, pro liquet, patet. Vide Brissonii formularum lib. v. *Græv.*

*Salutarem]* A, quæ absolvit. *Tristem*, C, quæ condemnat. *Manut.*

CAP. VIII. § 22 *Ut consularem nescisse esset]* Creari suffragiis populi, qui quæstioni præcesset. *Idem.*

*Dederas enim, quam contemneres populares insanias, jam ab adolescentia documenta maxima]* Constantiam L. Domitii, quam in prætura præstitit, significat. Nam eo tempore, cum Cn. Manlius tribunus pl. subiuxus libertinorum et servorum mann, perditissimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idque per tumultum ageret, et clivum Capitolinum obsideret, discusserat, perruperatque cœtum Domitius, ita ut multi Manlianorum interficerentur. Quo facto et plebem insinuam offenderat, et senatus magnam gratiam inierat. *Ascon.*

CAP. IX. § 24 *Ita tracta esse comitia]* De die in diem dilata, adeo ut consules Domitius Calvinus, et Varius Messala septimo mense vix tandem inierint consulatum: quod etiam in comitiis prætoris videtur contigisse: ut quinque menses ad summum gesserint præturam. Vide Dionem lib. XL. *Abram.*

§ 25 *Occurrebat]* Erfurtensis optimus hic addit *ei*, quod vix sine sensu detimento potest abesse. *Græv.*

*Collinam novam]* Horum verborum sententia aperta est; hoc enim significant, Clodium, delectu civium per-

ditissimorum habito, eos in certum numerum redegisse, ut nova tribus Collina (quam unam ex quatuor urbani fuisse nemo est qui nesciat) efficeretur. Itaque nihil necesse est comminisci coloniam, quam Clodius, si prætor factus esset, deducturus fnerit. *Fabrit.*

CAP. X. § 27 *Ad flaminem]* Junonis Sospitæ. *Prodendum]* Renunciandum, vel creandum. *Abram.*

§ 28 *Nullis Græcis comitibus]* Romani proceres in familia sua studiorum causa Græcos fovebant, rhetores, grammaticos, medicos, philosophos, poëtas, ut Lucullus Archiam poëtam suæ cohorti adscripserat. Vide Orat. pro Archia, c. 3. Sic ille Græcus in Pisonis amicitiam receptus, quem describit elegantissime in Orat. in Pison. c. 28. Vide de Græcis comitibus Augusti Sueton. in ejus Vita c. 89. et Tiberii in ejus Vita c. 56. Vide quoque Juvenalem Græculos hos lepide descriptem, qui Romanam veniebant, et omnes artes jactabant, Sat. III. 69. et seqq. *Græv.*

*Sine uxore]* Fulvia, quæ deinde nupsit Antonio; et, ut refert Dio lib. XLVII. allatum Ciceronis demortui caput computavit, linguam extraxit, acu crinali perforavit, antequam in Rostris poneretur. *Abram.*

CAP. XII. § 32 *Itaque illud Cassianum, Cui bono fuerit, in his personis valeat]* L. Cassius fuit, sicutjam saepe diximus, summæ vir severitatis. Quoties quæsitor judicij alicujus esset, in quo quereretur de homine occiso, suadebat, atque etiam præibat judicibus, (hoc quod Cicero nunc admonet) ut quereretur, cui bono fuisse perire eum, de cuius morte quereretur. Ob quam severitatem, quo tempore Sex. Peduceus tribunus pl. criminatus est, L. Metellum pont. max. totumque collegium pontificum male judicasse de incestu virginum Vestaliuum quod, unam modo Æmiliam damnaverat, absolverat autem duas,

Marciam et Liciniam, populus hunc Cassium creavit, qui de eisdem virginibus quæreret: isque et utrasque eas, et præterea complures alias, nimia etiam, ut existimatio est, asperitate usus, damnavit. *Ascon.*

*Cui bono fuerit?* Non, ut vulgo in ore est omnibus, id significat, ad quem usum? Sed, cui homini res fuerit bono, seu emolumento? *J. J. Gronov. Observ. iv. 9.*

§ 33 *Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tunc solebat, cum omnibus omnium minabatur. Movet me quippe lumen curiae?* Hic est Sex. Clodius, quem in argomento hujus orationis diximus corpus Clodii in curiam attulisse, et ibi cremasse, eoque incenso curiam conflagrasse. Ideo lumen curiae dicit. *Ascon.* Fingit se arripere digressionis occasionem ex tempore, et ex Clodii oculorum conjectu: ne domo præmeditata proferre videatur. *Abram.*

*Movet me quippe lumen curiae?* Jocus in ambiguo. Innuit enim curiae incendium, cum Sext. Clodium clarissimum senatorem vocare videatur. *Idem.*

CAP. XIII. *Punitus es?* Pro punivisti, figurate: *fabricatus est gladium, pro, fabricavit.* Quod utrumque Quintil. ix. 3. ad verborum figuras refert. *Manut.*

*Quam rem?* Alii legunt, quare etsi nefarie fecisti. Et sane vix appetet quæ necessitas incubuerit id faciendi, nisi si forte dicamus Sextum populi tumultuantis insania compulsum fuisse, ut et cadaver ejiceret, et curiam incenderet. Vel sensus erit: Quam rem etsi P. Clodio, qui tibi erat necessarius, fecisti. *Abram.*

CAP. XIV. § 36 *Aut vestra mala, aut mea nec præclurissima?* Alii aliter legunt. Ferratius delet *nec*, et sic interpretatur: Causa de conjuratis imperfectis videbatur mala, sed erat causa senatus, qui eos puniri voluerat. De conjuratis deprehensis, præ-

clarissima erat, et mea, qui deprehenderam. Neutra in causa erat, quod timerem. Potest tamen, ni fallor, servari *nec*. Hoc enim totum ironice dictum. *Olivet.*

§ 37 *Quando illius postea sica illa, quam a Catilina acceperat, conquierit, hæc intentata nobis est: huic ego objici vos pro me passus non sum: hæc insidiata Pompeio est?* Manifestum est pertinere ad id tempus, quo, post rogationem a P. Clodio in eum promulgatam, urbe cessit. Quare dicat, *insidiata Pompeio est*, fortassis quærat; Pisone et Gabinio coss. pulso Cicerone in exilium, cum III Idus Sext. Pompeius in senatum venit, dicitur servo P. Clodii sicanu excidisse, eaque ad Gabinium consulem delata, dictum est, servo imperatum a P. Clodio, ut Pompeius occidetur. Pompeius statim domum rediit: ex eo domi tenus [Fortasse, *domitenus*. Quid enim hoc est sic disjunctum? At *domitenus* est is, qui se domi vel domo tenet, qui domum tenet et servat. Vox composita, ut ‘domiducens,’ ‘domipota,’ ‘domiseda,’ &c. Vide Basilii Fabri Thesaurum, verbo ‘Domus.’ *Olivet.*] ob sessus est etiam a liberto Clodii Damione, ut ex actis ejus temporis cognovi: in quibus xv Kal. Sept. L. Novius tribunus pl. collega Clodii, cum Damio adversum Flavium prætorem appellaret tribunos, et tribuni de appellatione cognoscerent, ita sententiam dixit: Et hoc apparitore Pnblii Clodii vulneratus sum: et hominibus armatis præsidii dispositis a republica remotus sum. Cnens Pompeius ob sessus est. Cum appeller, non utar ejus exemplo quem vitupero: et iudicium tollam, et reliqua de intercessione. *Ascon.*

*Hæc istam Appiam riam, monumentum nominis sui, nece Papirii cruentarit?* Pompeius post triumphum Mithridaticum, Tigranis filium in catenis deposuerat apud Flavium senato-

rem: qui postea cum esset prætor eodem anno, quo tribunus pl. Clodius, petit ab eo Clodius super cœnam, ut Tigranem adduci juberet, ut enī videret. Adductum collocavit in convivium, dein Flavio non redditum: Tigranem dimisit, et habuit extra catenas, nec repetenti Pompeio reddidit: postea in navem deposuit: et cum profugeret, ille tempestate delatus est Antium. Illico, ut deduceretur ad se, Clodius Sex. Clodium, de quo supra dixi, misit, qui enī reduceret. Flavius quoque re cognita ad diripiendum Tigranem profectus est. Ad quartum lapidem ab urbe pugna facta est, in qua multi ex utraque parte ceciderunt; plures tamen ex Flavii, inter quos et M. Papirius eques Romanus publicanus, familiaris Pompeio. Flavius sine comite Romam vix persiguit. *Idem.*

*Hæc eadem longo intervallo conversa rursus est in me. Nuper quidem, ut scitis, me ad Regiam pene confecit]* Qno die periculum hoc adierit, ut Clodius eum ad Regiam pene confecerit, nusquam plane inveoi. Non tamen adducor, ut putem Ciceronem mentitum, præsertim cum adjiciat, ‘ut scitis.’ Sed videtur mihi loqui de eo die, quo consilibus Domitio, et Messala, qui præcesserant eum annum, cum hæc oratio dicta est, inter candidatorum Hypsæi et Milonis manus in Via Sacra pugnatum est, multique ex Milonis ex improviso ceciderunt. De cujus diei cæde et periculo suo ut putem loqui eum, facit et locus pugnæ; nam in Sacra Via traditur commissa, in qua est Regia; et quod affuerunt cum candidatis suffragatores, Milonis Cicero, Hypsæi Clodius. *Idem.*

§ 38 *Potuitne L. Cæcilius, justissimi fortissimique prætoris, oppugnata domo?* L. Cæcius Rufus, de quo dicitur, prætor fuit P. Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote coss. quo anno Cicerio restitutus est. Is cum faceret lu-

dos Apollinares, ita infima concitata multitudo annonæ caritate tumultuata est, ut omnes, qui in theatro spectandi causa conserverant, pellerentur. De oppgnata domo usquam adhuc legi. Pompeius tamen, cum defenseret Miloneum apud populum, de vi accusante Clodio, obstitit. Et legimus apud Tironem libertum Ciceronis in libro quarto de vita ejus, op pressum a Clodio L. Cæcilium prætorem. *Idem.*

CAP. XVI. § 40 *Pompeium pro Milone dicentem*] Vide Epist. ad Q. Fratrem, II. 3. et Fam. I. 3.

*Cum M. Antonius*] Difficile est expedire quam M. Antonius reipublicæ partem suscepere; nisi si fortasse Clodio, cum Coloniam, vel, ut alii malunt, Collinan: novam, delectum perditissimorum scriberet civium, ut dictum est initio narrationis, ei se opposuit M. Antonius, cumque jure et legibus huic delectum impedire non posset, ferro conatus est occidere. Vide Philipp. II. 9. *Abram.*

§ 41 *Septa*] In comitiis repagula quædam erant tum in campo, tum in foro, quibus multitudo arcebatur. Suffragium autem latri intromitterebantur. *Hotom.*

CAP. XVII. § 45 *At quo die?* Quo, ut ante dixi, insanissima concio, ab ipsius mercenario tribuno pl. concitata] Hoc significat, eo die, quo Clodius occisus est, concionatum esse mercenarium ejus tribunum pl. Sunt autem concionati eo die, ut ex actis apparet, C. Sallustius, et Q. Pompeius, utrique et inimici Milonis, et satis inquieti. Sed videtur mihi Q. Pompeium significari. Nam ejus seditionis fuit concio. *Ascon.*

§ 46 *Dixit C. Cassinius Interamnas, familiarissimus, et idem comes Clodi, P. Clodium illo die Albæ mansurum*] Fuit hic Cassinius, apud quem Clodius mansisse Interamnæ videri volebat, qua nocte deprehensus est in Cæsar's domo, cum ibi in opero vir-

gines pro populo Romano sacra facerent. *Idem.*

CAP. XVIII. § 47 *Scilis, judices, fuisse, qui in hac rogatione suadenda dicerent, Milonis manu eadem esse factum, consilio vero majoris alicujus. Me videlicet latronem et sicarum abjecti homines et perditu describebant.] Q. Pompeius Rufus, et Sallustius tribuni fuerunt, quos significat. Hi enim primi de ea lege ferenda populum hortati sunt, et dixerunt, manu Milonis occisum esse Clodium, consilio vero majoris alienjus. Idem.*

CAP. XIX. § 49 *Quid afferebat causa festinationis? Si subscriberent libri, amplecterer lectionem, quam non Victorius solum est amplexus, sed quam præ se fert Ascensiana, Cratandri, et Hervagiana, Quid adferrebat festinatio? Quid adferrebat emolumenti, aut utilitatis festinatio? Causa sæpissime est prætextus. Hæc igitur erit sententia vulgatae lectionis: Causa festinationis quid adferrebat? Prætextus iste Romam properanti quid tibi proderat? quem fructum ex illa festinatione capiebam? Sed vulgatam sanam esse non credo. Græv. Sic opinor posse emendari: Quid afferebat causam festinationis? Anon.*

*Atque ut illi nocturnus adventus vietandus fuit, sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem noctu accessurum sciebat, subsistendum, &c.] Via Appia est prope urbem monumentum Basili, qui locus latrociniis fuit perquam infamis: quod ex aliis quoque multis intelligi potest. Ascon.*

§ 51 *Quod nisi sciret Milo] Legunt alii, Quod ut sciret. Libenter legerim, Quidni, si sciret. Ut vocem diversorum interrogationis nota subsequatur. Vel, quod magis arridet, Quod, si sciret, &c. Abram. Erfurtensis sane et Lambini vetus codex, Quod, ut sciret Milo; quæ scriptura non est repudianda. Ut accipitur, ut sæpius ut ut, pro quamvis, licet.*

Quamvis id sciret Milo, &c. Græv.

*Aricia fuisse] Sensus est: Milo vel ignoravit discessisse Clodium Aricia, sicque non est profectus eo consilio, ut Aricia redeuntem interficeret: vel scivit, adeoque potuit suspicari, Clodium diversorum ad Albanam villam suam, quæ erat prope viam. Cur igitur non occurrit Cludio inter Ariciam et Albanum? Ferrat.*

CAP. XX. § 53 *Mille hominum versabatur] Vide Gronov. de Sestertiis, 1. 10. ubi erudit ostendit, mille non esse χιλιάδα, ut statuebant Gellius et Macrobius, nec mille hominum dictum esse conjunctione substantivi cum substantivo, sed adjektivi cum substantivo, nec nominativi cum genitivo, sed dñorum genitivorum; intelligi autem nominativum, ‘multitudo,’ vel ‘numerus,’ vel ‘manus,’ ut integræ apud Maronem: ‘Sub quo mille manus juvenum.’ Græv.*

§ 54 *In Alsiensi] Alsium oppidum fuit in Etruria, ut auctor est Plin. III. 5. in cuius territorio villam habuisse videtur Pompeius. Abram.*

CAP. XXI. § 55 *Comites Græculi, quoque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat] Sæpe objicit Clodio Cicero, socium eum conjuratiois Catilinæ fuisse. Quam rem nunc quoque reticens ostendit. Fuerat enim opinio, ut Catilina ex urbe profugerat in castra Manlii centurionis, qui tum in Etruria ad Fæsulas exercitum ei comparabat; Clodium subsecutus eum voluisse, et cœpisse, tum dein mutato consilio in urbem redisse. Ascon.*

CAP. XXII. § 59 *Proxime ad Deos accessit Clodius] Cujus de servis ita qnæritur, ut si cæremoniæ Deorum violatae essent. Munut.*

*Cum ad ipsos penetrarat] Festive tempus illud describit, cum ingressus est Clodius muliebri vestitu, stupri causa, ad sacra Bonæ Dææ. Idem.*

CAP. XXIV. § 61 *Sparorum] Nonnius de geneice armorum: ‘Sparus*

telum agreste.<sup>3</sup> Abram.

§ 66 *Tam celebri loco]* Habitabat enim Cæsar, a quo tempore pontifex max. creatus est, in Sacra Via, in domo publica; cum ante pontificatum in Suburra modicis ædibus habitas-set. Sueton.

*Nisi eo tacente]* Miror Lambinum hic non recepisse verissimam scripturam veteris codicis, in quo est, *ut eo tacente res*, quam didicit ex Fabricio, ut ejus editionis margines ostendunt. *Nisi hic ferri non potest.* Græv.

CAP. XXV. § 67 *Non jam hoc Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei, (te enim jam appello, et ea voce, ut me exaudire possis) tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus]* Diximus in argumento orationis hujus, Cn. Pompeium simulasse se timere, seu plane timuisse Milonem, et ideo ne domi quidem sua, sed in hortis superioribus ante judicium mansisse, ita ut villam quoque præsidio militum circumdaret. Q. Pompeius tribunus pl. qui fuerat familiarissimus omnium P. Clodio, et sectam suam sequi se palam profitebatur, dixerat in concione paucis post diebus, quam Clodius erat occisus: ‘Milo dedit, quem in curia cremaretis: dabo, quem in Capitolio sepeliatis.’ In eadem concione idem dixerat (habuit enim eam a. d. VIII Kal. Febr. cum Milo pri-die, id est, VII Kal. Febr. venire ad Pompeium in hortos ejus voluisse) Pompeium ei per hominem propinquum misse, ne ad se veniret. Prins etiam quam Pompeius tertium consul crearetur, tres tribuni, Q. Pompeius Rufus, C. Sallustius Crispus, T. Munatius Plancus, cum quotidianis concionibus suis magnam invidiam Milioni propter Clodium excitarent, produxerant ad populum Cn. Pompeium, et ab eo quæsierant, num ad eum de-latum esset illud quoque indicium, sua vitæ insidiari Milonem. Respon-derat Pompeius, Licinium quendam

de plebe, sacrificulum, qui solitus esset familias purgare, ad se detulisse, servos quosdam Milonis, itemque libertos comparatos esse ad cædem suam: nomina quoque servorum edidisse: ad Milonem misisse, ut eos in potestate sua haberet: a Milone responsum esse, ex iis servis, quos nominasset, partim neminem se unquam habuisse, partim manumissee. Dein, cum Licinium apnd se habe-ret, Lucium quendam de plebe ad corrumpendum judicem venisse: qua re cognita, in vincula eum publica a se conjectum. Decreverat enim senatus, ut cum interrege et tribunis pl. Pompeius daret operam, ne quid respublica detrimenti caperet. Ob has suspiciones Pompeius in superioribus hortis se continnerat, deinde ex S. C. delectu per Italiam habitu cum redisset, venientem ad se Milonem unum omnium non admiserat. Item, cum senatus in porticu Pompeii haberetur, ut Pompeius posset interesse, unum tum excuti prius, quam in senatum intraret, jussaserat. Hæ sunt suspiciones, quas dicit se Cicero pertimescere. Ascon.

*Conquisitores]* Qui delectui habendo, conscribendoque exercitu præerant. Ferrat.

§ 68 *Antestaretur]* ‘Antestari’ dicebantur ii, qui cum in ius quempiam vocarant, præsentes apprehensa auricula monebant, uti meminissent eum in ius vocatum, et, cum opus esset, id testarentur. Vide Turneb. XIII. 27. Abram.

CAP. XXVI. § 71 *Contra hesternam concionem illam]* Idem T. Munatius Plancus, ut sæpe diximus, post auditæ et obsignata testimoni verba, dimis-sosque interim judices, vocata con-cione cohortatus erat populm, ut clausis tabernis postero die ad iudi-cium adesset, nec pateretur elabi Milonem. Ascon.

CAP. XXVII. § 74 *Sacramentis]* Sa-crimento contendere, est, deposita

apud pontificem pecunia litigare.  
Varro Ling. Lat. lib. v. et Asconius  
in Div. *Manut.*

CAP. XXVIII. § 76 *Ferre imperium . . . enim feceratis]* Grnt. *ferre?*  
*Imperium si ille nactus esset, omitto . . .*  
*faceretis.*

§ 77 *Essel vero timendum]* Ironice  
dictum. Particula vero servit ironiae,  
ut monet Servius Æneid. iv. 93.  
*Abram.*

CAP. XXXI. § 85 *Vos enim jam Albani tumuli]* Quintil. xii. 10. ‘Hic  
orator,’ inquit, ‘et defunctos excita-  
bit, ut Appium Cæcum: apud hunc  
et patria ipsa exclamabit, aliquemque  
(ut apud Ciceronem in oratione  
contra Catilinam in senatu) alloque-  
tur. Hic et amplificationibus extolle-  
tationem, et vi superlationum quo-  
que eriget: ‘Quæ Charybdis tam vo-  
rax? &c. Oceanus medius fidius ipse.’  
Nota sunt enim jam studiosis hæc lu-  
mina. Hic Deos ipsos in congressum  
prope snum, sermonemque deducet:  
‘Vos enim Albani tumuli, atque luci,  
vos, inquam, Albanorum obrutæ aræ,  
sacrorum populi Romani sociæ et  
æquales.’’ Idem lib. vii. 2. ‘Aver-  
sus quoque a judice sermo, qui dici-  
tur ἀποστροφὴ, mire movet: sive ad-  
versarios invadimus: ‘Quid enim  
tunc ille, Tubero, in acie Pharsalica  
gladius agebatur?’ Sive ad invocatio-  
nem aliquam convertimus: ‘Vos  
enim jam ego, Albani tumuli, atque  
luci.’’ *Manut.*

*Latianis]* Vide Plin. xxxiv. 7.

CAP. XXXII. § 88 *Incidebantur jam  
domi leges, quæ nos nostris servis addi-  
cerent]* Significasse jam puto nos, fu-  
isse inter leges P. Clodii, quas ferre  
proposuerat, eam quoque, qua liber-  
tini, qui non plus quam in urbanis  
tribubus suffragium ferebant, pos-  
sent in rusticis quoque tribubus, quæ  
propriæ ingenuorum sunt, ferre. *As-  
con.*

CAP. XXXIII. *Senatus, credo, præ-  
torem eum circumscripsisset, ne, cum*

*solebat quidem id facere, in privato eo-  
dem hoc aliquid profecerat]* Significat  
id tempus, quo P. Clodius, cum adhuc  
quæstor designatus esset, intravit eo,  
ubi sacrificium pro populo Romano  
fiebat. Quod factum notatum erat a  
senatu, decretumque ut extra ordi-  
nem judicium fieret. *Idem.*

§ 89 *Consularem]* Ciceronem.

CAP. XXXV. § 95 *Plebem, et infi-  
mam multitudinem, quæ P. Clodio duce  
fortunis vestris imminebat, eam, quo  
tutior esset vestra vita, se fecisse com-  
memorat, ut non modo virtute flecteret,  
sed etiam tribus suis patrimonii delini-  
ret]* Puto jam supra esse dictum,  
Milonem ex familia fuisse Papia,  
deinde adoptatum fuisse a C. Annio  
avo suo materno. Tertium patrimo-  
nium videtur significare matris. Ali-  
und enim quod fuerit, non invenio.  
Peracta utrinque causa, singuli qui-  
nos accusator et reus senator, tot-  
idem equites, et tribunos ærarios re-  
jecerunt; ita ut unus et quinquaginta  
sententias tulerint. Senatores  
condemnaverunt 12. absolverunt 6.  
Equites condemnaverunt 13. absolu-  
verunt 4. Tribuni ærarii condemna-  
verunt 13. absolverunt 3. Videban-  
tur non ignorasse judices, inscio Mil-  
one initio vulneratum esse Clodium;  
sed compererant, postquam vulnera-  
tus esset, jussu Milonis occisum.  
Fuerunt, qui crederent, M. Catonis  
sententia enim esse absolutum. Nam  
et bene cum republica actum esse  
morte P. Clodii non dissimulaverat,  
et studebat in petitione consulatus  
Miloni, et reo affuerat. Nominave-  
rat quoque eum Cicero præsentem,  
et testatus erat, audisse eum a M.  
Favonio ante diem tertium, quam  
cædes facta erat, Clodium dixisse  
periturum esse eo triduo Milonem.  
Sed Milonis quoque notam audaciam  
vindicare P. R. utile visum est: unde  
sciri unquam potuit utram senten-  
tiæ tulisset? Damnatum autem  
opera maxime Appii Claudii, pro-

nunciatum est. Milo postero die factus rens ambitus apud Manlium Torquatum, absens damnatus est. Illa quoque lege accusator fuit ejus Appius Claudius, et cum ei præmiuni lege daretur, negavite ei. Subscripterunt, et in ambitus iudicio P. Valerius Leo, et Cn. Domitius, Cn. F. Post paucos dies quoque Milo apud Favonium quæstorem de sodalitiis damnatus est, accnsante P. Fulvio Nerato, cui lege præmii datum est. Deinde apud L. Fabium quæstorem iterum absens damnatus est vi. Accusavit L. Cornificius, et Q. Patulcius. Milo in exilium Massiliam intra paucissimos dies profectus est. Bona ejus propter alieni æris magnitudinem semuncia venierunt. Post Milonem, eadem lege Pompeia primus est accusatus M. Saufeius M. F. qui dux fuerat in expugnanda taberna Bovillis et Clodins occidendo. Accusaverunt enim L. Cassius, L. Fulcinus C. filius, C. Valerius. Defenderunt M. Cicero, M. Celius: obtinueruntque, ut una sententia absolveretur. Condemnaverunt senatores 10. absolverunt 8. Condemnaverunt equites Romani 9. absolverunt 8. sed ex tribunis ærariis de-

cem absolverunt, 6. condemnaverunt; manifestumque odium Clodii saluti Sanfeio fuit, cum ejus vel pejor causa quam Milonis fuisse, qui aperte dux fuerat expugnandæ tabernæ repertus. Deinde post paucos dies apud Considium quæstorem lege Plautia de vi, subscriptione eadem accusatus est, quod loca occupasset, et cum telo fuisse antesignanus operarum Milonis. Accusaverunt C. Fidius, Cn. Aponius, Cn. filius, M. Seius, Sex. F. Defenderunt M. Cicero, M. Terentius Varro Gibba. Absolutus est sententiis plenius, quam prius. Graves habuit 19. absolutorias 32. Sed e contrario hoc, ac priore iudicio, accidit. Equites enim, ac senatores eum absolverunt, tribuni ærarii damnaverunt. Sex. autem Clodius, quo auctore corpus Clodii in curiam illatum fuit, accusantibus C. Cesennio Philone, M. Ausadio, L. Aponio, magno consensu damnatus est, sententiis 6. et 11. absolutorias 5. omnino habuit, duas scuatorum, tres equitum. Multi præterea, et præsentes, et cum citati non respondissent, damnati sunt, ex quibus maxima pars fuit Clodianorum. Ascon.

## PRO C. RABIRIO POSTUMO.

**ARGUM.**—Legis Juliae de repetundis caput quoddam erat, ‘Quo ea pecunia pervenisset;’ ut si, de repetundis damnatus non cassisset populo prædibus ante iudicium datis, neque bonorum suorum venditione post damnationem satisfecisset, ii postularentur, ad quos ea pecunia pervenisset. A. Gabinius, Syriæ proconsul, cum Romanam revertisset Ap.

Claudio et L. Domitio coss. accusatus est de maiestate apud C. Alfium, et absolutus: accusatus iterum de repetundis apud M. Catonem damnatus est, quod accepta pecunia Ptolemaeum in regnum restituisset. Gabinius damnato lis, ut mos erat, æstimata est decem millibus talentum; cumque ex illius bonis tantum pecuniae non posset redigi, neque antea

prædes populo dedisset; accusatus est ab eodem Gabinii accusatore, C. Memmio, tribuno pl. C. Rabirius apud eosdem iudices, quasi ad eum ea pecunia pervenisset. Cicero defendit. *Ferrat.*

CAP. I. § 1 *Suæ fortunæ ... opes]*  
Vide Mureti Var. Lect. XVII. 5.

*Potestati regiae] Ptolemæo, quod ex narratione perspicuum erit. Hotom.*

§ 2 *Quod sermone hominum ad memoriam patrum virtus celebretur]* Cum sæpe homines patrum virtutem commemorarent in filiis ornandis. *Ferrat.*

*Parva magnis]* Publicanus imperatoribus. *Idem.*

CAP. II. § 4 *Nunquam viderat]* Unde Postumi cognomen accepit. *Manut.*

*Magnas partes]* Præcipuas curationes; ut infra: ‘Dare partes.’ *Idem.*

*Publicorum]* Sic Pall. ambo, neque aliter citat Turneb. Adversar. x. 23. legique sic voluit Cujacins Observ. x. 25. Muretus, XVII. Vulgata publicanorum. Grnt.

*Dedit se regibus]* ‘Dare se alicui’ est offerre alicui sua officia, et operam, et facere, quod quis vult. Cic. ad Fam. II. 8. ‘Da te homini, complectetur, milii crede.’ Grav. Videatur item Turneb. Advers. x. 23.

*Mittere in negotium]* Ad obeunda societatum negotia: ad deportandas pecunias, quæ a societate credebantur; aut eas exigendas. *Hotom.*

*Dixit Sibylla]* Cum a senatu decretum esset, ut Lentulus, qui tum proconsul Ciliciam obtinebat, regem reduceret. Rex autem legatos Alexandrinorum, qui Romam causam expulsionis dicturi veniebant, partim interficiendos, partim corrumpendos curasset; Jovis statua in Albano posita de cælo tacta est: ob eam causam Sibyllini libri consulti sunt, in quibus ita scriptum fuit, ‘Si Ægypti rex venerit, opis indigens, amicitiam

quidem ne recusetis, exercitu antem ne illum adjuvetis, alioquin in labores et discrimina curretis. Quæ verba senatus cum iis quæ acciderant conferens, ea quæ prius decreverat religionis causa (ut dicebant) abrogavit.’ Hæc Dio. Sed tamen Cicero ad Lentulum scribens Epist. Famil. lib. I. fieta et simulata hæc fuisse omnia confirmat. *Idem.*

CAP. III. § 5 *Hinc primum exoritur crimen illud: senatum corruptum esse dicunt]* Vel hic legatur pro hinc, et tunc sententia erit clarior; vel omnia illa deleantr, *primum exoritur crimen illud.* Et tunc exponam hinc, ex hac pecunia scilicet, corruptum esse senatum dicnnt. Delenda quidem esse videntur, tum quod ex loco inferiore desumpta esse appareant, at ex hoc ipso crimen exoritur; tum etiam, quod si non deleantr, nullam fere accusatio illa sequens adversus Rabirium vim haberet, quod senatus corruptus esse diceretur. Nunc deletis illis, et iis quæ restant, conjunctis inter se, sic, *hinc senatum corruptum esse dicunt:* vim accusatio maiorē habet, cum objicitur Rabirio, quod ex ea pecunia, quam ille regi credidisset, corruptus esse senatus dicatur. Quod tamen verba illa attinet, *primum exoritur crimen illud*, sic etiam loquitur in ea pro Ligario cap. 7. ‘Hinc in Ligarium crimen exoritur.’ *Patric.*

§ 6 *Causam dicunt]* Rei sunt, accusantur. *Manut.*

*Non dicimus]* Nam si, qui corrupti, accusatur; cur non simul is, qui corruptus est? *Idem.*

CAP. IV. § 8 *Quo ea pecunia pervererit]* Verba legis Julie adversus omnes, qui partem aliquam pecuniae contra leges accepissent. Qui non accusabantur primo loco, sed post eum, in quem totum illud acceptæ pecuniae crimen conjiceretur. Qui si erat absoltus, nemo præterea accusabatur. Sin damnatus, accusaban-

tur ii, ad quos ejus pecuniæ pars pervenisse putaretur. Ideo subjungit, ‘quasi quædam appendicula causæ indicatæ atque damnatae.’ *Idem.*

*Sunt lites aestimatae A. Gabinio]* Damnato reo, æstimatio fiebat acceptæ ab eo pecuniæ. Eam pecuniæ aut prædes dati se soluturos pollicebantur; aut ex rei bonis, auctio venditis, exigi oportebat. Neutræ dicit esse factum. *Idem.*

*Nec ex ejus bonis, quanta summa litium fuisset, a populo recipi, &c.]* Lectio corruptissima. Quomodo legatur in scriptis suis, prodidit Turneb. Advers. x. 23. Nam ut veteris editionis, et Pall. variantes adscribam, otium non est. Muretus ait erutam a se veram lectionem e Ciofani libro, *litium fuit, servari potest.* Cujacius Paratitlis ad D. Lege Julia repetundarum, legendum esse asserit, *litium fuisset, pecuniæ serratae.* Grut. Legit autem Lambinus, *Nec ex ejus bonis, quanta summa litium fuisset recepta.* Lex ecqua est? Jubet lex, &c. Bene quidem, si ex MSS. Confer, quæ infra leguntur, cap. 13. *Olivet.*

*Si est hoc novum]* Mihi vero similima videtur emendatio Mureti, qui legit e duobus manuscriptis, *Si est hoc novum in lege Julia, sicuti multa sunt severius scripta, quam in antiquis legibus, et sanctius; inducatur sane etiam consuetudo hujus generis judiciorum nova.* Pro *judicata* scribitur sane in Francii etiam indicatur. Ex vulgata nullam sententiam commiodam extorqueas, nec quid sibi hic velit *judicata*, facile dicas. Nam valde friget oratio, si sic explices: quæ et sanctius esse scripta ab hominibus *judicata* sunt. Nunquam sic scripsit Cicero. Vera est manuscriptorum Mureti et Francii lectio. Sequentia clamant, hanc esse solam probandam: ‘Sin hoc totidem verbis, &c. quid agimus, judices? aut quem hunc morem novorum judiciorum inducimus?’ Si hoc novum est, et ex

lege Julia proficiuntur, inducantur nova judicia. Sin vero hoc antiquum est, et ex vetustioribus legitur in Julianum translatum, cur novum judiciorum morem inducimus? Nihil certius. *Græv.*

*§ 9 Dicendi]* Malo discendi, quod alii ante nos viderunt. Non enim hic de eloquentia sermo est, sed de notitia consuetudinis judiciorum, quam sibi dixit, si usus magister est optimus, debere esse notissimum. *Manut.*

*Rationibus civitatum]* Quæ recitari solebant in judicio; ut ex iis constaret, quam quisque pecuniæ contra leges cepisset. *Idem.*

*CAP. V. § 12 Illo, inquit]* Mureti Var. Lect. xvii. 5. emendatio, quamvis videatur esse ingeniosa, si tamen attentius eam consideres, aliena non modo est a veteribus libris, sed etiam ab hujus loci sententia. Nam ista verba, ut Muretus ea concepit, *cum in Gabinium judex esses, nihil de Rabirio auditum, nihil cum ei lites aestimarentur,* sunt necessario Ciceronis, quæ reponuntur his judicis verbis: *Illo, inquit, capite, quod erat in Postumum.* Sed Ciceronis esse non possunt, quia sequentibus respondet demum Cicero his, quæ ex judicis persona sibi ipse objicit. *At nunc audio scilicet, quo capite legis, judex teneri Postumum credat.* In præcedentibus hanc περικοπὴν, ut vides, Cicero compellat judicem, *Datur tibi tabella judicii, &c.* illumque monet, ut cogitet lege Julia repetundarum non teneri Postumum, quia sit eques, utque caveat ne tabella libidinose abutatur. Ciceroni respondet judex: *Illo capite tenetur quod erat in Postumum, quod in Gabinio judex esses, &c.* Nunc quid mihi de hoc inquinato loco videatur, andi. Existimo scribarum culpa excidisse verba capitis legis Juliæ, quod judex laudabat, nimis, ‘Quo pecunia pervenerit,’ idque somnolentia scribarum, quia,

hæc verba omissa a quo incipiunt, ut statim sequentia a quod, quod erat in Postumum. Sic igitur hunc locum censeo constituendum esse. *Illo, inquit, (scilicet jndex,) capite,* ‘Quo pecunia pervenerit,’ quod erat in Postumum. Cum in Gabinium judex essem, nihil Gabinio datum, cum lites aestimarem. Nam in veteribus est aestimaret. Si malis aestimarentur, cum aliis, non renitor. Nihil accepit Gabinius a Postumo, cum de Gabinio pronunciarunt, cum tamen pars regiae pecuniae pervenerit ad Postumum. Ergo hoc capite tenetur. Ad hæc regerit Cicero, *At nunc audio. Reus igitur, et quæ seqnuntur.* In eum adscripsit imperitus aliquis margini, cum vellet explicare, cui lites sint aestimatæ. Cicero non dixisset, Latinum enim non est, cum lites in eum aestimarentur, sed cum ei lites aestimarentur: quod et Muretus intellexit; aut cum ejus lites aestimarentur. Græv.

CAP. VI. § 13 Quorum jus judicio tentatur] Vestrum jus est, ne quis vos lege de repetendis accusare possit. Hoc jus tentatur, uno equite Rom. in judicium vocato; qui si damnatur, erit, cur eandem sibi quisque vestrum calamitatem pertimescat. *Munut.*

§ 14 Glacieia] De quo in Bruto.

CAP. VII. § 17 Est simul etiam sollicitudo aliqua] Sensus est: Istis honoribus et ornamenti aliqua etiam sollicitudo atque molestia, nimis ubi majorum judiciorum pericula, immixta est: majorum enim lego, non major. Hotom.

Tam es tu jndex, quam ego senator] Objectio senatorum: Cur ea lege, qua nos teneremur, vos equites liberi ac soluti esse vultis? quandoquidem, si senatores nos sumus, vos judices estis. Tu eques tam es jndex, quam ego sum senator. Qnod si ego senator judicia non recuso; quid est, cur tu jndex ea recuses? *Munut.*

CAP. VIII. § 19 Ex tantis inimici-tuis] Consul Gabinius tribunum pl. in ejicendo Cicerone Clodinum adjuverat. *Idem.*

Defenderim] Vide Orationum Fragmenta, pro A. Gabinio.

§ 21 Huic videlicet per blandus reperiundus fuit] Emendo ex codice Ms. persuasor blandus, quo verbo magnopere hic locus illustratur. *Hotom.* Muretus corrigit ex Ms. *Hui!* videlicet puer blandus, &c. *Grut.* *Huic*, id est, Gabinio. Est enim, hujus gratia. Ptolemæo homo blandus reprehendens fuit, hoc est, ad hunc exorandum Gabinium, ne tantam pecuniam sperneret. Aut, si quis malit, legatur, *Homo videlicet per blandus*; nam alioquin per blandus tibicinem desiderat. Qnod quidam scribunt *hui!* nimis videtur coniculum. *Behot.*

P. Lentuli] Ciliciae proconsulis, cui negotium illud senatus mandaverat, ut scriptæ ad eum Ciceronis epistolæ docent. *Munut.*

§ 22 Diæcetes] Procurator, et quasi dispensator regius, ἀπὸ τοῦ διοκεῖν. Infra: ‘Ut ventum est Alexandriam ad Auleten, hæc una ratio a rege proposita Postumo est servandæ pecunia, si curationem, et quasi dispensationem regiam suscepisset; id autem facere non poterat, nisi diæcetes.’ Hoc enim nomine utitur, qui a rege esset constitutus. Ex hoc loco satis apparet Ægyptum Græca lingua usam esse. Atque etiam infra, cum de legis Alexandrinis Cicero loquatur, Græcos appellat. ‘Nostis,’ inquit, ‘iusnlitatem Græcorum.’ Idem.

Vita ejus oblata pœnae est] Legendum, vita ei ablata pena est, censuerunt Hotomanus, Patricius, Muretus, et Rubenius. Quod Grævius recipit.

CAP. IX. § 24 Superior stultitia] Quod regi grandem pecuniam credit, non modo postquam regno pulsus est, sed antea quoque, cum regnaret.

Eam pecuniam, rege restituto, ut recuperaret, in regnum venit stultus: quid enim stultius quam venire in eum locum, ubi parendum alteri, et serviendum sit? Sed haec stultitia necessaria, superior illa voluntaria fuit. Itaque hanc ab illa, unde orta est defendi, atque excusari, quis non videt? *Manut.*

§ 25 *Palliatum*] Pallio potius, ut Alexandrinum hominem, quam toga, ut Romanum, usum esse. *Idem.*

CAP. X. § 26 *Cum mitella*] Bene deliciis et voluptatibus mitellam adiungit. Fuit enim mitra, tegumentum capitum virorum mollium, aut etiam foeminarum. Quare viris probossum fuit gestare mitram. *Aeneid.* iv. 216. ‘At nunc ille Paris cum semiviro comitatu Mœonia mentum mitra,’ &c. Vide et ix. 616. *Abram.*

*Chlamydatum*] Plerumque enim togatae dicari statuae solebant, quemadmodum scribit Plin. xxxii. 5. Atque horum quidem mentionem facit Val. Max. iii. 8, sed cum hunc Ciceronis locum inserere in suam ille historiam cogitaret, verborum oblivione Neapoli Syllam cum chlamyde ambulasse scribit. *Hotom.*

§ 28 *Auletem*] Latine, tibinem. Cognomen Ptolomæi regis, quia fidibus præcipue delectaretur. *Manut.*

§ 29 *Si sine maximo dedecore*] Retorquet argumentum. Mori debuit, quo dedecus effugeret. Immo vero mori, tam impeditis rebus suis, sine dedecore, et quidem maximo, non potuit: ad priorem enim culpam rei familiaris temere projectæ, desperationis, animique debilitati et fracti, et fortunæ cedentis iufamiam addidisset. *Idem.*

CAP. XI. *Præter rogatum si querare*] Legendum si loquare, non, ut in libris manusc. et vulgatis, querare. Sunt enim haec ex Euripidis Medea, μὴ λόγον λέγε. Quin, si ex Euripide expressa sunt, ut sunt, legendum in imperativo, *præter rogatum ne loque-*

*re. Lamb.* *Præter rogatum*, est præter id, quod rogaris. *Si querare, si murmures. Columna.*

§ 30 *Ex decumis imperatorum*] Turnebns hoc loco, *decumas imperatorum* interpretatur, decumas pecuniae imperatæ a rege Ptolomæo ad usum Gabinii. Quod si est, legerem fere, vel *ex decumis imperatis*, vel *ex decumis imperati æris*. *Patric.*

*Utrum accessionem decumæ, ut nostri coactores solent, centesima, an decessionem de summa fecerit*] Gabinio, regis jussu, cogebatur illa pecunia, nempe decem millia talentum. Postumus unde sibi sumpsit? Nam si ex decumis fiunt decem millia talentum, quæ Gabinii sunt; pro Postumo quid superest? Exegit, inquires, centesimam, nostrorum coactorum more, præter illa decem millia talentum Gabinio coacta: ex quibus, cum ei pro reductione regis promissa essent, detrahi nihil oportuit. Si hoc verum est, respondet Cicero, tota coacta pecunia undecim millia talentum fuisset, non decem millia; quæ ab accusatore objecta, judices, damnato Gabinio, æstimarunt. Id autem quis verum putabit? Nam tantum novi oneris, id est, mille talentum, imponi populis, rex nou videtur passurus fuisse. Sin autem Postumum in cogenda sibi pecunia non accessionem fecisse ad decem millia talentum, sed ex ipsis decem millibus, Gabinio promissis, centesima sibi sumpsisse dices; cui verisimile videbitur Gabinium, hominem, ut tu vis, avarissimum, tantum pecuniæ de promissa sibi summa detrahi passum esse? *Manut.*

§ 31 *Soletne is dicere in eum, qui pecuniam rediget*] Cum a coactoribus imperatorum nomine pecunia redigeretur, solebat imperatoris nomen in tabulas expensi et accepti, id est, Alexandrinorum et coactorum referri. Qua de causa si postea quærendum civibus videretur, primum in

eum, cuius nomine redacta erat pecunia, accusatio intendebatur, ut si furtum factum appareret, tum is quoque qui coegerat et accessionem repererat, in crimen similiter vocaretur, ut, ejus causa tanquam appendicula quædam causæ judicatae et damnatae fuisse videatnr. Pendet enim ejus causæ veritas a prioris causæ bonitate; nam si furtum decuma factum est, reddi quoque furti accessionem oportet. Neque prius intelligi potest furtumne fecerit coactor, et injuria corollarium acceperit, quam judicatum sit, furtum in sorte ac principali factum esse. *Hotom.*

§ 32 *Etiamne is solet, qui laudavit?* Si is, qui non dixit in eum, cui redigitur pecunia, nunquam solet dicere in eum, qui pecuniam redegit, num hoc faciet, cum laudaverit eum, enjus nomine redacta est pecunia? Idem testes, etsi ipsi non producantur, sed tantum eorum dicta legantur, cum laudarunt eum, cui redacta pecunia esse dicitur, creduntur etiam laudasse, qui pecuniam redegit, eaque habetur in judiciis tanquam causa prædicata. *Grær.*

CAP. XII. *Eandem causam?* Amici-  
tiam Pompeii, cuius opera Ptole-  
mæns redierat in regnum, Cicero au-  
tem ab exilio. *Manut.*

§ 34 *Quid? postea?* Necesse est cre-  
di vel negantibus, vel affirmantibus.  
Negantibus in Gabinii judicio creditum non est; itaque judices eum damnarunt; affirmantibus igitur contra Postumum creditur. Hic Cicero ducit argumentum a testium inconstantia. Quid ergo? inquit: iisdem testibus in eadem re creditur nunc, quibus creditum antea non sit? Disputationis autem hic est ordo. Accusator dicit: Non est tum Alexandrinis testibus creditum. Defensor: Quid postea? Accusator: Creditur nunc. Defensor: Quamobrem? Accusator: Quia nunc aiunt, quod tum negabant. Defensor: Quid ergo? ista conditio,

&c. *Idem.*

§ 35 *Mimorum?* Hanc lectionem ut optimam probo. Notum, quam multis fallaciis, præstigiisque utantur mimi, præcipue apud Græcos. *Ferrat.*

CAP. XIII. § 36 *Nobiscum?* Cum ego Gabinium de repetundis defenderem. Vide supra, cap. 8. *Manut.*

*Quibus superciliis?* Quo verius eorum testimonium videretur, admirationem superciliis ostendebant, negantes omnino verum esse crimen decem millium talentorum. *Idem.*

*Nunc scilicet tempus nullum est?* Ironia. Æque nunc mentientur odio in Postumum, ut antea mentiti sunt benevolentia in Gabinium. *Ferrat.*

§ 37 *Quanta summa litium fuisse?* *populus recepisset?* Cujacius in Paratitlis ad D. leg. Julia de repetundis legendum dicit, *fuisse, pecuniae redegisset.* Et mox ubi habemus, *pecunia ad quem eorum qui damnatus est, pervenisse, &c.* rescribit ejus loco, *pecuniam quam ceperit is qui damnatus, &c.* sed MSS. nostri nihil recedunt de scriptura vulgata. *Grut.*

*Ut intelligi facile possit, quod ex ea pecunia?* Hunc locum male affectum esse non tantum ostendit sententia, et hæsitation doctorum virorum, sed et antiquorum librorum varietas. Franc. Ms. et editio Mediolanensis: *Quod ex ea pecunia, quæ ad quem eorum, qui damnatus est, pervenisse ad aliquem in illo primo judicio planum factum sit.* Editio prima: *Quod ex ea pecunia, quæ ad aliquem eorum, qui damnatus est, pervenisset ad aliquem nullo præmio judicio planum factum sit.* Legendum censeo, secentus vestigia veterum librorum, *Quod ex ea pecunia, quæ ad aliquem comitum ejus, qui damnatus est, pervenisset, in illo primo judicio planum factum sit.* Quis ignorat comites proconsulium et prætorum dici, qui erant in cohorte prætoria, qui et eorum contubernales appellabantur? Ex comitum, quod vocabulum scriptoribus posteriorum se-

culorum in hac notione erat minus tritum et notum, facile potuit *corum* nasci. Aut hanc vocem, aut similem esse pro *corum* substituendam ipsa clamat sententia. Nam damnabantur repetundarum ipsi magistratus provinciales: si vero quid ex illa pecunia pervenisset ad aliquem eorum, qui in illorum comitatu erat, et in illo iudicio, in quo damnabatur proconsul, id probatum esset, redigebatur ex illius comitis bonis ea, quæ ad illum pervenerat, pecunia. *Græv.*

§ 38 *Sicut Gabinius judicatus est]* Gabinium ipse defenderat, eique Pompeii causa amicus erat: propterea non fatetur abstulisse Gabinium a rege pecuniam, sed ait, *judicatus est*. *Manut.*

CAP. XIV. § 40 *Fallaces quidem et fucosæ]* Id est, quæ longe alind erant, ac præ se ferebant. Obductæ namque et opertæ fuerant charta, vitro et linteis, quæ tria sunt mercium genera, quæ Alexandria Romam vebabant: quemadmodum scribit Plin. XIII. 11. XXXVI. 26. Latebant autem sub iis mercibus aliæ preciosæ, in quibus erat et pars aliqua pecuniæ. *Hotom.*

*Cataplus]* Κατάπλοος propriæ dicitur, cum ex alto redit navis, et in portum, unde exierat, remeat. Unde *cataplus* etiam Latinis, classis quæ Alexandriam ibat, ac redibat Romanum. *Sulmas.*

CAP. XV. § 41 *In foro non habemus]* Amissio enim equestri censu, quem ad 150. millia pervenire oportebat, equestrem simul ordinem, equitumque propria ornamenta, ut clavatam tunicam, amisisset. Ita publico carere cogeretur. *Manut.*

*Descripta]* Intelligo, distributa; ut opponatur ei quod sequitur, *universa Patria.*

CAP. XVI. § 43 *Jacturis]* Est sumptibus, ut sæpius apud Cæsarem et Tullium. *Græv.*

*Animi aciem præstinguit splendor sui*

*nominis]* Sic esse legendum, in commentariis et Lucretianis, et Horatianis γεωμετρικῶς demonstravi. Quod si qui adhuc negant, cum rationes, et exempla a me collecta legerint, suadeo eis, ut porcos sacros et sinceros emant, eosque Laribus Grundalibus immolent. Sin nesciunt, discant. *Lambin.* Obtemperare tamen Gruterus et Grævius noluerunt; quos equidem sequor, ut Lambinianæ huic elegantiae sit locus in nostro Commentariorum delectu. *Olivet.*

§ 44 *Ad labefactandum illius dignitatem]* Non constat quid adversarii tuni temporis moliti sint contra Cæsaris dignitatem: nisi forte illud est, quod tradit Appian. Bel. Civ. II. ‘Pompeins . . . tulit legem ut ex eo tempore, quo ipse primum consul fuerat, usque in præsentem consulatum, licet ab iis qui magistratus gesserant, rationem actorum expeti. Erat autem id tempus annorum pene viginti, quod et Cæsaris consulatum complectebatur. Id factum Cæsariani interpretabantur in patroni sui sugillationem ac contumeliam, dum tam longe repetuntur elapsa tempora.’ *Abram.*

CAP. XVII. § 45 *Curiæ]* Dixi jam, duos Postumo patres fuisse, a quibus etiam duo ei lauta et copiosa patrimonia relicta sunt, Curium naturalem, adoptivum Rabirium, matris fratrem: a quo prænomen et nomen accepit: ut in adoptionibus mos erat. *Manut.*

§ 46 *At hoc etiam optat miser, ut condemnetur a robis]* Suspicio mendosum ac multilatum esse locum. Neque etiam adduci possum ut credam dicere oratorem C. Rabirium optare ut peculatus damnetur: a quo eum quam alienissimum esse docere conatus est. Præterea non cohæret quod de creditoribus præstanda sequitur; nam si reliqua Gabinianæ pecuniæ serventur, ex ejus bonis (id quod ex condemnatione sequitur) tam exigua

sunt ejus bona, ut nihil superfuturum sit, quo ejus creditores absolvantur. Locum igitur ad hunc modum emendandum esse arbitror, *At hoc tamen optat miser, ut si condemnetur a vobis, ita bona veneant, &c.* Et sane continuo subjungit, ‘nihil aliud nisi fidem curat’ quod et cum ea lectione convenientissimum videtur, et ad nostram tuendam sententiam vehementissimum. *Hotom.*

*Ut solidum suum cuique solvatur]*  
Creditoribus nempe, a quibus pecuniam sumpserat mutuo, quam Alexandrino regi crederet. Sed hoc tamen loco quæri illud potest, cum supra nummum seстertium in bonis Postumi fuisse neget, quomodo ex iisdem bonis absolvi creditores poterunt. Nec me latet hanc multis impeditam videri posse quæstionem,

quo ludentius quid de ea sentiam explicabo. Arbitror equidem intelligendum hoc loco ac subandiendum esse regulam, quæ in libris juris civilis usurpatur, et sermone jurisconsultorum trita est; ea duntaxat in bonis esse enīusque videri, quæ deducto ære alieno supersunt. Tanta autem fuisse Rabirii debita, ut iis exsolutis ac deductis, ne unus qui dem seстertius in ejus bonis supereset. *Idem.*

§ 47 *Excitare testes]* Idem est quod producere testes, et inhære surgere ad testimonium dicendum; sedebant enim testes in subselliis. Sed qui sint ‘reducti testes,’ fateor, me non intelligere. *Græv.*

§ 48 *Rectis oculis hanc urbem]* Hoc est, sine pudore ac dolore, quo exules solent, et foro ejecti. *Idem.*

## PRO M. MARCELLO.

ARGUM.—M. Claudius Marcellus, plebeii generis, (nam et Clandii, Pulchrorum, Neronumque cognomine, patricii fuere) nobilis tamen ex majoribus, et sua virtute clarus, gesto consulatu cum Ser. Sulpicio Rufo, jurisconsulto celeberrimo, civili bello Pompeium secutus est; victusque Pharsalica pugna, neque cum iis, qui bellum in Africa renovandum prætulrunt, sua consilia conjunxit, neque ad Cæsarem victorem, impetrandæ veniam causa, supplex ire voluit; Mitylenas, urbem a bello, et a belli suspitione remotam, se contulit: ibi satis din, nullo revertendi in patriam studio, commoratus, cum in publica calamitate conscientia se mentis optimæ consolaretur, et in litteris viveret, redditum ei senatus a Cæsare im-

petravit, quo beneficio gratiae sunt a multis actæ; Cicero autem, Marelli amantissimus, luctuosa, quæ exstat, oratione, et gratias egit, et ita Cæsarem laudavit, ut accedere nihil possit. Qua de re non alienum videtur ea recitare, quæ ad Sulpicium scriptis bis verbis: ‘Fecerat hoc senatus, ut, cum a L. Pisone mentio esset facta de Marcello, et cum C. Marcellus se ad Cæsaris pedes abjecisset, cunctus consurgeret, et ad Cæsarem supplex accederet. Noli quærere: ita mihi pulcher hic dies visus est, ut speciem aliquam videre viderer, quasi reviviscentis reip. Itaque, cum omnes ante me rogati gratias Cæsari egissent, ego rogatus mutavi meum consilium; nam statueram, non, mehercule, inertia, sed desiderio pristi-

næ dignitatis in perpetuum tacere. Fregit hoc meum consilium et Cæsaris magnitudo animi, et senatus officium. Itaque pluribus verbis egit Cæsari gratias.<sup>7</sup> Hic de Marcelli summa eloquentia, quia non pertinet ad orationis argumentum, nihil addam. Illud omitendum non videtur, cum in patriam rediret, a P. Magio Chilone, familiari suo, interfictum esse. De quo Sulpicii ad Ciceronem exstat epistola. Et quanquam propter Marcellum habita oratio sit, ad conciliandam tamen, et colligendam Cæsaris benevolentiam, digreditur Cicero in eam partem, ut de querela ejus, et de suspicione, qui se insidias metuere dixerat, accurate disputet; ac primum, non esse timendum, ostendat, cum nemo tam ingratus, tamque injustus esse possit, qui, enjus in anima resp. consistit, et a eujus vita omnium vita pendet, cum extinctum velit: deinde et sno, et reipublicæ nomine hortetur atque obsecrat, ut suæ vitæ consulat: postremo non excubias modo custodiasque bonorum civium pro salute illius, verum etiam laterum et corporum oppositus contra vim polliceatur. Habita est, Cæsare III, et M. Lepido coss. victis jam iterum in Africa cum Juba rege Pompeianis. *Manut.*

CAP. I. § 1 *His temporibus*] Hoc anno qui a pugna Pharsalica jam effluxit. Ait *his temporibus*, non *hoc tempore*, quia tempora calamitatem aliquam, aut certe periculum indicant. *Abram.*

*Non timore aliquo*] Captat a Cæsare benevolentiam, cum se non timuisse ostendit, ne liberius de repub. loquens, eum offendaret. *Idem.*

*Dolore*] Vel luctu meorum qui bello civili perierunt, vel dolore et pœnitentia, quod contra Cæsarem tam benignum et humanum virum, adhæserim Cn. Pompeo. *Idem.*

*Verecundia*] Contra quem enim armis pugnassein, eo præsente verba

facere verecundia prohibebat. *Manut.*

§ 2 *Studiorum ac laborum*] Ponendum comma post studiorum. Patric. Vide Cic. in Bruto, cap. 71.

*Paulo ante omnibus*] Vide Petri Victorii Var. Lect. xviii. 6.

CAP. IV. § 10. C. *Marcelli*] Qui se ad Cæsaris pedes abjecerat. Is est, qui cum L. Lentulo consul fuit anno primo civilis belli. Alter autem C. Marcellus M. Marcelli frater patruelis, non germanus, ut Suetonius docet, consulatum gesserat anno proximo superiore cum L. Paulo. *Manut.*

§ 12 *Vereor ut hoc quod dicam*] Quod alibi docimus, tota sententia differunt, ‘vereor ut,’ et, ‘vereor ne.’ ‘Vereor ut,’ de re dicitur, quam eupimus contingere, sed veremur ne non contingat; ut ad Terentiam: ‘Sin homo amens diripiendam urbem datus est; vereor, ut Dolabella ipse satis vobis prodesse possit.’ ‘Vereor ne,’ de re dicitur, quæ si eveniat, doleamus; sed veremur, ne eveniat: ut ad Cæcinam, ‘Vereor, ne desideres officium meum.’ Legitur hic cum uno Cardinalis Borromæi, et altero Maffeiornum libro, *Vereor, ut hoc, quod dicam, perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse intelligens sentio.* Nec aliter legit, hunc locum recitans, in Divinat. Pedianus. Fulvii Ursini liber dissentit in verbis, non tamen in sententia; habet enim, *Vereor, ne hoc quod dicam, non perinde.* Quod idem valet. Nam, ne non, sunt pro ut. *Manut.*

*Ipsum victorium vicesse videris*] Durnum hoc videri possit, nisi antecedentibus leniatur. Quo de genere quid senserit Asconius, ostendam. Nam cum illud in Divin. interpretaretur, ‘Etiam si tacent, satis dicunt;’ subiunctum: ‘Tale illud est: cum tacent, clamant;’ et, ‘Victoriani ipsam vicesse videris;’ et, ‘Philosophandum est, etiam si non est philosophandum?’

Hæc in loco nec δέσμωτα, nec κακός η-λα judicanda sunt; aut enim inferioribus dictis, aut supra positis leniuntur: ut est illud, *Vereor, ut hoc, quod dicam, perinde intelligi possit auditu,* atque ego ipse cogitans sentio. Idem.

CAP. V. § 13 *Civile bellum esse susceptum]* Exponxi civile voluntibns Erfurtensi, Pithœano, Dresdensi, Franciæ utroque, ut et editione prima, aliisque vetustioribus. Parum etiam considerate, et non sine culpa reprehensionis et offensæ hic Tullius civilis belli meminisset. *Græv.* Infra tamen, ‘arma civilia.’ Quapropter non recta omnibus et certa doctissimi Grævii censura videbitur. *Olivet.*

§ 14 *Privato officio, non publico]* Quia Pompeio debebam: non quia Cæsaris causam condemnarem. *Manut.*

CAP. VII. § 21 *Nunc vero venio]* Jam ante monimus orationem qua Cæsar Marcellum restituit, in partes fuisse distributam duas. Altera fuit accusatio Marcelli, et veniæ concessio: cum accusata ejus acerbitate, præter spem dixit se senatu roganti de Marcello ne hominis quidem causa negaturum. Altera fuit querela, cum aiens se toto decursu bellorum civilium eam unam vincendi rationem habuisse, ut se misericordia et liberalitate muniret, sibi tamen in pace insidias comparari. Orator jam priori parti respondit landans Cæsaris clementiam: nunc ad posteriorem delabitur. *Abram.*

CAP. VIII. § 23 *Rerocanda fides]* Cicero secundo Officiorn: ‘Quamobrem ne sit æs alienum quod reipublicæ noceat, providendum est. Si hoc non fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucentur alienum. Nec enim ulla res vehementius rempublicam continet, quam fides, quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.’ Quomodo aut in Cæsar fidem revercarit, tradit Sueton. cap. 42. *Idem.*

*Propaganda soboles]* Din multumque non Cæsari solum, sed etiam Augusto cum profligatis hominum moribus luctandum fuit, ut cives suos ad veras legitimasque nuptias, et propagationem sobolis educationemque liberorum inducearent. Vide Tranquillum in Julio, cap. 42. nec non in Octavio, cap. 34. *Idem.*

§ 25 *Hic tu modum tuæ ritæ... æquitale animi definies]* Id est, putasne te propterea satis vixisse, quod æquo animo, et citra indignationem mori potes, et annos præteritos non requiris? *Æquitatem animi dicimus,* rectam animi constitutionem, tranquillamque affectionem omni indignatione vacantem. *Budæus.*

CAP. IX. § 27 *Hic restat actus]* Tanquam fabulæ; qui debet esse ultimo loco perfectissimus. Qua sententia scripsit ad Q. fratrem: ‘Illi te ad extrellum et oro, et hortor, ut, tanquam poëtæ boni, et auctores industrii solent, sic tu in extrema parte, et conclusione muneris ac negotii tui, diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperii tui, tanquam tertius actus, perfectissimus atque ornatissimus fuisse videatur.’ *Manut.*

§ 28 *Rhenum]* Germanos a te victos. *Oceanum]* Britannos. *Nilum]* Alexandrinos. *Monumenta]* A te exstructa. *Munera]* A te publice data. *Idem.*

§ 30 *Falso putant]* Mori cum corpore animalium credentes. *Idem.*

CAP. XI. § 33 *Stantibus omnibus]* E more veteri senatorum, qui aut sententiam suam ipsi, et si quid vellet præterea, dicebant, idque stantes: ant quibus videbatur, assentiebantur sedentes. Epistola ad Q. Metellum. *Gulielm.*

§ 34 *Ad tua innumerabilia in me unum merita]* Vis est in singulis verbis. Primum merita vocat, quæ majora sunt, quam studia, officia, beneficia; deinde addit innumerabilia; postremo in me unum. Hæc augeri

non videntur posse; augentur tamen subiectis verbis, *maximus cumulus acceserit*. Non enim aliquid ait accessisse, sed *cumulum*; nec simpliciter *cumulum*, sed *maximum*. Eodem id pertinet, *quod fieri jam posse non arbitratur*. Nec illud sine judicio prola-

tum, *hoc tuo facto*. Nam *hoc tuo merito langnidius esse videbatur*, præsertim cum dixisset, *ad tua innumerabilia in me unum merita*; quæ Marcelli salute vehementer aucta significat. *Manut.*

## PRO Q. LIGARIO.

**ARGUM.**—Hanc orationem M. Tullius in foro apud Cæsarem dixit, extenso A. U. *DCCVII*, Julio Cæsare *III*, M. Æmilio Lepido coss. pridie Kal. intercalares priores, qui fuit ultimus dies prioris mensis illorum duorum, quos Cæsar, hoc anno fastos corrigens, inter Novembrem ac Decembrem interjecit; de quibus Suetonius in Julio. Fratres, et propinqui Ligarii, prostrati ad pedes Cæsaris, domi ejus jacuerunt, ut est ad Famil. I. vi. ep. 15. et in hac oratione. Postea vero in foro hæc Cicero dixit. Pompeianis hoc anno devictis a Cæsare in Africa, (in quam Ligarius, ante bellum civile profectus, tempore belli remanserat) Ligario vita concessa fuit, ut est in Comment. de bello Africano. Sed dum, Cæsare Roman reverso, Ligarius extra Italiam in exilio manet, ac fratres, propinquui, itemque C. Pansa et M. Cicero de ejus redditu laborant, Q. Ælius Tubero, qui cum patre suo Africæ ora triennio ante a Ligario prohibitus fuerat, eum apud Cæsarem accusavit, et orationem in Ligarium edidit; cuius Quintilianus, lib. x. cap. 1. meminit. Cicero eum concessione defendit. Cum autem concessionis dnæ partes a rhetoribus proponantur, purgatio et deprecationis, M. Cicero illis primum utitur, atque

ἀντεγκλήματα aliquot locis miscet; ad extremam vero deprecationem adhibet. Hanc orationem pulcherissimam, ut a Pomponio juris-consulto nominatur in L. II. D. De Orig. Juris, Cicero bello Hispaniensi scriptam edidit; quæ quantopere Attico, Balbo, Oppio, aliisque placuerit, cognoscere ep. 12. et 18. lib. XIII. ad Attic. *Fabr.*

**CAP. I. § 1 Novum crimen]** Totum hoc procœdium ironia constare ex Quintiliano et Aquila notum est. Orditur a propositione criminis, addita confessione Pansæ: cuius personam adjunctis ornat. *Fabrit.* Vide de hac Oratione in primis Quintil. IV. 1. et IX. 2. nec non XI. 3. ubi docet quo gestu corporis totum hoc exordium sit exponendum.

**Propinquus meus]** Affinis, non cognatus: ut infra patet. Propinquitatem appellat, ne cum inimico homine disputare videatur; et ut eo major orationi fides accedat; quod Ligarii innocentiam, et cansæ bonitatem propinquitatib[us] Tuberonis anteponat. *Manut.*

**C. Pansa]** C. Vibius Pansa, qui biennio post consul fuit. *Ferrat.*

**§ 3 Cupiditate]** Quod faverent Pompeio. *Patric.* Manlius, cupiditate belli gerendi. Sed istius ellipsoes exemplum non reperies. *Uterque*

nescivit, quid sit *cupiditas*, nimirum studium partinm, sive, ut barbari loquuntur, partialitas. Sie ‘*cupidus index, testis,*’ ut alibi vidimus. *Pro cupiditate*, in sequentibus verbis statim dicit ‘*studinm.*’ *Græv.*

*Cæco quodam timore]* Timebant Cæsarem, sed, cur timerent, causæ nihil videbant. *Manut.*

*Salutis]* Hæc sententia est: Primo salutis ducem quærebant; deinde etiam studii sui. *Lamb.*

*P. Attius Varus]* Varus hic cum Sex. Pompeio, et Labieno ex Africana pugna, devictis Scipione, Pompeii socero, et Juba Mauritanæ rege, in Hispaniam profugit: ubi renovato simul cum Pompeii liberis bello, Mündensi prælio a Cæsare victus interiit. *Manut.*

*§ 4 Conquierit]* Ideo festinabat decedere provincia, ne dux eligeretur contra Cæsarem: ubi timor ille evanuit adventu Vari, non erat, cur adeo festinaret illinc discedere: itaque parumper conquievit. *Ferrat.*

*CAP. II. Expediret]* Ii cupere bellum solent, qui male gesta provincia judicium timent. *Idem.*

*Necessitatis]* Coactus enim parere P. Varo, novo proconsuli. *Idem.*

*CAP. III. § 7 Esse me alterum passus est]* M. Tullius Ser. Sulpicio et M. Marcello coss. in Ciliciam pro consule profectus, Amano pacato, perpetuoque hoste inde snblato, rem satis prospere gessit, imperatorque salutatus fuit. Epist. ad Attic. v. 10. et Famil. lib. xv. Unde Plutarchus exponens res a Cicerone in Cilicia gestas, ‘*Gessit etiam,*’ inquit, ‘bellum, latronibus, qui Amanum tenabant, devictis: justaque victoria imperator a militibus appellatus est.’ Anno sequente, L. Paulo et C. Marcello coss. e provincia in Italiani reversus, ad urbem accessit pridie Non. Januarii, cum jam Lentulo et Marcello coss. bellum civile conflatum esset. Famil. xvi. 10. Verum quia

urbem ingressus non fuit, imperium retinuit, et pro consule mansit. Nam, ut ait Appian. lib. i. proconsulibus imperii retinendi tamdiu potestas est, quoad Romam reversi fuerint. ‘*Proconsul*’ antem ‘portam Romæ ingressus, deponit imperium,’ inquit Ulpianus ad L. nlt. de Officio Procos. *Fabric.*

*Quoad tenendos]* Tenuisse lictores laureatos M. Tullius videtur usque ad mensem Octobrem, Cæsare dictatore iterum, anno urbis 707. quo demum tempore in urbem venisse, imperiumque deposuisse videtur ex Epist. ad Attic. xi. 25. Fam. xiv. 20. ita ut cum imperio fuerit annis quatuor. *Idem.*

*§ 8 Ut, qui de meo facto, &c.]* Conjungo, ut non audeam confiteri de Ligarii facto, qui de meo non dubitem dicere. *Ut*, positum pro ‘*quam.*’ *Patric.*

*§ 9 Commoveri videtur adolescens]* Tubero scilicet. Atqnc etiam Cæsar ipse, ut est apud Quintilianum, magnopere verbis iisdem illis commotus fuisse fertur, cum diceret Cicero, ‘*Quid enim, Tubero, tunc ille in acie Pharsalica destriktus gladius agebat,*’ &c. Et Plutarchus in Vita Ciceronis scribit, ad hanc solam Pharsalicæ aciei mentionem, tam commotum fuisse Cæsarem, ut cuni prins dicis tantum causa audire Ciceronem pro eo dicentem voluerit, ipsum Ligarium pro condemnato jam habuerit, hoc loco perturbatum corripuisse se, et schedas, quas tuni forte gerebat, ahjecisse, et denique contra quam statuerat, reum absolvisse. *Patric.*

*CAP. IV. § 11 Usque ad sanguinem]* Hoc est, leves Græci, aut immanes barbari, more istiusmodi suo, nobis externo et peregrino, solent incitare odium usque ad sanguinem, fervere odio usque ad cædem. *J. F.: Gronov.*

*§ 12 Præmiis etiam invitabat]* Præmium a Sylla propositum iis, qui pro-

scriptum interfecissent, duo talenta fuerunt. Plutarchus in Sylla. *Fabrit.*

*Aliquot annis]* Annis 17. nam Sylla dictator fuit anno ab U. C. 672. Cæsar quæstionem inter sicarios exercerit anno 690. L. Julio Cæsare, et C. Figno coss. Vide Dionem. *Idem.*

CAP. V. § 16 *Saluti civi calamitoso esse vellemus]* Nihil videbatur lectio ne vulgata integrins, quæ talis est, *saluti civis calamitosi consultum esse vellemus.* Sed cum antiqua compara rata clamat se esse corruptam. Re peritur autem hæc antiqua, quam secuti sunmus, in duobus codicibus Memm. et in Cleric. et aliis. *Lamb.* Miror non auditum fuisse Lambinum, eam codicun, quos ille inspexit, scripturam stabiliant optimi quique, et editiones vetustiores. *Calamitoso civi saluti esse,* est calamitosum civem servare. *Græv.*

CAP. VI. § 18 *Cn. Pompei]* Non dubitat Pompeium, præsente Cæsare, nominare, cum ipse Cæsar nunquam eum, nisi honorificentissime appellaret. De quo ad Cæcinam: ‘Admirari soleo gravitatem, et iustitiam, et sapientiam Cæsari: nunquam nisi honorificantissime Pompeium appellat. At in ejus persona multa fecit asperius: armorum ista, et victoriæ sunt facta, non Cæsaris.’ *Manut.*

*Nisi a te contumeliam propulsare]* Quod eiipi dices inimicorum injuria beneficium a populo Romano datum, id est, qnod non liceret absenti alterum consulatum petere, quemadmodum jusserset. Cæsar ipse, Bell. Civ. lib. 1. ‘Doluisse se,’ ait, ‘qnod populi Romani beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur.’ *Idem.*

*Ut sum jus tueretur]* Jus populi Romani. Multi enim ex iis, qui cum Cæsare militabant, suffragium tulerant in illa lege, quæ absenti Cæsari

consulatus petendi potestatem dabat: *Idem.*

§ 19 *Non par fortasse eorum, qui sequabantur]* Hic certe Pompeianos Cæsarianis dignitate præfert. Consularis enim cum Cæsare, ut arbitror, nemo fuit; cum Pompeio multi, præter ipsos consules, et magistratus: *Idem.*

CAP. VII. § 22 *Amplissimi viri]* Pompeii, non Catonis, ut quidam putarunt. *Fabrit.*

*Cum iis]* Eodem tempore quo reliqui prætores ad obtinendas reliquas imperii Romani provincias jussu Pompeii et senatus exhibant paludati, votis prius in Capitolio nuncupatis, ipse etiam Tubero Roma profectus est. *Abram.*

*Occupatan]* A P. Varo.

*Nam si crimen]* Si crimini, inquit, datis Ligario, quod vos Africa prohibere voluerit, nihilominus eodem vos atque etiam pari condemnabo criminis, quod vos eam obtinere voluistis. Ergo, non minus magnum est, crimen subaudio. Atque hic jam ferire adversarium incipit, cum hactenus parcere ei videretur. Dum autem hunc incipit ferire, ante omnia reum ipsum tuetur ac defendit, et in tuto quasi collocat, cum dicit, Ligarium in culpa non fuisse, cum Tuberonis pater Africa prohiberetur. *Putric.*

§ 23 *Quoquo modo]* Sive imperium Ligarius, sive Varus habuerit. *Mann.*

CAP. VIII. § 24 *Rex]* Juba. *Idem.*

*Inimicus huic causæ]* Cn. Pompeii beneficio, qui patrem ejus Hiempsalim, Mauritaniae regem constituerat: *Idem.*

*Aliena voluntas]* Cujus? Africæ videlicet ipsius. Hoc antem est, omnium qui Africani scilicet incolebant. Sed auget rem, cum absolute et præcise loquitur, non homines ibi fuisse aliena voluntate, non terram ipsam alienæ voluntatis, sed ipsam alienam

voluntatem. Quanquam ego quidem propemodum legerem sic, *aliena voluntate conventus firmi*. Ut significet, non tam in privatis hominibus indicia extitisse alienæ voluntatis a Cæsare, quam in conventibus ipsis hominum. At in qualibus conventibus? num in solitariis aut in imbecillis? respondet, conventus illos fuisse et 'firmos,' ne quis pntet animis et voluntatibus fluctuabundos, et 'magnos,' ut significet fuisse frequentissimos. *Patric.*

*Cum videam, quid feceritis]* Video enim vos, Africa prohibitos in Græciam ad Pompeium ivisse. *Idem.*

§ 25 *Ad cum]* Ad Pompeium.

*Cujus auctoritatem secuti]* Neque hoc artificio vacat. Latenter enim id significat: Auctoritas amplissimi viri, non causa, vos ad belli societatem adduxit. *Idem.*

*Quæ est ergo apud Cæsarem querela]* Queri vobis apud Cæsarem de Ligario non licet, quia vos Africa prohibuerit. Id est, quia fecerit, ne bellum in Africa contra Cæsarem gerere possetis. *Idem.*

*Etiam si a Varo]* Suspicor hoc loco esse mendum. Legerem, *Si a Varo, et quibusdam aliis prohibiti non essetis.* Patet enim concedi ironice, quod infra falsum esse ostenditur. *Ferrat.*

**CAP. IX.** § 26 *Cum crudelitate]* Ex Pomponio D. de Origine Juris: 'Infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquam hanrire.' Ex Cæsare: 'Tuberonem portu atque oppido prohibet, neque affectum valetudine filium exponere patitur.' *Abram.*

§ 28 *Tantummodo]* Tantummodo videlicet in eastris Pompeii, corpore versabamini; causam antem ejus animis vestris non probabatis. *Patric.*

*In cum locum]* In ipsa Pompeii castra. Nam Cicero, cum in Pharsalia dimicatum est, abfuit, Dyrrhacii cum

M. Varrone, et M. Catone commoratus, ut narrat de Div. lib. I. *Mannut.*

**CAP. X.** § 29 *Si reip.]* Ejus, quæ nunc est, et Cæsaris consilio, ac sapientia gubernatnr. *Idem.*

§ 30 *Et quidem tecum]* Cæsar etiam inter oratores in foro versatus est. Fabius lib. x. 'C. vero Cæsar si tantum foro vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur. Tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat.' Sed Atticum Ciceronianum libro De Claris Oratoribus loquentem audiamus: 'Splendidam quandam, minimeque veterotoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam magnifica et generosa quodammodo.' Vide Tranquillum in Julio, cap. 55. 56. Plutarchum in Cæsare. *Abram.*

*Si unquam posthac]* Ex Plant. Casin. v. 4. 22.

**CAP. XI.** § 31 *Gratiostiores]* Non intellecta est vis hujus vocis ab iis, qui in gratiosores eam mutarunt. 'Gratiosti homines' sunt, qui multum possunt apud illos, a quibus amantur: Sic et 'gratiostæ preces,' quæ plurimum valent, et blanda vi expugnant illum, cni finit, ut 'gratiosa suffragatio' ad Famil. II. 6. 'Habemus hæc omnia: bonorum studiū, &c. nostram suffragationem, si minus potentem, (sic modeste de se loquitur) at probatam tamen, et justam, et debitam, et propterea fortasse etiam gratiosam.' *Græv.*

*Quam illius]* Repete ἀπὸ κοινοῦ 'sit necessarins.' Horum causas maximie spectat, quas 'jnstas' vocat et 'officio incensas' in Fam. VI. 6. et 12. 'necessarias,' quas propter necessitudinis conjunctionem non possumus negligere, nisi impii velimus in nos-tros esse, aut ingrati: causas vero deprecandi, quæ tantum ad captandum alienjus favorem et gratiam sunt comparatae, Cicero ibidem vocat,

'ambitiosas rogationes,' et 'inanæ ac ambitiosas voluntates.' *Græv.*

§ 33 *Qui tecum fuerunt*] Ex antecedentibus et sequentibus intelligitur *qui tecum fuerunt*, hic dici non de iis, qui eum secuti sunt ad bellum, sed de Q. Ligarii fratribus, deque ejus avunculo T. Broccho, et aliis, supra nominatis, qui, suscepto civili bello, domi remanere, quam alternatram partem sequi, maluerunt. Nam eos æque suos Cæsar appellabat, atque illos, qui cum eo in bello fuerant. *Dixit enim supra*: 'Te enim dicere audiebamus, nos omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent: te omnes, qui contra te non essent, tuos.' Eos autem significari, qui domi remanserant, sequentibus quoque verbis ita constat, ut dubitate prorsus nemo possit. *Manut.*

CAP. XII. § 35 *Quæstor urbanus*] 'Quæstores urbani ærarium curabant, ejusque pecunias expensas et acceptas in tabulas publicas referre consueverant.' Ascouins in *Verrinam primam*. *Fabrit.*

*Utrisque his dederis*] Duobus fratribus, qui adserunt, et pro tertio deprecantur. *Idem.*

EVENTUS: Plutarchi in Vita Ciceronis: 'Cum Q. Ligarius reus factus esset, quod in numero hostium Cæsaris fuisse, ejusque patrocinium Cicero suscepisset; tum Cæsarem dixisse ferner: 'Quid est causæ, cur Ciceronem orantem aliquandiu non audiamus? Nam reum quidein hominem improbum et hostem esse, jampridem certum est.' Ubi vero Cicero ingressus dicere, mirificos motus concitavit, et oratio progressa cum

affectibus varia, tum venustate admirabilis fuit, perspicue cognitum aiunt, varios colores Cæsaris vultum subire, ejusque animum omnibus modis commutari: ac tandem, cum Pharsalici prælii mentionem facere orator cœpisset, immodicis perturbationibus incitatum, corpore contremuisse, et libellos quosdam e manu ejecisse. Victor igitur orationis vi, Ligarium criminis liberavit.' Hactenus Plutarchus. Unde perspicitur, quantus ardor Ciceronis in agendo fuerit: qui Cæsaris animum Ligario infensissimum ita commoverit, ut absolveret eum, quem jampridem hominem improbum et hostem judicaverat. Tuberoni vero Ligarii accusatori hac oratione forensis gloriæ spes omnis ita præcisa fuit, ut in hac causa victus, cum eloquentiae laudem desperasset, e foro se ad jus civile transtulerit. Qua de re Pomponius, de Origine Juris. *Fabrit.*

In eum tamen ingratus fuit a quo salutem acceperat. De quo Plutarchus in Bruto: 'Erat quidem Q. Ligarius Pompeii amicus, quem eo nomine accusatum exemerat Cæsar noxæ. Hic non quod ab judicio liberatus fuisset, gratiam Cæsari tribuens, sed propter quam vocatus in periculum fuerat, dominationem perosus, ei infensus erat, Bruto autem imprimis familiaris. Hunc Brutus invisens ægrotum, cum socios coniurationis in Cæsarem quæreret, 'Quali,' inquit, 'tempore, Ligari, ægrotas!' Ille statim cubito innixus, arrepta dextera ejus, 'At ego,' inquit, 'si quid te, Brute, dignum cogitas, valeo.' Abram.

## PRO REGE DEIOTARO.

**ARGUM.**—Ut eas regiones in quibus versamur, et eos homines quibuscum vivimus; ita ea loca, eosque homines, de quibus quotidie audiimus, nosse jucundum est. Principio quædam de Gallogræcia, in qua regnavit Deiotarus; tum de ipso Deiotaro nonnulla dicam, quæ neque ipsa perse cognitu indigna sint, et quasi faciem præferant nobis ad banc orationem facilius intelligendam. Galatia igitur, quæ alio nomine Gallogræcia vocatur, Asiae regio est, Phrygiæ, Bithyniæ, et Armeniae Minoris contermina; dicta ex eo, quod illam antiquissimis temporibus, Tectosages, et alii quidam Galliæ populi, pulsis indigenis, occuparunt. Ita enim apud Suidam legimus. Cum tanta hominum multitudo excrevisset in Gallia, ut regio ipsa, quamvis ferax, vix eis alendis suffectura videretur, trecenta Gallorum millia in Asiam venisse, et sedes posuisse ea in parte, quæ ex ipsis Galatia, aut Gallogræcia vocata est. Qua de re verba hæc sunt Lactantii lib. III. ad Probum: ‘Galli antiquitus a candore corporis Galatæ nunquidabantur; et Sibylla siccis appellat.’ Qnod significare voluit poëta, cum ait: ‘Galli per dumos aderant, arcemque tenebant, Defensi tenebris, et dono noctis opacæ. Aurea cæsaries ollis, atque aurea vestis: Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla Auro innectuntur.’ *Aen.* VIII. 657. Cum posset dicere, *candida*. Hinc utiique Gallia provincia, in quam Galli aliquando venientes, cum Græcis se miscerunt. Unde primum ea regio Gallogræcia, post Galatia nominata est. S. Hieronymus in lib. de locis Hebraicis: ‘Galatia provincia Asiæ, a Gallis voca-

bulum trahens, qui in auxilium a rege Bithyniæ evocati, regnum cum eo, parta victoria, divisserunt. Sicque deinde Græcis admixti, primo Gallogræci, post Galatæ sunt appellati. Eorum metropolis est Ancyra.<sup>1</sup> Temporibus sancti Hieronymi non Græce, sed Trevirorum lingua adhuc loquebantur, post tantum temporis intervallum, adhuc ipso vocis sono testantes originem suam. Eum, quo duce profecti sunt, alii Leonem, Strabo Leonorium vocat: qui et ipse lib. XII. iisdem narratis, ait eam olim divisam fuisse in quatror tetrarchias, inde in tres; in duas; totam tandem cessisse Deiotaro; ac postremo in provinciæ formam redactam esse. Sed Hirtius, eam occupatam fuisse a Deiotaro, aliis tetrarchis id injuria fieri querentibus. De quo ipso Deiotaro tempus est pauca dicendi. Adjuverat imperatores Romanos toto vite suæ tempore in iis bellis, quæ Romani in Asia gesserant; et ipse vicissim a Romanis rex ex tetrarcha factus, et magna parte regni auctus fuerat. Donaverat etiam ei sive Pompeius, sive senatus, Armeniam Minorem, et multa decreta honorificentissima in eum facta erant. Auctor tum idem Strabo, lib. XII, tum Cicerro, enjus hæc sunt ad finem hujus orationis: ‘Quæ enim fortuna, aut quis casus, aut quæ tanta possit injuria omnium imperatorum de Deiotaro decreta delere? Ab omnibus enim est ornatus, qui, postquam in castris esse potuit per ætatem, in Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria bella gesserunt,’ &c. Eundem in Orat. De Harusp. Resp. sæpe a senatu regali nomine dignum existimatum, clarissimorum imperatorum

testimentiis ornatum esse dicit. In hac ipsa, ‘habebatur autem non solum tetrarches nobilis, sed etiam optimus paterfamilias, et diligentissimus agricultor, et pecnarins.’ De eo, De Harusp. Resp. ‘quem unum habemus in orbe terrarum fidelissimum huic imperio, atque amantissimum nostri nominis regem.’ Et Philip. II. ‘Deiotari regis, et patris, et filii, et magnus, et nostro more instructus exercitus. Summa in filio spes, summa ingenii indoles, summa virtus. Quid de patre dicam, cuius benevolentia in populum Romanum est ipsius æqualis ætati? qui non solum socius imperatorum nostrorum fuit in bellis, verum etiam dux copiarum suarum? Quæ de illo viro Sylla, quæ Murena, quæ Servilius, quæ Lnculus, quam ornata, quam honorifice, quam graviter sæpe in senatu prædicaverunt! Quid de Cn. Pompeio loquar, qui unum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicun, vereque benevolun, unum fidelem populo Romano judicavit?’ Inter cætera autem Pompeium in Mithridatico hello egregie adjuverat; et ob id ab eo Armeniae Minoris regno donatus erat, Entrop. lib. VI. Fuit peritissimus auspiciorum. Nihil nisi auspicato gerebat. Vide de Divin. lib. I. cap. 15. Adjuvit Pompeium in bello civili, et ipse in pugna Pharsalica præsens fuit; enmque ob id a Cæsare et pecunia et parte regni multatus esset, negabat tamen se auspiciorum, quæ sibi ad Pompeium proficiscenti facta essent, pœnitere, ibidem. Ignovit tamen ei Cæsar, cum Pharnaci ignoscere noluerit; et ei partem dedit eorum, quæ Pharnaci abstulerat. Deiotarus, mortuo Cæsare, sua recuperavit, Philip. II. 37. Adjuvit Brutum, cum Cassium novisset extreme senex, Dio lib. XLVII. Dictum ipsius in Crassum adversus Parthos proficiscentem, refert Plutarchus in Crasso. Crudeli-

tas in filios, Plutarchus de Stoicis Contrariet. Ego cap. pen. lib. VIII. Var. Lect. Item in Castorem Saocondarium generum, et in filiam suam, Strabo lib. XII. Accensatus est a nepote, quod Cæsarem domi suæ interficeret voluisse. Defenderunt Cicero et Brntus. *Muret.*

CAP. I. § 1 *Pro capite fortunisque]* Etiam alibi notavimus in hujusmodi locutionibus non degenerare orationem: plusque esse de fortunis, quam de capite dimicare. Quod verum est tantum in minima capitum minutione, aut etiam in media. Paulus D. de Capite Minutis: ‘Capitis deminutio- nis tria genera sunt, maxima, media, minima. Tria enim sunt quæ habemus, libertatem, civitatem, familiam. Igitur cum omnia haec amittimus, hoc est libertatem et civitatem et familiam, maximam esse capitum deminutio- nem: cum vero amittimus civita- tem, liberatem retinemus, medium esse capitum deminutionem: cum et libertas et civitas retinetur, familia tantum mutatur, minimam tantum capitum deminutionem constat.’ De capite igitur fortunisque Deiotarus dimicabat, quia si fuisset convictus, statum fortasse mutasset, et e rege factus fuisset privatus; quæ videtur esse quædam capitum minutio: vel etiam civitatem perdidisset, in exiliu actus; quod minus est quam fortunas omnes amittere: multi enim exiles secum fortunas suas aufer- bant. Cum igitur dicit orator, *pro capite fortunisque*, anget vim oratio- nis; quia non omnis qui capite mi- nuitur, etiam fortunas suas amittit. *Abram.*

*In tuo duntaxat periculo]* Nam si quis est, qui contra tuam salutem aliiquid moliatur, aut cogitet, eum, quicumque est, in iudicium vocari oportere, nunquam negaverim. *Manut.*

CAP. III. § 8 *Quibusdam incommo- dis]* Adepta Galatiæ parte, et Arme- nia Minore, quam ei senatus antea

largitus erat. *Idem.*

*Propter offendionem animi tui] Vi-*  
tat mentionem belli civilis, quo Cæ-  
sarem Deiotarus, pro Pompeio pug-  
nans, offenderat. *Idem.*

*Tum sibi amicum cognoverant] Sibi,*  
te scilicet tibi ipsi. Ostendunt id ea  
quæ statim sequuntur. Hæc dico,  
quod aliquis forte existimet, τὸ sibi  
ad ipsos qui cognoverant, non ad  
ipsum quem cognoverant, referri  
oportere. Est enim reciprocorum  
istorum usus lubricus admodum et  
anceps. Hactenus olim. Nunc, quod  
tanto ante prædixi, ecce evenit.  
Manntius enim noster, τὸ sibi, id est,  
Castori, et tantum non Phidippo in-  
terpretatur. Videndum. *Patric.*

*Cui tamen ipsi regi] Optimi codi-  
ces Erfurtensis, Coloniensis, et Pi-  
thœi, cui tamen ipsi rei; quod propen-  
sior scilicet fuisset in Pompeii amici-  
tiam, quam in tuam, te veniam datu-  
rum fuisse dicebas, &c. Omnia nunc  
sunt liquida, nusquam ullæ salebræ,  
ullæ moræ. Miror Lambinum veram  
scripturam cum reperisset, eam in  
suis codicibus non probasse. *Græv.**

**CAP. IV. § 11 Novis imperatoribus]**  
Legendum nobis imperatoribus. Cicero  
enim cum Ciliciam provinciam obti-  
neret, ob res præclare gestas appellatus  
est imperator, et e provincia  
decedens incidit in ipsam flamمام  
belli civilis, eique ut reliquis procon-  
sulibus qui ad urbem aderant, a se-  
natu mandatum, ut videret ne quid  
respublica detrimenti pateretur. *Abram.*  
Omnino sic legendum esse nos  
docet Ciceronis Epist. ad Tironem,  
Fam. xvi. 11. ‘Postea quam senatus  
consulibus, prætoribus, tribunis ple-  
bis, et nobis, qui proconsules sumus,’  
&c. Quo modo nuns e quatnor nos-  
tris edidit Manutius. Alia lectio,  
quam incautus admirseram in editione  
Parisiensi, in erratorum numero ha-  
beatur velim. *Olivet.*

*Certorum hominum] L. Domitii, P.  
Scipionis, M. Bibuli, M. Catonis;*

quorum alios ad bellum spes rapina-  
rum, alios Cæsaris odium, et privatæ  
inimicitiae impellebant. *Manut.*

**CAP. V. § 13 A Pompeio discessit]**  
Pompeio acie Pharsalica sperato,  
reversus est ad suam tetrarchiam;  
nec voluit spem instarandi belli  
persequi, quæ infinita erat, id est  
finem et exitum non habebat. Vide  
de Divin. ii. 37. *Abram.*

*Utilitatibus tuis paruit] Fecit quid-  
quid utilitates tuae postulabant. Eo-  
dem verbo usus est ad Plancin lib.  
xiii. ‘Res familiaris C. Capitonis  
præsto fuit, et paruit et temporibus;  
et fortunæ meæ.’ ‘Utilitates,’ pro  
commodis accipiuntur. Ad Tironem:  
‘Utilitatibus tuis possum carere: te  
valere, tua causa primum volo, tum  
mea, mi Tiro.’ *Manut.**

**§ 14 Cn. Domitii]** Calvini, qui con-  
sul fuerat cum M. Messalla. Is cum  
Cæsare, Domitius autem Ahenobar-  
bus cum Pompeio fuit. *Idem.*

*Contra Pharnacem]* Regem Ponti;  
filium Mithridatis, qui occasione belli  
civilis Armeniam occuparat. *Idem.*

**§ 15 Distractus]** Divulsus ab alio-  
rum regum societate et amicitia;  
*Abram.* Imo distractus est discerpus.  
*Græv.*

**CAP. VI. § 16 Quis tectorius]** Non  
est lans hominem esse *tectum*, κρυψίον-  
ov, sive occultum, qui simulat amici-  
tiam, et eam fronte præ se fert, cum  
corde premat odium capitale. *Tecto*  
opponitur apertus, simplex. Si fuisset  
homo tectus Deiotarus, facile  
potuisset hoc scelus contra Cæsarem  
suscipere de nece ei inferenda, si  
sibi persuasisset, id tuto se posse et  
secreto facere: sed Cicero nititur  
omni ope id ostendere, cogitationem  
hujus sceleris abesse tam ab ejus pru-  
dentia, quam probitate. ‘Tectus’  
igitur hic locum habere non potest,  
ut recte videt Patricius. In Erfurt.  
Dresd. Colon. Pith. est *rectior*. ‘Rec-  
ta’ dicuntur omnia, quæ sunt sine  
vitio, labe, macula. Igitur quis rec-

tior est hic, quis est in consiliis rectis capiendis promptior, quis est rectioris ingenii, ut in illud non possit cadere tantum facinus? Non ausim quidem præstare Tullium scripsisse *rectior*: aptior tamen est hæc vox huic loco, quam *tector*, quia tectum esse semper vitio vertitur. Est enim hominis callidi, versuti, malitiosi, non prudentis et considerati. *Græv.*

*Inspicere]* Illa, quibus te Deiotarus munerare constituerat. *Manut.*

CAP. VII. § 19 *Continuo dimisit exercitum]* Ex Eunacho Terentii IV. 7. ubi Thraso, qui suos servulos instar aciei gloriosius instruxerat, re non succedente, neque perfecta, ‘Jam dimitto exercitum,’ inquit. De quo eruditus Victor. Var. Lect. xv. 6. Multum autem, ut opinor, hoc valuit ad falsum illud crimen explodendum: et, ni fallor, risu movit; quæ ratio in judicio quoque adhibetur, ac fructum fert; tanquam enim Deiotarus nullus consilii homo esset, ac similis Thrasoni, qui postquam statim insidiæ non successerint, non potuerit, retentis in armis insidiatoribus, efficere quod destinasset, Cæsare post cœnam ad eas balneas veniente. *A-brum.*

*Qualis rex Attalus in P. Africanum fuit]* Vel Antiochus scribendum est pro Attalus, eni sunt hæc a Livio, aliisque scriptoribus tributa; vel erit ipsius Ciceronis ἀμάρτημα μνημονικόν. Ursin.

§ 21 *Sed tamen acta res criminose est]* Ita est acta, ut sit criminationi obnoxia. *Patric.*

*In cubiculum transferri non possent]* Acute simul et lepide. De signis, ut de hominibus, de inanimatis, nt de animatis ipsis. Quid ita? Verbo enim ad signa illa ænea respicit, quorum modo fecit mentionem: cogitatione autem respicit ad homines illos armatos, qui dicuntur fuisse in insidiis collocati. *Idem.*

*Indicare]* Alii vindicare; sed vide

Victorii Var. Lect. XXXVIII. 12.

CAP. VIII. § 22 *Regem semper in speculis fuisse]* Id est, tuas omnes actiones observasse, et speculatores tennisse, qui, ut infra loquitur, ‘rumores de te exciperent, et ad se referrent.’ *Patric.*

§ 23 *Misit ad Cælum nescio quem]* An, misit nescio quem, an, ad nescio quem Cælum? utrumque ex iis quæ sequuntur defendi potest. Posterius tamen præfero. Sic enim statim de eodem, quasi de non magno, imo de contempto homine: ut et Faust. XII. 43. Nisi quod alibi Cælum, alibi Cæciliū vocat. *Idem.*

§ 24 *Sed misit ex iis]* Respondet misisse, quales haberet: imo quales ex iis quos haberet, elegisset. *Idem.*

*Servum judicatum]* Cum sevis militare, præsertim equestri loco, non liceret. *Manut.*

CAP. IX. *Exercitum]* Domitii Calvini. *Idem.*

*Tibi victori]* Cæsar victor e bello Alexandrino per Gallogræciam transivit, et contra Pharnacem arma convertens, ‘legionem (verba sunt Hirtilii) quam ex genere civium suorum Deiotarus natura disciplinaque nostra constitutam habebat, equitatumque omnem ad bellum gerendum adducere jussit.’ *Abram.*

§ 25 *Secutum est bellum Africanum]* Quod tu, parta de Pharnace victoria, paucos dies in Italia moratus, Jubæ Numidiæ regi, Scipioni et Catoni, qui magnis exercitibus Africam occupaverant, intulisti. *Idem.*

*Pereant amici]* Quia amicus Domitio esset: ut paulo post. Græcus versus, mihi quidem nondum compertus: Latinus quoque ejus poëtæ sit, ignorare me fateor. Opto feliores esse alios. *Manut.*

*Qui autem Domitio]* A repugnantiibus: quia cum eadem causa esset Cæsaris et Deiotari, qui amicus erat Domitii, non poterat esse Cæsaris inimicus, et contra. *Abram.*

§ 27 *Diligentissimus agricola*] Nemo jure mirabitur laudari regem, quod fuerit bonus agricola, qui antiquorum mores animo perspexerit. Nam, ut ait Plinius, ‘De cultura agri præcipere principale fuit etiam apud exteris: siquidem et reges fecere, Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus: et duces Xenophon, et Pœnus etiam Mago, cui quidem tantum honorem senatus noster habuit Carthagine capta, ut cum Regulis Africæ bibliothecas donaret, unius ejus duodecimtiga volvmina censemret in Latinam linguam transferenda, cum jam M. Cato præcepta condidisset.’ Eadem testantur Columella, et Varro, uterque cap. 1. de Re Rustica. Et ut omittam Laërtem illum Ithacæ regnum, quem Homerūs lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, et eum stercorantem facit; notum est Diocletianum imperio se abdicasse, ut agriculturæ se reique hortensi liberius applicaret. *Aram.*

*Pecuarius*] Varro de Re Rust. II. 1. ‘De antiquis, illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendunt veteres poëtæ qui ipsas peccades propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis Atreus, quas sibi Thyestem subduxisse queritur: ut in Colchide Æeta, ad cuius arietis pellam profecti regio genere dicuntur Argonautæ: ut in Libya Hesperidas, unde aurea mala,’ &c. Et certe regum pueros ut plurimum pastores olim fuisse, testatur Paris et Ganymedes. *Aram.*

CAP. X. § 29 *Hunc ad meam auctoritatem non potui adducere*] Castori persuadere non potui, ut meam auctoritatem et tum consilium, tum exemplum secutus, a persequendis bellii reliquiis desisteret, tum quod ille magno studio et animi ardore statu-

erat ad extremum belli aleam experiri, tum quod patri se satis esse facturum non putaret, si a bello discederet. *Idem.*

CAP. XI. § 30 *Adducere domum*] Alii, *abducere domo*, nimisrum legatorum. *Ferrat.*

*Productus*] Testis.

*Refugit ad legatos*] Deiotari, a quo rum pedibus abstractus per te erat. *Patric.*

CAP. XII. § 33 *Blesamius*] Homo Gallogræcus, qui Deiotari legatus aderat. *Manut.*

*Statua inter reges posita*] In Capitolio septem regum statuæ fuerunt, et inter eas statua L. Bruti strictum gladium tenentis. Inter eas etiam Cæsaris statua fuit excitata: quod animos hominum vehementer offendit, ratos illius ambitionem jam in apertam tyrannidem erumpere. Quod aiebat accusator a Blesamio scriptum fuisse ad Deiotarum. *Aram.*

*Plaudi tibi non solere*] De plansu et acclamacionibus theatralibns, vide Sextianam et Pisonianam. *Idem.*

§ 34 *Nam si locus affert invridiam, nullus est ad statuam*] Id est, si invidiōsum locum quaeris. In foro multas habet; nam regum statuæ in absurso sunt loco collocatae. *Scholiast.*

CAP. XIV. § 40 *Duos reges*] Deiotaros patrem et filium. Videtur solus pater accusatus fuisse. Filium tamen appellat, ut magis duorum quam unius misericordia moveatur; vel quia Cæsari filius erat acceptior, ideo causam utrinque conjunxit. *Aram.*

CAP. XV. *Illorum*] Adversariorum. Videtur certe quidem hac Oratione nihil Deiotaro impetravisse. Philipp. II. 37. ‘Quis enim cuiquam inimicitor quam Deiotaro Cæsar?’ &c. *Patric.*

IN M. ANTONIUM  
PHILIPPICA I.

**CAP. I. § 1** *Græcum etiam verbum]* Quidam hoc loco inferserant Græcam vocem ἀμνηστίας. Ego summa fide optimi ac veterissimi libri scripturam expressi: quid antem de hoc loco sentirem, indicavi jampridem, Var. Lect. II. 15. *Muret.*

**§ 2** *Per liberos ejus]* Imo per unum filium, ut omnes historici tradiderunt; sed liberos numero multitudinis pro unico filio, aut etiam filia, Latini scriptores libenter usurpant, ut alias ex Gellio et jurisconsultis notavimus. *Abram.*

*Unum aiebat]* Videtur intelligere Sextum Clodium, de quo ipse Antonius epistola quadam ad Ciceronem, quæ habetur ad Att. lib. XIV. ‘A Cæsare petii ut Sext. Clodium restitueret; impetravi,’ &c. *Idem.*

**§ 3** *Serrio Sulpicio]* De hoc S. C. item de dictatura sublata, dicetur Philipp. II. *Idem.*

**CAP. II. § 5** *Cædis]* Quæ impendebat ab homine audacissimo, iofimæ plebis duce, qui se C. Marii, septies consulis, filium simulabat. *Mannut.*

*Uncus impactus est]* Unco tractus in Gemonias scalas, et in Tiberim dejectus est. *Manut.*

*Fugitivo illi]* Numillimæ enim sortis enim esset, in Mariam gentem, atque adeo in ipsins C. Marii nomen invaserat. Verum autem ejus nomen, dissentientibus Valerio, Appiano, Epitome, certum non est. *Idem.*

*Iudemque]* Et scelerati homines de plebe infusa, et servi. *Idem.*

*Bustum in foro facerent]* Cæsari, uti crematus erat in foro, constituerent. *Idem.* Vide Sueton.

*Insepultum sepulturam effecerant]*

Cremaverant enim Cæsaris corpus in foro, ut ait Suetonius, aridis virgultis, subselliis, ac tribunalibus: cum in Campo Martio robus exterritus esset. *Insepultam sepulturam* vocat, vel quia servata cremandi et sepeliendi consuetudo non est; vel quia, ut infra dicitur, ‘sepulcrum Cæsaris nunquam exstaret.’ *Manut.*

*Execrataque columnæ]* Suetonius: ‘Plebs solidam columnam, prope vinti pedum lapidis Numidici, in foro statuit, scripsitque ‘Parenti patriæ.’’ *Idem.*

**§ 6** *Liberatores]* Brutus, et Cassius. De quibus infra.

*Veterani qui appellabantur]* Cæsariani milites, quibus post emerita stipendia caverat senatus, ut in agros sibi assignatos, emolumenta, sive commoda militiæ percepturi, primo quoque tempore mitterentur. *Abram.* Ait veteranos appellatos fuisse ab Antonio, sive compellatos in concione ad uincendam Cæsari necem ut coirent, quod patet ex historicis et epistolis ad Atticum, et verbis sequentibus. *Græv.*

**CAP. III. § 7** *Non sine causa vitavisse]* Vitavit metu quatuor legionum Antonii, quæ erant Brundusii. Epist. ad Attic. XVI. 2. et 4. *Manut.*

*Venti detulissent]* Vide Epist. ad Cornificium, XII. 25. et ad Atticum XVI. 4. *Idem.*

**§ 8** *Rem conuenturam]* Hæc totæ res in eadem Epist. ad Attic. explicatur.

*Remissis provinciis Galliis]* Anget oratore. Nam unam Galliam citiorem, quam postea invasit, pro Macedonia a senatu jami decreta, optabat

*Antonius. Idem.*

CAP. IV. § 9 *Veliam*] Vide Epist. ad Att. xvi. 17.

*Brutum vidi*] Cum incensis ob Cæsar's necem veteranorum animis, Brutus et Cassio vitæ periculum immineret, senatus, ut eos præsenti periculo subduceret, his duobus annonaë curam mandavit, et quod prætores erant, decrevit ut legibus solverentur, si ab urbe plus quam decem dies absfuisserent. Brutus Veliæ vidit Cicero magno suo cum dolore, quod vir unice amans rem publicam non auderet in urbe subsistere. *Abram.*

§ 10 *Pisonis oratio*] Quænam haec fuerit Lucii Pisonis oratio habita Kalendis Sextilibus in senatu, non satis constat: id constat unum, eam fuisse liberrimam. Vide infra; et Philipp. v. 7. Ex quibus merito dubites de fide Appiani, qui de Bell. Civ. lib. iii. L. Pisonem Antonio patrocinantem, et Ciceroni repugnantem inducit. *Abram.*

*Præter naturam etiam, præterque fatum*] An utrumque idem valere voluntur, fatum atque naturam, et duas res καθ' ἑὸς ὑποκειμένου, an vero divisorit separaritque, ut alios casus natura ferre videatur, alios fatum, considerandum equidem puto. Atque id maxime requirendum, quæ ratione dixerit accidere multa humanitus posse, præter fatum: quando sic ratio, et ordo, et inseparabilis quædam fati necessitas constituitur, ut omnia intra fatum claudenda sint. Nisi illud sane Homeri sententus est: Μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δύοντος οὐσαφίκησα. Ne præter fatum accedas Plutonis ad ædes. Nihil autem dubium est, quin violentam et inopinatam mortem significaverit: quæ quidem potest recte videri accidere præter natrnam. Sed cur id quoque genus mortis extra fatum posuerit, neque operis hujus est explorare, neque temporis. A. Gell.

xiii. 1.

§ 11 *Utriusque consilii*] Tamen profectionis, quam reversionis meæ. *Abram.*

*No nullo ejus officio*] Quod eum Antonius, post pugnam Pharsalicam, nondum impetrata a Cæsare venia, Brundusii commorantem, cum interimere jure posset, noluit. Phil. ii. *Manut.*

CAP. V. § 12 *De supplicationibus*] Cæsari mortuo decernendis. Phil. vi. *Idem.*

*Non pignoribus*] Quæ anferri solebant senatoribus, qui in senatum vocati non venissent. Infra: 'quid est ultra pignus, aut multam?' *Idem.*

CAP. VI. § 13 *Parentalia*] Quæ tulisse: ut vero supplicationes mortuo simul decerneretur, id vero nunquam tulisse. *Idem.*

*Nusquam*] Nam in vera nullum Jullii Cæsari extabat tum temporis sepulchrum. Crematus erat in foro, ibique columna ei dedicata, sed postea eversa a Dolabella. *Grav.*

CAP. VII. § 16 *Sine advocatis*] Sine militibns; quibus, a quo primum die senatum habuit, post Cæsaris interitum, vel præsidii sui causa, vel ut metum senatoribus injiceret, eoque facilius, quæ vellet, obtineret, curiam circumdare solitus est. Philipp. ii. *Manut.*

§ 17 *Quod idem non facere potuit*] Antea legebatur, *Quod idem facere non potuit*; neque sane aliter est in optimo illo libro, quam in pervulgatis. Si quis tamen sententiam accurate consideret, spero ei conjecturam nostram probatum iri. Jam quantum intersit inter hæc duo, potuit non facere, et non potuit facere, qui per se non videt, legat Aristotelem Περὶ Ἐργαλεᾶς. *Marc.*

*Pecunia utinam ad Opis maneret*] In Opis æde septies millies H-s, quæ sunt nummo nostro ducenties decies centena scutatorum millia, Cæsar depuerat: eam omnem pecuniam An-

tonius abstulit partim sibi, ut æs alienum grande dissolveret; partim Dolabellæ, collegæ sno, ipsi quoqne gravi ære alieno obstricto; partim aliis, quos a tuendæ reip. enra ad suas partes traduxit. *Idem.*

**CAP. VIII.** § 18 *De tertia decuria]* Lex Cæsaris, ut duæ tantum decuriæ judicarent, senatorum et equitum, omissis tribunis ærariis: Antonius tertiam addiderat ex centurionibus. *Ferrat.*

§ 20 *Quicunque ordinem duxit]* Etiam si legitimo censu careat. *Manut.*

*Quicunque equo meruisset]* De equo publico et privato non attinet plura dicere, quod Justus Lipsius libro primo de Militia Romana, dialogo 5. totam hanc difficultatem exhanserit. Tantum adverte hunc locum intelligendum videri de iis qui equo publico meruissent, neque enim videtur laudatis equo privato merere, quam ordines ducere. *Afram.*

*Manipulares]* Subsignanos milites intelligit, qui erant in manipulis, ad distinctionem velitum qui proprios manipulos non habebant. Vide Lipsium de Militia Romana, lib. II. dialogo 2. *Idem.*

*Ex legione Alaudarum]* Hujus legonis meminit Cicero, ad Attic. XVI. 8. Plin. H.N. XI. 37. Parva avis ‘galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alaudæ.’ Narrat Suetonius in Julio, cap. 24. ‘Et Transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico (alauda enim appellabatur) disciplina cœltuque Romano institutam et ornatam, postea universam civitatem donataam fuisse a Cæsare.’ Quod ‘alauda’ vocabulum sit Celtice originis, confirmat Marcelli Empirici, et Gregorii Turonensis auctoritate Isaacus Casaubonus, in eum Suetonii locum. Vossius in Etymol. V. ‘Galerita’ scribit impositum esse legioni ex dictorio nomen, quod alaudæ avis

instar, insignis esset galcarum cristicis.  
*Anon.*

*Aliter enim nostri negant posse se salvos esse]* Nisi judices habeant manipulares. *Nostri]* Amici, et familiares, omnium scelerum affines. Loquitur ex persona Antonii. *Manut.*

*Legis index]* Titulus, et quasi rubrica, sive inscriptio. *Afram.*

*In turpes]* Turpem legendum, et ex antiquo libro, et ex sensu: cum de una tantum, id est de tertia decuria loquatur, quæ sola erat turpis. *Faern.*

**CAP. IX.** § 21 *Popularis]* Qna provocatio populi potestatem anget. *Manut.*

**CAP. X.** § 24 *A mortuo]* Jocosa, et eadem tamen acerba narratio. Mortnorum enim actio nulla est; at Cæsar mortuus exules reduxit; civitatem, immunitates dedit. Nam Antonius iis de rebus leges protulit, et in Capitolio fixit, ut Cæsar's leges. Phil. II. *Idem.*

§ 25 *Quas tu mihi]* Per dialogismum inducit Antonium irridentem eos, qui vel intercessionibus, vel obnuntiationibus tribunorum plebis volebant malas leges impedire. *Afram.*

§ 26 *Isne qui exclusus est?* Isne populus eam legem scivit, et suffragio suo comprobavit, qui septis et militum præsiis sic exclusus est, ut non potuerit ad forum accedere? *Idem.*

**CAP. XI.** § 28 *Sed iidem illi ita mecum]* Familiares Antonii ita mecum loquuntur: Non est quod tibi persuadeas, M. Tulli, te impune latatum, si libere animi tui sensus extrompseris, conquestusque fueris de republica ex eo, quod L. Piso Kalendis Sextilibus impune de Antonio conquestus est: non enim tibi (qui bello civili secutus es Pompeium contra Cæsarem) idem licet quod Pisani, qui Cæsar's socer fuit. Sic, inquam, mecum loquuntur Antonii familiares, simulque admonent ut ea-

veam, né si liberins locutus fuero, militiū nex inferatur. Qnod cavebimus, et, si propter morbum licet abesse a senatu, non minus ob mortis periculum domi me continebo. *Abram.*

CAP. XII. § 30 *Expiato foro*] Eversa columna, de qua dictum est cap. 2.

CAP. XIII. § 31 *Illum diem*] Biduo post Cæsaris mortem. *Ferrat.*

*Oblitus auspiciorum*] Cum tu ipse, creato comitiis centuariatis consule Dolabella, obnuntiasti, et, quod ad te attinet, vitiōsum consulem fecisti. *Philipp. II. Manut.*

§ 32 *Unius M. Manlii scelus*] Qui cum reipublicæ dominatum invadere conaretur, de saxo Tarpeio dejectus est, eaque notatns ignominia, ut in odium illius sceleris, nemo de patria Manliorum gente Marci prænomen in posterum obtineret. *Abram.*

§ 33 *Domestici*] Latenter avaritiam carpit Fulviæ, Antonii uxoris, quæ C. Curionis, et P. Clodii uxor quoque fuerat. *Manut.*

CAP. XIV. *Et metui a civibus tuis*] In aliis hoc amplius, quam diligi malis. Quæ verba cum abessent optimo libro, putavi adjecta esse ab aliquo, qui non animadverteret, hanc quoque particulam pendere ex illo quod antecessit, gloriōsum putes. Muret. Hanc retinent Vict. Man. Lamb. Grut. cum quibus errare, si tamen erramus, licet.

§ 34 *Oderint*] Vide *Offic.* I. 28.

CAP. XV. § 36 *Gladiotoribus*] Ipos gladiatoriis Indos intelligit. *Abram.*

*Pompeii statuæ*] Adeo populus Romanus amore pristinæ libertatis exarserat, ut videns Pompeii statuam applauderet, et ipsi Pompeio gratularetur. *Idem.*

*Accio*] Tereus Accii tragedia Apollinaribus acta est. Cicero Epist. ad Attic. XVI. 2. ‘Delectari mihi Tereo videbatur, et habere majorem Accio, quam Antonio, gratiam. Mihi autem quo lætiora sunt, eo plus stomachi et molestiæ est, populum Rom. manus suas non in defendenda rep. sed in plaudendo consumere.’ Ep. 5. ‘Thas jam litteras Brutus expectabat, cui quidem ego non novum attuleram de Tereo Accii: ille Bruttum putabat. Sed tamen rumor nescio quid afflaverat, commissione Græcorum frequentiam non fuisse.’ *Idem.*

*Nisi forte Accio tum plaudi, et sexagesimo post anno*] Nisi forte cum liliis Indis plauderetur, Accio poëta, cuius tragedia nomine Terens exhibebatur, plaudi, eique sexagesimo anno postquam scripta est ea tragedia, palmam dari putabatis, non Bruto Indorum editori. *Abram.*

§ 37 *A. Hirtii*] Hirtio consule designato, graviter ægrotante, populus Romanus, quia speraret eum in consulatu rempublicam defensurum, pro ejus incolumente vota suscepit. Phil. VII. et x. *Manut.*

## IN M. ANTONIUM PHILIPPICA II.

CAP. I. § 1 *His annis viginti*] Qui fluxerunt ab ipsius consulatu ad Cæsaris cædem. *Abram.*

*Delph. et Var. Clas.*

*Mihi pœnarum illi plus*] Commode initio, humanitatis et clementiæ specimen exhibet. Quas autem reipub-

Cicero.

10 H H

licæ et Ciceroni pœnas exsolverint, palam est ex corum temporum historiis. Catilina contra patriam signa inferens a Petronio C. Antonii legato vicitus, multis telis confossus, et inter corporum acervos inventus est. P. Clodius in Appia Via a servis Milonis occisus est. *Idem.*

**CAP. II. § 3 Venisse]** In judicium, ut familiarem meum defendemerim. *Judiciale verbum. Manut.* Res est obsevior, nec ullis veterum testata monumentis, ac proinde suspicionibus indaganda. Multas uxores habuit Antonius, quarum prima fuit Q. Fadii Bambalionis, hominis libertini, sed admodum opulentii, filia. De qua, *Philippica III. 6.* ‘Tuæ conjugis, bonæ foeminae, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater est, homo nullo numero. Nihil illo contempnitus, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit.’ Bambalio, ut erat ditissimus, alis dabant partes, alios mittebat in negotia, cum aliis alia contrahebat. Quidam Ciceronis familiaris ei pecuniariam litem intendit. Bambalio cum suæ causæ, si ex formula et edicto prætoris ageretur, diffideret, a quodam tribuno plebis per M. Antonium generum suum impetravit, ut is illi judicio intercederet, juberetque diem proferri, quoad alii judges in Bambalionem propensiores constituerentur, vel totius judicii mntari rationem. Actor obtinendæ causæ spe dejectus, nisi qnempiam magni nominis oratorem adhiberet, ad Ciceronem confugit. Cicero familiarem suum defendit, contra hanc iniquæ intercessionis injuriam, ejusque causam egit, etiam illa formula qua tribunus plebis agi volnerat, ut quantumvis mutato judicio, et inquis conditionibus, ille jus suum obtineret. Hoc igitur facto querebatur Antonius, amicitiam a Cicerone fuisse violatam. Negat orator, et illius sui patrocinii tres osten-

dit fuisse rationes: 1. quod ille familiaris esset, alienus Bambalio; 2. quod ille obrueretur gratia M. Antonii; 3. quod contra omnem juris formam, intercessione tribuni plebis, prohiberetur consuetis formulis jus suum experiri. *Afram.*

**Non virtutis spe]** Ita melius, quam, ut in aliis, specie. Virtutis enim spes in illa ætate commendatur. *Cicero de Rep.* ‘O Fanni, difficilis causa, laudare puerum: non enim res laudanda, sed spes est.’ *Muret.* Qui-demi *virtutis specie* splendorem virtutis, et pulchritudinem intelligunt: libentius interpreter prætextum simulationemque virtutis, quasi eam gratiam non solum sine virtute, sed etiam sine virtutis simulatione collegerit, ætatis flore quem prostituebat libidini improborum. *Afram.*

**Intercessoris]** Intercessione tribuni, non judicio prætoris. *Ferrat.*

**Infimo ordini]** Varii fuerunt ordines, in quos civitas Romana describeretur. Prima divisio fuit, in senatum populumque Romanum: qnibus postmodum equester ordo accessit; ut ait Plin. xxxiii. 2. Alia descrip-tio fuit in patrinos et plebem. Plebem rursus in tribunos ærarios, scribas, mercatores, et negotiatores, argentarios et foeneratores, artifices et opifices, turbam forensem, libertinos et magistratum apparitores dividebant, (de quibus fuse Sigonius de Antiquo Jure Civium Romanorum lib. II. a cap. 7. ad 15.) aut etiam in assiduos et capite censos. Infimus autem vocatur ordo libertinorum, quod suffragiorum jure carerent, saltem in quatuor tantum tribubus urbanis ferrent suffragium, quod in militiam ordinarie non adsciserentur nisi difficillimis reipublicæ temporibus, quod ad magistratus et curiam adiutum non haberent: ut erudite probat Sigonius ejusdem libri cap. 14. Libertini autem ii dicebantur, qui in libertatem asserti fuerant e servi-

tute : quamvis antiquitus ii non libertini, sed liberti dicerentur, cum libertini nomen in eorum filiis hæreret. Tranquillus in Claudio cap. 24. ‘Etimam Appium Cæcum censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum allegisse docuit : ignarus temporibus Appii, et deinceps aliquandiu, libertinos dictos non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.’ *Abram.*

*Q. Fadii] Bambalionis : de quo jam dictum, et rursus Philipp. iii.*

*Domum meam ventitaras] De more. Auctor de Orat. et Censis Corruptæ Eloquentiæ : ‘ Ergo apud majores nostros juvenis ille, qui foro et eloquentiæ parabatur, imbutus jam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem locum in civitate tenebat. Hunc sectari, hunc prosequi, hujus omnibus dictionibus interesse, sive in iudiciis, sive in concessionibus assuebat.’ Plinii Junior, viii. 14. ‘ Erat autem antiquitus institutum, ut a majoribus natu non auribus modo, verum etiam oculis disceremus, quæ facienda nos ipsi ac per vices quasdam tradenda minoribus haberemus. Inde adolescentuli statim castrenibus stipendiis imbuebantur, &c. Inde honores petituri assistebant curiae foribus, et consilli publici spectatores antequam consortes erant. Sunt cuique parens pro magistro : aut cui parcens non erat, maximus quisque et vetustissimus pro parente.’ Adeo ut ne forensia quidem auspicari stipendia, et ad dicendum prodire liceret sine auctore. *Idem* ii. 14 : ‘ At, hercule, ante memoriam meam (majores natu ita dicere solebant) ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi aliquo consulari producente. Tanta veneratione pulcherrimum opus colebatur. Nunc refractis pudoris et reverentiæ claustris omnia patent omnibus : nec inducun-*

tur, sed irrumpunt.’ Neque solum ut foro se aut militiæ pararent, sed etiam ut mores compонerent, ad maiores natu ventitabant. Persius Sat. v. ‘ Cum primum pavido custos mihi purpura cessit, Bullaque succinctis laribus donata pependit, &c. Me tibi supposui : teneros tu suscipis annos Socratico, Cornute, sinn. Tunc fallere solers Apposita intortos ostendit regula morcs, Et premitur ratione animus, vincique laborat, Artificemque tuo ducit sub pollice vulturn.’ E quibus intelligas hujusmodi vitæ magistros sumpta virili toga primi adscitos fuisse, ut in Cæliana : ‘ Ut hinc virilem togam dedit, &c. hoc dicam hunc a patre continuo ad me esse deductum.’ Vide initium lib. de Amicitia. *Idem.*

*C. Curionem] Qui turpiter amavit Antonium. Plutarchus in Antonio.*

§ 4 *Auguratus petitionem] Dixisti te auguratus petitionem omisisse in mei gratiam, ne videlicet si tu meus fuisses competitor, ego repulsam ferrem. In hujusmodi sacerdotiorum petitione, cum plures essent candidati, magnum beneficium fuisse, si gratiosus competitor petitionem alteri concederet. Sic Catulus summum pontificatum cum Cæsare et Isanrico petens, ‘ misit qui magna pecunia vi Cæsari persuaderent, ut is a petitione desisteret,’ ut narrat Plutarchus in Cæsare. Ex quo etiam liquet quo tempore noster adeptus fuerit auguratum : ‘ Etiam in eorum sacerdotum collegium adoptatus est, quos augures appellant Romani, loco Crassi junioris, cum is apud Parthos mortem obiisset.’ *Abram.**

*Quo enim tempore] Anno, ut videatur, urbis septingentesimo, Cn. Domitio Calvino, et M. Valerio Messala consulibus, quo tempore Tullius, P. Crasso M. filio a Parthis deleto, augur in ejus locum suffectus est. *Idem.**

*Unam tribun ferre] Nota locutio-*

Sed quid tribus ad auguratum, cum is e duorum angurum nominatione penderet? Variis modis pro diversitate temporum sacerdotia collata sunt. Siquidem tertio Marii consulatu, ut ait Velleius lib. II. ‘Cn. Domitius tribunus plebis legem tulit, ut sacerdotes, quos antea collegæ sufficiebant, populus crearet.’ Id ille fecit, ut advertit Tranquillus in Nerone cap. 2. ‘pontificibus offensior, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent.’ De hac lege noster ad Brut. Epist. 4. ‘Existimo omnino absentium rationem sacerdotum comitiis posse haberri. Nam etiam factum est antea. C. enim Marius cum in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur: nec, quominus id postea liceret, ulla lex sanxit.’ Hanc legem L. Sylla dictator abrogavit, renovavit Tit. Labienus consulibus Cicerone et Antonio. Dio LXXVII. ‘Cum Labienus de pontificibus creandis rogationem tulisset, Cæsar antem plebem demereretur, iterum plebs contra Syllæ legem, Domitii legem renovavit, atque introduxit.’ Qnod ita reor populi suffragiis fuisse permissum, ut necesse esset eum qui pontificatum vel auguratum adepturus erat, a duobus vel pontificibus vel angribus nominari. Neque enim Cæsar adhuc adolescens, et plebeulæ quam optimatibus jucundior, nominationem hanc contra Catulum et Servilium Isanricum competitores obtinere facile potuisset, nisi Domitia lege fuisse ita sancitum. Orat. in Rullum II. 7. ‘Ne hoc quidem vidit, majores nostros tam fuisse populares, ut, quia per populum creari fas non erat propter religionem sacerdotum, in eo tamen propter amplitudinem sacerdotij (pontificeatus maximus) voluerint populo supplicari. Atque hoc idem de cæteris sacerdotiis Cn. Domitius, tribunus plebis, vir clarissimus, tulit, quia populus per religionem sacerdotia mandare non

poterat, ut minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur.’ Secuta est lex Julia de Sacerdotiis a Julio Cæsare lata, ut videtur, in primo consulatu. De qua noster ad Brutum Epist. 4. ‘Est etiam in lege Julia, quæ lex est de sacerdotiis proxima, his verbis: **QUI PETIT, CUJUSVE RATIO HABERITUR.** Aperte judicat posse rationem haberri etiam non præsentis.’ Cujns, opinor, ea vis fuit ut sacerdotes nominandi quidem, et cooptandi sibi collegas ius haberent, sed eorum tamen nominatio rata non esset, nisi populi suffragium et consensus accederet. Philipp. III. ‘Reliqua populus Romanus in ea familia, quam vidit amplissimam, persecutur. Imprimis paternum auguratus locum: in quem ego tum, ut quod a patre accepi filio reddam, mea nominatione cooptabo. Utrum igitur augurem Jovis Optimi Maximi, ejus interpres, internuntiique constituti sumus, utrum populus Romanus libentius sanciet, Pompeium an Antonium?’ Atque adeo sibi non repugnat, cum in adeptione auguratus, et nominationis et suffragii, sive tribunum facit mentionem. *Idem.*

CAP. III. § 5 *Quod me Brundusii non occideris]* Julius Cæsar, ut narrat Plutarchus in Antonio, ‘post victoriam dictator creatus, ipse quidem persecutus est Pompeium; Antonium vero magistrum equitum nominans Romam ire jussit.’ Quod Cicero invidiose principatum latronum appellat, quia contra leges ei Cæsar hunc honorem concesserat. Quid autem Ciceroni et Antonio, e diversis partibus a pugna Pharsalica in Italiam appulsis, intercesserit negotii, constat ex ipso Cie. Epist. ad Att. XI. 6. ‘In oppido aliquo mallem resedisse, quoad arcesseret. Minus sermonis subiissem: minus accepissem doloris: ipsum hoc me non angeret. Brundusii jacere in omnes par-

tes est molestum. Propius accedere, ut suades, quomodo sine lictoribus, quos populus dedit, possum? Qui mihi incolumi adimi non possunt: quos ego modo paulisper cum bacillis in turbam conjeci ad oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret.' Et Epistola sequenti: 'Ad me misit Antonius exemplum Cæsaris ad se litterarum, in quibus erat se audivisse Catonem et Luc. Metellum in Italiā venisse, Romæ ut essent palam: id sibi non placere, ne qui motus ex eo fierent: prohiberique omnes Italia, nisi quorum ipse causam cognovisset, deque eo vehementius erat scriptum. Itaque Antonius petebat a me per litteras ut sibi ignoscerem: facere se non posse quin his litteris pareret. Tum ad eum misi Luc. Lamiā, qui demonstraret illum Dallabellæ dixisse, ut ad me scriberet, ut in Italianā quam primum venirem: ejus me litteris venisse. Tum ille edixit ita ut me exciperet, et Lælinū nominatim. Quod sane nolle. Poterat enim, sine nomine, re ipsa excipi.' Pro Ligario: 'Apud quem igitur hoc dico? Nempe apud eum qui cum hoc sciret, tamen me antequam vidit, reip. reddidit. Qui ad me ex Ægypto litteras misit, nt essem idem qui fuisset: qui cum ipse imperator in toto imperio populi Romani unus esset, esse me alternum passus est: a quo, hoc ipso C. Pansa mihi nuntium perferente, concessos fasces laureatos tenui, quoad tenendos putavi,' &c. E quibus patet, et quomodo de Cæsarī voluntate in Italianā venerit, et cur eum Antonius non potuerit occidere. *Abram.*

*Potuisse]* Jure belli.

§ 6 *Cum leges eas]* Post mortem Cæsarī multas leges, quæ ne scriptæ quidem ante fuerant, nedum promulgatae, vel tulit, vel per tribunos plebis ferri enravit Antonius. Quarum aliquæ ad ipsum Antonium pertinebant, contra legem Liciniā et

Æbutiam. Quibus ferendis auspicia neglexit, et tribunos plebis ad intercedendum prohibuit accedere. A persona facinoris atrocitatem exagerat: longe enim est indignus ab angure, quam a cæteris auspicia contemni. Cumque ad officium consulis spectet prævidere ne tribunitiarum legum multitudine respublica turbetur, eaque legum multitudo sola reliquorum tribunorum plebis intercessione tollatur, indignissimum est consulem tribunis plebis intercedendi facultatem adimere. *Idem.*

*Pudica in domo]* Pompeii.

§ 7 *Cum M. Crasso]* Multas contentiones fuisse Ciceroni cum M. Licinio Crasso constat ex ejus in Crassum dicteriis, quæ a Plutarcho referuntur. *Idem.*

CAP. IV. § 8 *Quæstuosam]* Quia chirographa fingis, quasi a Cæsare scripta. *Infra. Manut.*

*Proferam]* *Infra*, cap. 17.

§ 9 *At ego]* Concludit mentione litterarum, quas de Sexti Clodii restitutione ad Ciceronem scripserat Antonius. Eæ lib. xiv. ad Atticn, loco item decimo quarto, referuntur hoc initio: 'Occupationibus est factum meis:' ubi his verbis petit Antonius: 'A Cæsare petii, ut S. Clodium restitueret: impetravi. Erat mili in animo etiam tum sic uti beneficio ejus, si tu concessisses: quo magis labore, ut tua voluntate id per me facere nunc liceat.' Et ita concludit: 'Quod si non impetro, per me Clodio datus non sum: ut intelligentias quanti apud me auctoritas tua sit, atque eo te placabilorem præbeas.' Respondet Cicero Epistola sequenti: 'Ego vero tibi istuc, mi Antoni, remitto, atque ita, ut me a te, cum his verbis scripseris, liberalissime et honorificentissime tractatum existimem.' *Idem.*

§ 10 *Lege lata]* Nam si lege Cæsaris redditum in patriam impetraverat, Antonii beneficium in eo restituendo

nullum erat. *Idem.*

CAP. V. § 11 *Cujus quidem te fatum, sicuti C. Curionem manet]* Non habeo dubium, quin legi debeat ita, ut in optimo libro scriptum est, *Cujus quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni manet.* Sed nescio quomodo sit, ut quicquid paulo longius ab usitata loquendi consuetudine discedit, id quorundam aures protinus repudient. *Muret.* Faernum et Muretum secentus est Lambinus. In meo quoque codice est *tibi.* Laudat etiam sic hunc locum Sanctius in Minerva, 11. 4. et constructionem pluribus exemplis confirmat, ut illo Virgilii: ‘Hæc eadem matrice tuæ, generique manebunt.’ Sed præstat ut alia ibi legas. *Græv.*

*Quod fuit utrique fatale]* Fatalis maritis suis Fulvia, quod eos et ambitione inflaret, et ad ciendas turbas excitaret. Plutarchus in Antonio: ‘Nuptiis animum adjecit, ducens Fulviam, quæ olim Clodio populari concionatori nupserat, mulierem neque lanificio, neque rei domesticæ deditam, neque viro privato imperare dignantem, sed magistratum obtinenti praesesse, et imperanti volentem imperare.’ Adeo ut in proscriptione triumvirali multos ipsa suo nomine proscripterit, ut referunt Dio, et Appianus, et tum ipsa, tum Antonius senatum Iudibrio habuerint, ut auctor est Dio, lib. XLVIII. ‘Eas Iudibrio habuerunt, tum aliis modis, tum senatum Caligam vocantes, quod senatores calceamentis militaribus uterentur.’ Et ipsa post victos Brutum et Cassimum, absente Antonio, bellum contra Cæsarem Octavianum, qui in Italiam redierat, excitarit. Quo bello, ut ibidem narrat Dio, Fulvia, ‘et gladio accingebatur, et militibus tesseram dabat.’ Hæc illa est Fulvia, quæ tam fœde insultavit abscesso capiti Ciceronis. *Idem* Dio, lib. XLVII. ‘Fulvia autem id caput arreptum, priusquam auferretur, in-

sultansque amarulentis verbis et conspuens genibus suis imposuit: origine ejus aperto linguam extractam, acibus (quales secum comendi capitatis causa mulieres ferunt) compunxit, additis crebris ac turpibus opprobriis.’ Ut mirum non sit turbulentam hanc mulierem Antonio dici fatalem. Etsi enim insanus amor Cleopatrae extremam ei pestem invexit, id tamen Plutarchus Fulviæ refert acceptum: ‘Ut mercedem Fulviæ, quod ancillari Antonium docuissest fœminis, debuerit Cleopatra, quæ plane cicurem et velut a tirocinio institutum ad obtemperandum fœminis accepit.’ Hæc Plutarchus. Neque tamen uxorem solum, sed etiam equum fatalem habuisse creditus est Antonius. Vide Gell. Noct. Att. III. 9. *Aram.*

CAP. VI. § 14 *Vitricum tuum]* Vironum matris tuæ, nam mater Antonii fuit Julia Lucii Cæsaris soror; quam post mortem Antonii patris P. Lentulus Sura duxit uxorem: Lentulus antem inter conjuratos iussu Ciceronis est in carcere jugulatus. *Idem.*

§ 15 *Phormioni]* Parasitis, quales sunt Phormio et Gnatho apud Terentium, et lenonibus similibus illi Ballioni, qui apud Plautum inducitur. *Idem.*

*Qui suam rem nullam habent]* Lusit in vocabulo ‘res.’ Cur ad eos, inquit, refers de rep. qui suam ipsi rem nullam habent, tuam perdunt? *Manut.*

CAP. VII. *Pudorem cum pudicitia]* Pudor est animi, pudicitia corporis. Tu igitur, Antoni, qui pudicitiam perdideras, parum de pudore labasti: qui enim impudicus fuerit, eum impudentem esse quis miretur? *Idem.*

§ 16 *Quis nomen non dedit]* Nomen dare dicuntur, qui in delectu in militum matriculam referuntur. Liv. II. 23. ‘Delectaque decreto nemo nomen dedit.’ Paulo post: ‘Omissis

certamine nomina dedere.' Lib. iv. 'Cognitio vacantium militiae munere post bellum differtur. Ita dubii quoque inclinant ad nomina danda.' Lib. iii. 'Cognoscendis causis eorum qui nomina non dedissent, bello perfecto se datus tempus.' Lib. vi. 'Neque duei addictos tribuni sinebant, neque juniores nomina dabant.' *Idem.*

§ 17 *Voce pene litterarum*] Certe, ut Bisciolæ nostri verbis utar Subsecivarum vi. 12. 'Mirabantur et nostro seculo Indi papyrus loquenter, ut ipsi putabant, quod a rerum Indicarum scriptoribus narratur.' Quo in genere lepida est narratricula de illo pnero, qui jussu heri fiscellam sicubus plenam ad herilem amicum deferens, partem ederat in via, partem ei reddiderat ad quem fuerant destinatae. Et rem per litteras de hero detectam admirans, paulo post cum eandem ferendarum sicuanu accepisset provinciam, litteras, ne quid illæ resciserent, in terram defodit, ficusque, ut rebatur, sine arbitris manducavit.' *Manut.*

*Vitrici*] Lentuli.

CAP. VIII. § 19 *In hac cella Concordiae*] Deprehensis conjuratorum litteris, ut narrat Plutarchus in Cicero, 'Senatui in cellam Concordiae convocato, litteras recitavit, et indices audivit.' Unde illud pro Sextio: 'Erat eodem tempore senatus in æde Concordiae, quod ipsum tempus representabat memoriam consulatus mei.' *Manut.*

*Ab Ithyreis*] Barbaris ab Ithyra urbe in Tanco monte. *Idem.*

§ 20 *Ab uxore mima*] A Cytheride, amica sua, quam secum vel in castra ducebat. Unde Virg. 'Tua, Galle, Lycoris Perque nives alium, perque horrida castra secuta est.' Cytheridem significat, ut ait Probus; quæ et Volumnia vocabatur, quod eam Volumnius Eutrapelus, antequam Antonius, amavit. Vide infra, et Epist. Fam. ix. 26. *Idem.*

CAP. IX. § 21 *Favisse*] Plausu significasse tuum factum, sive potius conatum mili probari. Cujus autem impudentiae fuit, objicere alteri consilium patrati facinoris, quod sua manu patrare voluerat Antonius? *Abram.* Monuit Fr. Sanctius, Minerv. iii. 3. verbum 'faveo' non minus activum esse, quam 'invideo:' atque ut Latine dixit Virgil. Georg. i. 503. 'Nobis cæli te regia invidet,' ita Latinum esse, 'Faveo tibi hanc rem, hoc factum.' Si quis tamen hic ellipsis esse velit præpositionis 'ob,' 'propter,' non valde reluctabor.

§ 22 *Quanquam de morte P. Clodii*] Occurrit tacitaæ objectioni, 'Si omnes, ut dicis, Clodii morte latati sunt, cur igitur Milo damnatus est?' Id acceptum refert non causæ Milonis, quæ fuit optima, sed institutioni novæ quæstionis. De qua multis queritur pro Milone. *Abram.*

CAP. X. § 24 *Ne quinquennii imperium*] Vide Orat. de Prov. Consul.

*Ferri*] Subanditur 'legem.'

*Ratio haberetur*] In comitiis consularibus.

CAP. XI. § 26 *Etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur illis auctoribus*] Si M. Brutus, Decimus Brutus, C. Cassius, qui conspirationis in Cæsarem factæ principes et auctores fuerunt, eguisserint alii auctoribus, et impulsoribus ad illud facinus designandum, non opus erat ut eos ipse hortarer, iisque tanti facinoris auctor essem, cum haberent domesticos hortatores et majorum suorum exempla. Et uteque Brutus inter paternas majorum suorum imagines in atrio domus suæ collocatas viderent imaginem Luc. Bruti, qui Tarquinios ejecit, et patriam ab eorum dominatione liberavit. M. Brutus etiam inter maternas majorum imagines videret imaginem Ahalæ Servilii, qui sua manu occidit

Spurium Melium, qui annona levanda, jaeturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem venerat regni appetendi. Cassius haberet exempla majorum suorum, e quibus ille fuit Cassius, qui filium summ legibus agrariis populares auras ancpantem, cum in suspicionem venisset affectati regni, dicitur interemisse, et bona ejus Cereri consecrasse. *Abram.*

§ 27 *Cn. Domitium*] Cn. Domitius me anctore non egebat ad inferendam Cæsari necem, satis excitatus interitu patris sui Luc. Domitii, qui occubuit pugna Pharsalica, et avunculi sui M. Catonis Uticensis, qui Uticæ mortem sibi ipse concivit, ne in Cæsaris victoris manus deveniret. Hic autem est Cn. ille Domitius Neronis proavus, quem Tranquillus in Nerone cap. 3. ait, ‘omnibus gentis suæ præferendum.’ Subditque: ‘Is iuter conscos Cæsarianæ necis (quoniam insons) damnatus lege Pedia, cum ad Cassinum Brutumque se propinqua sibi cognitione conjunctos contulisset, post utriusque interitum classem olim commissam retinuit, auxit etiam, nec, nisi partibus ubique profligatis, M. Antonio sponte et ingentis meriti loco tradidit, solusque omnium ex iis qui parilege damnavi erant, restitutus in patriam, amplissimos honores percucurrit.’ *Abram.*

CAP. XIII. § 31 *M. Brutus*] Cui, quia prætor erat, ab urbe plus quam decem dies abesse non licebat, nisi legibus solveretur. *Manut.*

*Cur ludi Apollinares?*] Brutus et alii Cæsaris percussores patrata cæde, veteranorum et plebeculæ metu ex urbe profugerant, et senatus, ut honestum fungæ prætextum daret, Brutum et Cassium annonae præficerat. Cum antem prætoris esset urbani ludos Apollinares exhibere, eos C. Antonius prætor absentis Brnti nomine magnifice suppeditatis a Bruto

sumptibus celebravit. *Abram.*

*Cur provinciae Bruto et Cassio datae?*] Bruto Macedonia, Cassio Syria. *Iadem.*

§ 32 *Retexo*] Retracto quæ dixeram, me videlicet conspirationis illius conscientum non fuisse. Videtur autem esse ironia: non enim ad Brutum et Cassium ea de re scribere decreverat. *Retexo*, est muto et corigo. Sic Epist. ad Fam. xi. 14, ‘Novi timores retexunt superiora.’ Epist. 28. ‘An quod adolescens præstiti, cum etiam errare cum excusatione possem; id nunc atate præcipitata, commutem, ac me ipse retexam?’ Ubi Manutius: ‘Qui retexit, mutat quod jam fecit, quasi male facitum.’ *Abram.*

CAP. XIV. § 34 *Si meus stylus*] Si fuisse poëta illius fabulæ, quam Brutus et Cassius egernnt, &c. Fabula est liberatio reipublicæ, poëta Cicero, stylus consilium, actus unus cædes Cæsaris, reliqui quatuor actus ad absolvendam fabulam requisiti videntur esse cædes Lepidi et trium Antoniorum, quos Cicero de medio sustulisset, quod iis stantibus non posset stare respublica. Alia translatione idem expressit Fam. xii. 4. ad Cassium: ‘Vellem Idibus Martiis me ad cænam invitasses; reliquiarum nihil fuisset. Nunc me reliquiae vestræ exercent, et quidem præter cæteros me.’ Quod repetit ad Fam. lib. x. Epist. ad Trebonium, quæ est 28. *Idem.*

*Quoniam si interfici Cæarem voluisse crimen est?*] Antonius cum Cæsari ex Hispania redeunti, victimis, Pompeii liberis, Narbonem usque obviam progressus comitem habuit, et contubernalem C. Trebonium, isque oblique necandi Cæsaris mentionem injecit, Antonius Trebonii consilio non acquievit ille quidem, sed fideliter rem silentio suppressit, ne ad aures Cæsaris manaret. Cicero rem aliter interpretatus, contendit, Antonio ne-

candi Cæsaris voluntatem adfuisse, sed audaciam defuisse. *Idem.*

*Hoc consilium]* Ita rem narrat Plutarchus in Antonio: ‘Et cum ex amicis fidelissimum quemque ad id negotium eligerent, deliberabant circa Antonium. Cumque cæteri vellet eum in consiliis societatem admittere, repugnavit Trebonius. Dicebat enim quo tempore Cæsari ex Hispania redeunti obviam ierunt, sibi comitem et contubernalem fuisse M. Antonium, cuius animum cum ipse pedetentim, et caute experiri volnisset, Antonium aiebat sensisse quidem quorsum ea dicerentur, id tamen facinus aggredi noluisse, sed nihil se cins fideliter taenisse, neque insidias ad Cæsarem detulisse.’ *Afram.*

*Te a Trebonio vidimus sevocabi]* Plutarchus tamen in Cæsare: ‘Antonium, qui et Cæsari fidelis erat et robustus, extra curiam detinuit Brutus Albinus, injiciens sermonem data opera longiorem.’ Sed Plutarchus Plutarchum opponimus: ‘At Trebonius,’ inquit in Bruto, ‘Antonium circa curiae januam seductum injecto sermone foris detinuit.’ Cui conceptis verbis adstipulatur etiam Dio lib. XLIII. et noster Fam. x. 28. quæ est ad ipsum Trebonium: ‘Quod vero a te viro optimo seductus est, tuoque beneficio adhuc vivit hæc pestis, interdum, quod vix mili fas est, tibi subirascor.’ *Idem Philipp. XIII. Idem.*

*§ 35 Cassianum]* Vide Orat. pro Milone, cap. 12. et ibi Asconium.

*Per easdem tabulas]* Infra: ‘Ubi est septies millies sestertium, quod in tabulis quæ sunt ad Opis patebat?’ Eam autem pecuniam dicitur per easdem tabulas dissipasse, quia tabulas adulteraverat, ne furtum illud extaret. *Afram.*

*E domo Cæsaris]* Post Cæsaris necem Calpurnia Cæsaris conjux, verita ne vel Cæsaris’ percussores, vel etiam senatus invaderet, ingentem

pecuniae vim e domo Cæsaris prolatam, id est, tria circiter talentum millia, depositum apud Antonium. Et in his Cæsar's commentarios, in quibus ipsius manu notata erant, quæ Cæsar facere decreverat. Interim cum senatus nihil de Cæsar's actis mutandum censisset, Antonius hanc occasionem rapiens Cæsar's commentarios adulteravit, et agros, immunitates, vectigalia civitatibus conces sit, nihilque non vendidit enjus inventum emptorem. *Idem.*

*CAP. XV. § 37 Exercitus]* Tres, quorum unus in Thessalia apud Phar salum, alter in Africa apud Thapsum, tertius in Hispania apud Mundam deletus est. Primus imperato rem habuit Cn. Pompeium, secundus P. Scipionem, tertius Cneium et Sextum, liberos Pompeii. *Afram.* Vide infra, cap. 22.

*Providerem futura]* Quam prudenter orator bello civili futura provide rit, vide Orat. pro Marcello: ‘Tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit, ut nulla non modo cupiditate, sed ne spe quidem, prudens et sciens, tanquam ad interitum ruerem voluntarium.’ Adde Epist. ad Attic. x. 4. ‘Præclara igitur conscientia sustentor, cum cogito me de republica aut meruisse optime, cum potuerim, aut certe nunquam nisi divine cogitasse: eaque ipsa tempestate eversam esse rem publicam, quam ego quatuordecim annis ante prospexerim.’ VII. 5. ‘Pace opus est. Ex victoria cum multa mala, tum certe tyrannis existet.’ X. 5. ‘Regnandi contentio est, in qua pulsus est modestior rex, et probior, et integrior, et is, qui nisi vincit, nomen populi Romani deleatur necesse est: sin autem vincit, Syllano more exemplique vincet.’ Jam quid de interitu Pompeii prædixerit, constat e multis, ut ad Attic. VIII. 1. ‘Invitus in eam causam descendeo, in qua neque pacis, neque victoriæ ratio

quæsita est unquam; semper flagitiosæ et calamitosæ fugæ.' xi. 6. 'De Pompeii exitu mihi dubium nunquam fuit: tanta enim desperatio rerum ejus omnium regum et populorum animos occuparat, ut quocunque venisset, hoc putarem futurum.' Quid? quod etiam Cæsar's exitum longe ante prospexit. x. 6. 'Nullo enim modo posse video stare istum diutius; quin ipse per se etiam languentibus nobis concidat, quippe qui florentissimus ac novus septem diebus ipsi illi egenti ac perditæ multitudini in odium acerbissimum venerit, qui duarum rerum simulationem tam cito amiserit, mansuetudinis in Metello, divitiarum in ærario.' Item: 'Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quod diximus: nec fallit, nec aliter accidet. Corruat iste necesse est aut per adversarios, aut ipse perse: qui quidem sibi est adversarius unus acerrimus. Id spero vivis nobis fore: quanquam tempus est nos de illa perpetua jam, non de hac exigua vita cogitare: sin quid acciderit matruis, haud sane mea multum interfuerit, ntrum factum videam, an futurum esse multo ante viderim.' Falsus est tamen aliquando, ut Epistola undecima ad Tironem: 'Videtur si insaniet, posse opprimi, modo ut urbe salva.' Abram.

§ 38 *At vero*] Objectio Antonii. Macrobius Saturn. ii. 3. 'Pompeius Ciceronis facetiarum impatiens fuit. Cujus hæc de eo dicta ferebantur: Ego vero quem fugiam habeo, quem sequar non habeo.' Paulo post: 'Et cum donasset Pompeius transfugam civitatem Romana, O hominem bellum! inquit, Gallis civitatem promittit alienam, qui nobis nostram non potest reddere. Propter quæ merito videbatur dixisse Pompeius, Cupio ad hostes Cicero transeat, ut nos timeat.' Plura ejus dicta referemus, cum de jocis disseretur. Dictum vero Pompeii elegantius ponitur apud

Fabium vi. 4. 'Transi ad Cæsarem, me timebis.' *Idem.*

§ 39 *Consularis vir*] Minus est consularis, quam ut hæc vox possit huic loco convenire. Legunt alii singulis vir, quod placet. *Idem.*

*Et ejus viri*] Epiphonema: sector Pompeii fuit Antonius, quia, ut infra dicetur, 'Bona Cn. Pompeii Magni voci aerbissimæ subiecta præconis. Expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens, tam Diis hominibusque hostis, qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, inventus est nemo præter Antonium.' *Idem.*

CAP. XVI. *Ne jocis quidem*] Prætermissio. Quod spectat ad jocos quibus me in castris intempestive usum esse dixisti, illud crimen indignum est responsione. De jocis Plutarchus in Cicerone jam ante landatus: 'Ipse quidem sine risu et mœstus obibat exercitum; aliis antem, cum minime requirent, ridendi materiam suggerebat.' Sed quid nocebit, si tum ipse, tum Macrobius uterque loco citato, nonnihil nobis harum facetiæ imperiat? Macrobius, 'Cum ad Pompeium venisset: decentibus sero eum venisse, respondit, Minime sero veni: nam nihil hic paratum video.' In eo jocus fuit, quod tanquam ad epulas invitatus responderit, orationemque a bello ad convivia traduxerit: 'Deinde interroganti Pompeio, ubi gener ejus Dolabella esset, respondit, Cum socero tuo.' Elegans plane jocus: obscure criminis dabat Pompeius, quod in adversis partibus esset gener Ciceronis, quasi genero et socero non bene conveniret: ipse quasi alind agens crimen retorsit, et Pompeio criminis vertit, quod a Cæsare socero suo disideret. Plutarchus: 'Cum Domitius quendam usu militari non satis probatum ad ordines militiae promovere vellet, diceretque eum et probum esse et frugi, Cur igitur, inquit,

enim non servas, nt sit curator tuorum liberorum? Quibusdam Theophanem Lesbium præfectum fabrum laudantibus, quod Rhodios amissa classe commode consolatus esset; Quam bonum est, inquit, Graecum habere præfectum! Cum Cæsari plurima ex animi sententia succederent, isque quodammodo jam ipsos obsideret, Lentulo dicenti se competrisse Cæsaris amicos esse tristes, respondit, Dicis eos Cæsarem odisse. Marico autem quodam ex Italia veniente, dicenteque Romæ famam esse Pompeium obsideri: Deinde, inquit, huc navigasti ut esses testis oculatus? Post cladem Pharsalicam, Nonnio dicente bene sperandum esse, quod e Pompeii exercitu septem aquilæ superessent, Bene, inquit, hortaris, si cum graculis bellum gereremus. Labieno divinationibus nitente, quasi in fatis esset, ut penes Pompeium esset totius belli victoria: Videlicet, inquit, hoc usi stratagema modo castra amissimus.' *Abram.*

§ 40 *Hereditates*] Ignominiosum fuit in amicorum testamentis præteriri, quod illud indicio esset præteritos parum amari. *Idem.*

§ 41 *Et quidem vide*] Ironia, quæ gravins aliquid suspicandum relinquit. Amor enim non fertur in incognitum: nec Rubrius amare potuit Antonium, quem penitus ignorabat. Quibus innuitur, testamentum illud quod Antonium Rubrii faciebat heredem, adulteratum et subjectum fuisse. *Idem.*

*Fufi*] An *Furius*, an *Fusius*, ut in Indice?

§ 42 *Hered. patris non adisset*] Quippe nulla erat. *Manut.*

CAP. XVII. *Rhetorem*] Sextus Clodius, Siculus, de quo Suetonius lib. de Claris Rhet.

§ 43 *Campi Leontini*] Sext. Clodius Siculus fuit. Campus Leontinus in Sicilia dictus ab urbe Leontio, enjus

meminernit Plinius et Ptolemæus. Is autem ager fuit Siciliæ totius uberrimus. M. Tullius Frumentaria in Verrem: 'Ætnensis vero ager, qui solebat esse cultissimus, et quod caput est rei frumentariae, campus Leontinus, cuius antea species haec erat, ut cum obsitum vidisses, annona caritatem non vererere.' Jam si fuit uberrima Siciliæ pars, facile vides quantum Antonius hac largitione reipublicæ vulnus inflixerit. *Abram.*

*Immunia*] Libera ab omni servitute, decumis et aliis ejusmodi vectigalibus non obnoxia. *Manut.*

CAP. XVIII. § 44 *Patris, inquies, ista culpa est*] Huic objectioni meæ respondebis: Mea culpa non est, sed patris mei. Non enim ego, sed pater mens vivendo luxuriose patrimonium abligurivit, et tam grande æs alienum contraxit, ut bonis cedere coactus fuerim, cum non possem æs illud alienum dissolvere, fidemque meam a paternis creditoribus liberare. Pater est ille M. Antonius Creticus tam dissolutus nepos, ut ne tabulas quidem rationum conficeret crederetur. Cicero in Verr. lib. I. 'Audimns aliquem tabulas nunquam confecisse: quæ opinio hominum de Antonio falsa?' Ubi Asconius: 'Hic est Mar. Antonius dissolutissimus curator oræ maritimæ, Cretæ mortuus, &c. quem Sallustius ait perdundæ pecuniaæ genitum, et vacuum a curis nisi instantibus.' Ut orator Antonio filio dissolutionem patris his verbis objicerit: 'Patris, inquies, ista culpa est.' Antonii pater fuit, 'Antonius Creticus, vir,' ut est apud Plutarchum, 'non ita quidem splendidus et illustris in repnublica, vir bonis tamen et commodis moribus, tum potissimum in largiendo liberalis, ut ex uno ejus facto facile cognosci potest. Cum enim magnas divitias haudquaquam possideret, et eam ob rem ab uxore liberalitatem exercere prohiberetur, contigit ut familiaris

quidam ad eum pecuniam petens accederet. Deficiente pecunia, servulo mandavit, ut aquam in vas argenteum infunderet, ad seque deferret. Quo allato quasi barbam rasnus mentum rigavit, et servulum alio prætextu abs se dimisit. Amico vasculum dedit, jubens, ut eo pro suo commodo uteretur. Cum autem quid eo vasculo factum esset diligenter inter domesticos quæreretur, uxorem gravioriter stomachari videns, et de singulis velle habere quæstionem, factum confessus est, rogans, ut illa sibi ignorceret.' Hæc Plutarchus paulo liberalius et benignius quam orator, vel etiam ipse Antonius. *Idem.*

*Illud tamen]* Lex Roscia theatalis a L. Roscio Othoni tribuno plebis lata, ne quis spectaret in quatuordecim primis graduum ordinibus, qui proxime ad orchestram et podium accedebant, nisi si esset ingenuus ab ingeno patre, et censum equestrem, id est, quadringenta sestertia possideret. Iis autem ex senatorio vel equestri ordine natis, qui sive suo, sive fortunæ vitio decoxerant, neque jam censum equestrem obtinebant, peculiarem locum constituit. Ex hoc igitur capite Antonii carpit audaciam, quod legem Rosciam præfracte violarit, et sederit in quatuordecim, cum decoxisset. Atque ut hujus loci numerum paucis attingamus, vides hoc loco membra incisis mira concinnitate misceri, et tandem membrorum quatror ambitu terminari, sive ut loquitur noster in Oratore, 'Omnia tanquam crepidine quadam comprehensione longiore sustineri. Visne igitur te inspiciamus a puerο?' Membrum est quod pene ad hexametri longitudinem accedens, duobus choriambris incepsum anapæsto finitur. Sequitur incisum uno dichoræo contentum. 'Sic opinor.' Sequentur tria membra: quorum extrema duo sunt hexametro breviora, medium paulo etiam longius, quam versus he-

roicns extenditur: 'A principio or-  
diamur:' 'Tenesne memoria prætex-  
tatum te decoxisse:' 'Patris, in-  
quies, ista culpa est.' Excipit inci-  
sum, 'concedo,' post membrum in-  
choatum a duobus anapæstis, nt au-  
res magis feriant, et adversarii men-  
tem percellant, limitatum spondæo  
et dochimo, (dochmio) ut spoudæus  
orationi pondus addat, dochimus ali-  
quid amœnitatis impertiat. Tandem  
hinc multiplici structuræ longior am-  
bitus et circumscriptio verborum qua-  
si fastigium imponitur: 'Illiud vero  
audaciæ tuæ Qnod sedisti in qua-  
tuordecim ordinibus, Cum esset lege  
Roscia certus locus decoctoribus con-  
stitutus, Quamvis quis fortunæ vitio,  
non suo decoxisset.' Vides circum-  
scriptionem hanc a duobus heroico  
versu minoribus membris exorsam  
duobus grandioribus terminari, sin-  
gula membra productas initio syllabas  
plures continuari, ut iis veluti  
cuidam fundamento insistant, varie  
finiri, et hunc membrorum finem  
quasi quibusdam gradibus sensim ad  
culmen assurgere. 'Tuæ' iambus  
est, qui minimum habet dignitatis:  
'ordinibus' pæan primus aliquanto  
sublimior, si numerum syllabarum  
speces, si mensuram non adeo gran-  
dis: 'constitus,' dichoræus iambo  
quidem et pæane quidem grandior,  
nondum tamen sublimis, sed quadam  
amœnitate temperatus: 'decoxisset,'  
dispondæus, magnificus plane et  
gravis, totam circumscriptionem sus-  
tentans. *Manut.*

*Sumpsisti virilem, quam statim mulie-  
brem togam reddidisti]* Aliud si nihil  
in hac oratione emendassem, quam  
hunc locum, operam tamen præclare  
a me positam judicare. Quis est  
enim eorum, qui has litteras tractant,  
cui unquam venerit in mentem, eum  
aliter legendum esse, quam ita uti  
vulgo ante nos legebatur? *Sumpsisti  
virilem togam, quam statim muliebrem  
stolam reddidisti.* Quæ tamen scrip-

Intra quam pravā, quamque vitiosa sit, spero cognituros esse omnes, qui totam rem accurate consideraverint. Hoc enim ait Cicero, Antonium, ubi primum togam puram, seu quod idem est, virilem sumpsit, (quod fieri solitum, cum pueri ad annum 17. pervenissent, omnes sciunt) primo quidem prostitisse ad libidinem omnium, et quasi diabolarem aliquam meretriculam, omnes omnium impuritates corpore suo exceperisse: postea vero, repudiatis cæteris, uni Curioni morigerum atque obsequentem fuisse, uni fecisse copiam sui, cum ab eo prope in uxoris loco haberetur. Primum illud tempus notat, cum ait, *Sumpsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti.* Quæ enim mulieres vulgo patebant, venalemque habebant pudicitiam, eæ, ignominiaæ causa, ut ab aliis internoscerentur, togam ferebant, non, ut matronæ, stolam. Horatius: ‘Quid inter Est in matrona, ancilla peccesne togata?’ Idem: ‘Atque etiam melius persæpe togatae.’ At de matrona loquens, stolam nominat: ‘Quid vis tibi? nunquid ego a te Magno prognatum deposco consule cunnum, Velatnumque stola, mea cum conferbuit ira?’ Et in eadem Satyra: ‘Ad talos stola demissa, et circumdata palla.’ Sed et adulterii damnatae impudicitiam profiteri cogebantur, et togam gestare; unde est illud Martialis: ‘Coccina famosæ donas, et bianthina mœchæ. Vis, mage quæ mernit, mittere? mitte togam.’ Et illud ejusdem: ‘Thelyn viderat in toga spadonem: Damnatam Numa dixit esse mœcham.’ Cum igitur toga meretricum esset, matronarum stola; constat, ad exprimentum illud tempus, quo Antonius meretricum more prostabat, stolæ nomen aptum non esse. At postea ubi tanquam nupsisse Curioni dicitur, et apposite inprimis, et salse adhibitum est stolæ vocabulum: ‘Sed cito,’ inquit, ‘Curio intervenit,

qui te a meretricio quæstu abduxit, et tanquam stolam dedisset, in matrimonio stabili et certo locavit.’ Est autem hic locus in eo libro, qui nobis ad has emendationes dux fuit, ita ut eum ipsi edidimus, plane ac sine ulla vel minima litoræ suspicione scriptus. *Muret.*

§ 45 *Filius se ad pedes]* Curio adolescentis meis pedibus advoluntus mihi supplicabat, lacrymis ubertim manantibus ex amore, ut me interponerem, suamque ipsius causam susciperem, meaque auctoritate a patre Curione sestertium sexages impetrarem, quibus æs ille alienum dissolveret. Dicebat enim eam sibi summam tuo nomine præstandam esse, quod prote tuam fidem obligasset. *Idem.*

*Intercessisse]* Soluturum promisse. Sic alibi Cicero locutus. *Manut.*

CAP. XIX. § 48 *Cujus etiam domi quiddam jam tum molitus est]* De stupranda ejus uxore, inquit Manutius. Dici posset etiam jam tum Antonium conspirasse contra rempublicam, ut Pompeium reliquosque principes civitatis occiderent, statumque imperii Romani convellerent. Sed Abramus sum, non Oedipus, et fortasse non est in eo magnopere laborandum. Solent enim oratores aliquando, etiamsi in re nihil subsit, suspiciose loqui, et cum probare nihil possunt, testari ipsam adversariorum conscientiam. Sic enim et adversarios mire lancinant, nec alligantur mendacii. *Abram.*

*Sed habebat ducem Gabinium]* Tradit contra Plutarchus Antonium fuisse ducem Gabinio: ‘Gabinium decem talentorum millibus sollicitante Ptolemæo, ut simul cum ipso in Ægyptum expeditionem susciperet, et ipse regnum reciperet, legatorum et præfectorum plurimi repugnabant, et Gabinium quamvis tanta mercede constrictum ab eo bello quædam formido revocabat. Antonius autem in

omnes magnarum rerum occasiones intentus, et Ptolemæo roganti gratificans, ad hanc expeditionem Gabiniū impulit, et concitatavit.' Cæterum postquam a Clodio discessit, antequam se Gabinio conjungeret, in Græcia fuerat aliquandiu communatus. Sed orator tempus illud relinquit intactum, vel studio brevitatis, vel quia quod in eo reprehenderet non habebat. Hoc enim temporis spatio Antonius intermissa litterarum et eloquentiæ studia renovarat. Missus etiam a Gabino fuerat in Judæam, hostium arem primus invaserat, Aristobulum cum filio ceperat, parva militum manu ingentes Judæorum copias conciderat. Id quoque prudens et sciens Tullius omittit; paucisque perstringit profactionem in Ægyptum, dixisse contentus, ea profactione senatus auctoritatem, rem publicam, religiones fuisse violatas, dissimulatis rebus in Ægypto præclare gestis, quibus Antonius reliquerat suæ fortitudinis, providentia, humanitatis impressa vestigia. Nam cum equitatu præmissus, viarum angustias, atque adeo urbem Pelusium occuparat, et intervenerat, ne Ptolemæus Ægyptiorum primores occideret, et ingenti prælio, circuens hostes et a tergo invadens, 'victoriā iis qui ex adverso veniebant expeditens, præmiis, ut par fuit, militaribus donatus est:' et Archelai 'demortui caput inventum, et ornatum, regia magnificentia sepelivit.' Quare noster, quod invidiosum erat, videlicet ipsam profactionem contra religiones et oracula susceptam, insectatur; reliqua tacet, quod Antonius ex iis veluti fontibus ad hominum commendationem et militum benevolentiam profluxerat. Et allegoria suam orationem obscurat, ne vel aperte damnet Gabiniū, quem olim majestatis accusatum defenderat, vel inimicum laudare videatur. *Abram.*

*Qui tum inde reditus]* Jure invehi-

tur in redditum Antonii, quod ex Ægypto rediens, non domum et necessarios sños inviserit, sed profectus fuerit in ultimam Galliam ad Cæsarem. Quod profecto non fecisset, nisi desperatis vitæ suæ rationibus videret se in urbe stare non posse, aut propter flagitia sic invisum esse snis, ut ad matrem non auderet accedere. *Idem.*

*Ex Ægypto]* *Vetus liber, ex Ægypto:* eadem videlicet ratione, qua 'Purriū' et 'Bruges,' et 'Sulam,' et talia, priscos illos dixisse accepimus. *Muret.* Hæc putent sibi dicta veteris illius scripturæ amatores, quibus fortasse displicerint ea quæ nobis permisimus, ubi de 'Sylla,' pro 'Sulla.' *Olivet.*

*Suam enim quisque domum]* Acriter reddit rationem cur Antonius domum non haberet. Si enim dixisset, Tu enim decoxeras, et domus patris addicta fuerat creditoribus, veram quidem ille causam reddidisset. Sed longe vehementius, *Suam enim quisque domum tum obtinebat,* quibus verbis et memoria belli civilis, quod tam multos sedibns suis expulit, reficitur, et invidia queritur Antonio, qui in tam multorum civium domos invasit. *Abram.*

*Tanquam Sisaponem]* *Manntius:* 'Cum probro dictum, quasi civitatem vitiis infamem et luxu perditam.' Magis arridet Turneb. *Advers. x. 12.* id referens 'ad miniaria metallæ Sisaponensium, quæ societates publicanorum exercebant: dicti enim Antonium non unum possessorem Miseni fuisse, sed possessionis socios habuisse multos.' Sisapo oppidum est in Hispania, olim in conventu Cordubensi, ut auctor est Plin. *Nat. Hist. iii. 1.* Videtur autem fuisse adagium: non enim aliter M. Tullius hunc dicendi modum inde usque ab Hispania petiisset, cum ipse monuerit voraginem patrimonii, potius quam syrtim esse dicendam, ne voces lon-

gins arcessitas alio transferamus. *I-*  
*dem.*

CAP. XX. § 49 *Ad parentem tuum]* Vulgo, *ad patrem tuum*. Hic locus criticos haud parum exercuit, dum alii *matrem tuam*, alii *parentem tuam*, alii *patrum tuum*, alii denique *amatorem tuum* emendant. Unum Bisciolam audiamus: ‘Non possum intelligere, quem hic Antonii patrem vocet. Quidam imperitissime C. Cæsarem, qui postea dictator fuit, accipiunt: sed is bellum gerebat in Gallia, unde nuper discesserat Antonius. Nec Marc. Antonius Cretens intelligi potest, a quo moriente puerulus fuerat relictus. Non L. Lentulus vitrienus, nam eum in carcere consul Cicerio strangularat: et in hac tamen scriptura codices omnes, quos quidem mihi legere contigit, legi autem plurimos, consentiunt. Itaque existimo *parentem tuam* legi debere, ut matrem M. Antonii intelligamus: ea erat Julia lectissima femina.’ Eadem sentiunt Manutius, Lambinus et Bucananus. Et hi quidem duo negant *patrum* legi posse, quod tum temporis C. Antonius Marci patruus exularet. Sed de damnatione et exilio C. Antonii postea disseremus. *Amatorem tuum*, est a conjectura Mureti Var. Lect. xviii. 6. id est, Curionem, qui te effictim adamabat. Primam illam lectionem *parentem tuam* eo libentius amplector, quod et plures ei suffragentur, et Janus Gruterus asserat *parentem tuum* in MSS. melioribus inveniri. Abram.

*Postea custoditus sum a te]* Ita quidem Pal. prim. sed sec. *postea cultus a te*. Quod et in uno Ferrarii, neque mihi admodum displicet: quamvis pro vulgato pugnet Gulielmus in Asin. Plaut. cap. 5. Murens Var. Lect. xix. 7. quod invenisset in uno Ms. *beatus*, in altero *oratus*, conjiciebat, *sublevatus*. Grut. Si legas, *Postea cultus sum a te*, sensus est: Domum meam ventitasti ut me coleres, et

obsequium tuum mihi deferres. Si malis, *Postea custoditus sum a te*, mens fuit oratoris: Posteaquam Cæsaris litteris commendatus in gratiam meam receptus es, me comitatus es per urbem, meumque latu stipavisti, ut me contra vim et arma P. Clodii defenderes. Respicit tempus illud quo Publius Clodius, restituto Cicerone, insidias ei comparavit, ad vimque confugit. Vide Epist. ad Att. iv. 3. ubi narravit domum Qu. Fratris ante diem tertium Non. Novembribus a Clodianis inflammatam fuisse: ‘Ille,’ inquit, ‘vehementer furere. Post hunc vero furorem, nil nisi cædem inimicorum cogitare, vicatim ambire, servis aperte spem libertatis ostendere.’ Paulo post: ‘Itaque ante diem tertium Idus Novembres, cum sacra via descenderem, insecurus est me cum suis: clamor, lapides, fustes, gladii: hæc improvisa omnia.’ Ciceronem autem secum lateris sui custodes et stipatores (nobiles videlicet adolescentes, equitumque liberos) habnisse, qui ipsum contra Clodii vim defenderent, indicant quæ sequuntur: ‘Discessimus in vestibulum N. Terentii Damionis: qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. Ipse occidi potuit. Sed ego diaeta curari incipio, chirurgie tandem.’ Quæ etsi C. Lentlo et Metello Nepote consulibus contigerunt: tamen Clodius ad consequentes annos propagavit, donec tandem post annos quatuor a Milone occisus est. Vide Epist. ad Q. Fratr. ii. 3. et Dionem lib. xxxix. Et sane Ciceronem, cum opus fuit, nobiles adolescentes adhibuisse ad sui corporis custodiā constat ex iis, quæ refert Plutarchus in Cæsare. *Idem.*

*Tu a me observatus]* Quibus hæc lectio non placuit, quod Antonium adolescentem a Cicerone viro consulari observandum fuisse non putarent, hunc locum misere lancinarunt: et alii quidem *adjutus*, alii *comitatus*,

alii *ornatus*, alii denique *sublevatus* legendum esse censuerunt. Nihil muto, quod *obserrari* dicerentur adolescentes a proceribus, qui in petitione magistratum honoris et commendationis causa deducebantur. *Observari* etiam minorem a maiore ostendit Cic. ad Fam. vii. 27. ‘Ego enim te in cōsulatu *observaram*.’ Sribit autem ad Gallum. Fuit autem Gallus, (ut multis probat Manutius) Pnblius ille Sextius, qui quæstor fuit consule Cicerone, et ab eo post iudicio de vi defensus est, pro quo exstat nobilis illa oratio. Igitur observatus est quæstor a consule, ut mirari non dehebas Antonium quæsturæ candidatum observatum fuisse a Tullio consulari. ‘Est autem *observare*,’ verba sunt Manutii, Epist. citata, ‘cum ad aliquem honoris officiique causa sæpe accedimus.’ Id quidem ille probat tum hoc loco, tum ad Att. Ep. i. ‘*Observat* Lue. Domitium maxime.’ Sed expressius exemplum est pro Morena: ‘Neque enim fieri potest, neque postulandum est a nobis, aut ab equitibus Romanis, ut suos necessarios candidatos sectentur totos dies: a quibus si dominus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimus, si uno basilicæ spatio honestamur, diligenter observari videamur, et coli.’ Qui legunt *sublevatus*, habent exemplum Cæsarvis de Lentulo Spinthere, ita loquentis, de Bello Civ. lib. i. ‘In petitione consulatus ab eo erat *sublevatus*.’ *Idem*.

*Pro tuis in me injuriis]* Quas tu mihi intuleras, cum eras intimus Clodio in tribunatu, ejusque omnium incendiiorum fax. *Abram.*

*Si in eo perseverares]* Si constans essem in illo odio improborum. *Idem.* In meo codice non male, *si in eo perseverasses*, et sic omnino scripsisse Tollium censeo. Loquitur enim de præteritis. *Grav.*

§ 50 *Deinde continuo]* Solebant patres quas in provincias proprætores

aut proconsules annui mitterentur, deinde quæstores inter se sortiri, ut in eam provinciam mitterentur, quæ enique sorte obvenisset. Aliquando tamen extra ordinem non senatus aut sortis beneficio, sed populi suffragiis et lege perlata provinciæ mandabantur quæstoribus. Antonius ut primum factus est quæstor, nulla interposita mora, contra jus et morem majorum, sine S. C. sine sorte, sine lege ad Cæsarem enenrit. *Abram.*

*Ad Cæsarem cucurristi]* Ut ei quæstor esses in Gallia. *Manul.*

*Viri tui similis]* Curionem designat, qui superiore anno tribunus plebis fuerat, emptusque a Cæsare ab ejus causa pertinaciter steterat. *Ferrat.* Dicitur vir Antonii, eadem mente qua superius: ‘dicitur a Curione in matrimonio stabili et certo locatus esse.’ Addit *si posses*, quia difficile fuit Antonio Curionis similem evadere, quod neque animo, neque inge- nio et eloquentia ad Curionem aspi- raret. *Abram.*

CAP. XXI. § 51 *Ipsique C. Cæsari]* Quoniam potuit Antonius cansari se intercessisse senatusconsulto, quod Cæsari, cui fuerat quæstor anno superiore, injuriam fieri videret; (siquidem factum fuerat S. C. nti ante certam diem Cæsar exercitum dimitteret; si non faceret, eum adversus rempublicam facturum videri) idcirco prudenter huic objectioni noster occurrit, aiens senatum C. Cæsari, si sana mente esset, et senati obtemperare vellet, consulere voluisse. *Idem.*

*Cervicesque suas ei subjicit securi]* Suo scelerie condemnandum senatum se tradidit. *Manut.*

*In hostem togatum decerni]* Senatus nonnunquam decernebat, ut perturbatores reipublicæ in hostium numero haberentur. In Pisonem: ‘De me senatus ita decrevit, Cn. Pompéio anctore, et ejus sententiae principe, ut si quis impedisset redditum meum,

in hostium numero putaretur.' Ubi diximus senatum nonnunquam ita de-  
creta sua muniisse, ut adscriberet, si quis intercesserit, se gravissime latu-  
rum, vel intercessorem videri factu-  
rum contra rempublicam, vel eum in  
hostium numero habendum. Quæ eodem  
pene recidebant. Idem enim  
fuit videri fecisse contra rempublica-  
m, atque in hostium numero censem-  
ri. Vide pro Sextio, cap. 1. *Abram.*

*Intercessio]* Qua impeditivit, ne val-  
eret S. C. quo decretum erat, ut ante certam diem Cæsar exercitum  
dimitteret. *Manut.*

§ 52 *Neque id semel]* Aliud adjec-  
tum quo Antonii scelus exaggerat,  
quod Antonius in eo pertinax fuerit  
et obstinatus, ostenderitque se non  
subito nascentis cupiditatis impetu,  
sed certa animi inductione senatus-  
consulto de provinciis intercedere,  
neque secundum agi de senatus auctorita-  
te, id est, ne voces quidem eorum  
admisericet, qui rogabant, ne se unus  
senatus auctoritati opponeret. *A-  
bram.*

*Tum illud]* Redit ad notam sena-  
tus, qui in Antonium decrevit, quod in  
hostem togatum decerni est solitu-  
tum more majorum. Id est, decre-  
vit eum contra rempublicam factu-  
rum videri, si dintis senatus consulto  
de provinciis Cæsaris obstitisset. Notat tamen id factum fuisse, et multis  
rebus ante tentatis et necessario, ut ostendat senatus lenitatem, qui ad  
hujusmodi pœnam infligendam non  
descendisset, nisi necessitate compul-  
sus. Notat paucis ante Antonium id  
vulnus infictum fuisse, ut eo pœna  
gravior quo inusitator appareat. Ad-  
dit eorum quibus infictum est, inco-  
lunem fuisse neminem, ad exaggeran-  
dam pœnæ gravitatem. *Idem.*

CAP. XXII. § 53 *Tu, tu, inquam]*  
Verbi reduplicatione Antonium pun-  
git, et quasi repetitis ictibus stimu-  
lat, quod C. Cæsari quasi quidam  
antesignanus fuerit, ad bellum patriæ

*Delph. et Var. Clas.*

inferendum. Legunt aliqui, ut notat  
Lambinus, *ansam belli*, pro *causam*  
*belli*, quæ lectio mihi plurimum arri-  
det. Si enim Cæsar jam ante omni-  
a turbare cupiebat et tantummodo speciosum prætextum suo sceleri  
quærebat, non re ipsa belli causa fuit  
expulsio, et circumscriptio M. Anto-  
nii, sed tantum prætextus, et occasio,  
quam Cæsar oblatam arripuit,  
quasi ansam, ad bellum reipublicæ  
inferendum. Eam tamen causam vi-  
deri volebat Cæsar, quasi non ambi-  
tione duceretur, sed intercessionem  
tribunitiam et jura plebis Romanæ  
defenderet. *Idem.*

§ 54 *Exequi cladem illam]* A fune-  
ribus et exequiis videtur petita trans-  
latio, quasi, consulibus et Pompeio  
fugientibus, funere elata fuerit res-  
publica. Epist. ad Att. ix. 14. de  
hac ipsa fuga Pompeii disserens:  
'Miseros nos! cur non omnes fatum  
illius executi sumus?' Exequi, vox  
funerum. *Idem.*

§ 55 *Tres exercitus]* Primus popu-  
li Romani exercitus deletus a Cæ-  
sare, et interfactus est ad Philippos  
et Pharsalum in Thessalia, cui præ-  
erat ipse Cn. Pompeius; secundus in  
Africa ad Thapsum, duce Scipione  
socero Pompeii; tertius ad Mundam in  
Hispania, ducibus Cneio et Sexto  
Pompeis. Multas et ipse Cæsar clades  
per suos legatos accepit, 'quo-  
rum C. Curio,' inquit Tranquillus,  
cap. 36. 'in Africa periit, (cum dua-  
bus legionibus et equitibus quingen-  
tis ex Cæsare) C. Antonius in Illyri-  
co in adversariis devenit potesta-  
tem: P. Dolabella classem in eodem  
Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in  
Ponto exercitum amiscerunt.' Ipse  
duo circiter millia militum prælio  
Dyrrachino, Mundensi mille amiser-  
at. Sed tres tantum clades enumera-  
rat orator, quasi Cæsariani non in  
civium, sed in hostium numero censem-  
antur. *Idem.*

*Cujus tamen scelus in scelere cognos-*

*Cicero.*

10 II

*site]* Scelus in scelere dicit, quia scelus quidem fuit restituere damnatos, et res judicatas rescindere, sed hoc scelere posito scelus aliud admisit, patrum suum C. Antonium, qui damnatus erat, beneficio suæ legis excludens. Vel enim nullum omnino restituere debuit, vel non debuit patrum suum excludere, enjus tamen nullam fecit mentionem. *Idem.*

CAP. XXIII. § 56 *Patrui]* C. Antonii, collegæ Ciceronis in consulatu, qui accusatus a M. Cæsio fuit, Cicerone defensus, a judicibus damnatus, quod expilavisset Macedoniam. In exiliumne fuerit ejectus, an tantum æstimata lite ob expilatam provinciam mulctatus, et ab honoribus et reipublicæ administratione submotus, possit non immerito dubitari. Exulasse significant illa verba Vatinianæ : ‘At nunc quidem C. Antonius hac una re miseriam suam consolatur, quod imagines patris et fratri sui, fratrisque filiam non in familia, sed in carcere collocatas audiire maluit, quam videre.’ Contra videri possit non exulasse veibis illis infra : ‘Frequentissimo senatu, sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolabella odii causam ansus es dicere, quod ab eo sorori et uxori tuae stuprum oblatum esse comperisses.’ *Idem.*

*Quasi vero ludere]* Legendum est, Non quasi ludere cum condemnato non liceret; sed, &c. Muret. Var. Lect. XVIII. 7. Vide Schott. Nod. 12.

*Sed ut, quod ille in alea perdiderat]* Insinuat Antonium fuisse pecuniis inductum ad ferendam legem de restitutione Denticlæ, ut videlicet ‘hujus legis beneficio,’ id est, pecuniis ob hanc legem ferendam accep-tis, æs alienum dissolveret Antonius, quod ipse contraxerat, ut pecuniis mutuatiis alea luderet, totumque illud mutuum ludendo perdiderat. Abram.

*Absentem credo]* Ironia, qua omnes causas, quibus res judicata rescindi

potuit, complectitur. Si absens in reos referretur, nec daretur ei spatiū veniendi, seque defendendi; si temere nec auditis partibus reus damnaretur; si quæstio nulla lege esset constituta; si vi oppressus es-set reus; si judicia pecunia corrupti reum damnavissent. Sed causas ejusmodi nullas attulit ad restituendum Denticlam. *Idem.*

*Nihil id quidem ad rem]* Cur non ad rem, causa redditur Verrina de suppliciis : ‘Perditæ civitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati in integrum restuantur, vinciti solvantur, exules reducantur, res judicatae rescindantur. Quæ cum accidunt, nemō est quin intelligat ruerre illam rem publicam,’ &c. *Idem.*

§ 57 *Quam mihi qui non fuit]* Ali quanto tempore substitut in Italia Cicero, postquam Cæsar in Hispaniam profectus est, ut constat ex litteris Cæsaris ad Ciceronem xv Kal. Maii ex itinere datis, quibus enim rogat, ut ab omni contentione absit, nec naviget ad Pompeium. Habentur Epist. ad Att. x. 8. Substitut autem in Italia usque ad æquinoctium. Eodem libro Epist. 18. ‘Nunc quidem æquinoctium nos moratur: quod valde perturbatum erat, id scilicet eras erit.’ Datae sunt hæ litteræ xvii Kalendas Junii. Imo epistola sequenti scribit Tulliam suam peperisse XIV Kalendas Junii, quo tempore adhuc in Italia morabatur. E quibus videoas eum in Italia fuisse quadraginta pene dies postquam Cæsar Italianam conculecandam Antonio tradidisset. *Idem.*

CAP. XXIV. § 58 *Vehebatur in es-sedo]* Adverte vim singulorum verborum, quibus lustrationem Italæ, ejusque turpitudinem exaggerat. *Vehebatur* muliebri mollitie. *In es-sedo*, quod genus est barbarici vehiculi, et a moribus Romanis alieni. *Tribunus plebis*, qui pedibus deberet incedere,

ut se magis popularem et conventu facilem exhiberet. *Lictores antecedebant*, quos habere tribuno plebis jus non fuit: *laureati*, ob expulsos consules et Cn. Pompeium. *Inter quos lictores Citheris mima portabatur*, quod est indignissimum meretriculam ornare his magistratus insignibus, et *aperta lectica portabatur*, ad majorem impudentiam. Cætera etiam suam emphasis habent, ut quod eam salutarent municipales homines honesti, quod non sponte, sed necessario illi obviam procederent. *Idem*.

*Tribunus plebis]* Non temere tribunum plebis appellat: quantum enim conjectare licet, fas non fuit tribuno plebis uti vehiculo, quamdiu erat in magistratu. Neque enim poterat longius ab urbe discedere, aut extra pomœnum pernoctare; neque decebat ut magistratus plebeius, ad infimi ordinis patrocinium institutus, cultu corporis, aut incessu a plebeis differret, aut vehiculo uteretur, ne difficultis ad eum esset accessus. Quam ob causam, ‘prætextam non gestat tribunus plebis,’ ut scribit Plutarchus Quæst. Rom. probl. 81. Subdit: ‘Neque enim aut lictores habent, aut in sella curuli sedentes jus dicunt.’ Et aliquanto post, quod magis facit ad præsens institutum: ‘Cum autem tribunus plebis e plebe sumpergit originem, in eo vis ejus est omnis, ut sit valde popularis, ejusque omnis amplitudo est, ut non majores spiritus sumat quam cæteri, sed et habitu corporis et veste et vivendiratione similis sit enicunque civium. Nam pompa consuli convenit, et prætori: at vero tribunum plebis, ut aiebat C. Curio, conculcari oportet, neque specie majestatem præferre, aut esse inaccessum, et multitndini difficilem, sed ita super alios omnes eminere, ut tamen possit facile conveniri. Et eam ob neque illi donus januas claudere fas est, sed diu noctuque aperit, tanquam portus

et perfugium indigentibus. Quomagis autem externa specie corporis abjectus est, eo magis potestate attollitur.’ Quare probabilissimum est eos, ut planis a quovis etiam plebeio adiri possent, vehicula ejeravisse, ut se magis populares exhiberent. Confirmari potest ex eo quod etiam dictatorem equo, aut vehiculo uti nefas fuit, ut quoniam summam rerum omnium potestatem obtineret, hac saltem una re plebeius videretur. Vide Plutarchum in Fabio. Quod etiam de legatis tradit Spartianus in Severe: ‘Ex quo factum est ut in vehiculo etiam legati sederent, qui ante pedibus ambulabant.’ Flamini etiam Diali, ne facile ab urbe discederet, equi usus interdictus fuit. Plutarchus Quæstionibus Romanis, problemate 40. ‘Apud Romanos id sacerdoti (loquitur de flamine Diali) proprium est, ut neque equo natetur, neque ultra dies tres peregrinetur.’ Festus etiam causam addit: ‘Equo vehi flaminis Diali non licebat, ne si longius digredieretur, sacra negligenterunt.’ Abram.

*Lictores laureati]* Cæsar potitus Italia, iis, quos sibi legavit, dedit lictores laureatos, non Antonio solum, sed etiam Curioni. Narrat enim Tullius Epist. ad Att. x. 4. hoc ipso tempore quo Cæsar proficiscebatur in Hispaniam, C. Curionem in villam ad se divertisse: ‘Quid isti, inquam, tui fasces? si ab senatu, cur laureati? si ab ipso, cur sex? Cupivi, inquit, ex S.C. surrepto: nam aliter non poterat. At ille impendio nunc magis odit senatum. A me, inquit, omnia proficiscentur. Sex autem, quia duodecim nolui: nam licebat.’ Sed id magis tolerari potuit in Curione quam in Antonio: quia hic tribunus plebis erat, qui lictores habere non potuit, ut jani vidimus e Plutarcho. *Idem*.

*Volumniam]* Cytheris liberta fuit P. Volumnii Entrapeli, ut scribit

Servins in Eclogam decimam, et eadem a Volumnio adamata, ut colligitur ex Epist. ad Fam. ix. 26. ‘Accubueram hora nona, cum ad te hanc exemplum in codicillis exaravi. Dices, Ubi? apud Volumnium Entrapelum, et quidem supra me Atticens, infra Verrius, &c. Infra Entrapelum Cytheris accenbuit.’ Ad hunc amorem alludit scribens ad eundem Volumnium vii. 32. ‘Ut nihil sit tam ἀκύθηρον, quod non alicui venustum esse videatur.’ Volumnius autem familiaris fuit Antonio. Cornelius Nepos in Attici Vita: ‘Atticus cum Ciceronis intima familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto, non modo nihil iis indulxit ad Antonium violandum, sed e contrario familiares ejus ex urbe profugentes, quantum potuit, texit: quibus rebus indiguerunt, adjuvit. Pub. vero Volumnio ea tribuit, ut plura a parente proficiisci non potuerint.’ Apud quem etiam latuit triumvirali proscriptione: ‘Idem Luc. Julium Calidium, &c. in proscriptorum numerum a P. Volumnio praefecto fabrum Antonii absentem relatum expedivit.’ E quibus agnoscis et conjunctionem Antonii cum Cytheride, et causam cur Cytheris Volumnia diceretur. Adde quod gens Volumnia nobilissima fuit, et patricia, ex qua I. Volumnius consul fuit anno post reges exactos quarto et quinquagesimo, quo tempore solis patriciis patebat aditus ad consulatum, ut constat e Livio lib. iii. et fastis Cassiodori. Ex eadem etiam gente fuit Volumnia uxor Coriolani, de qua Liv. lib. ii. et alii passim; ut merito Cytheris ex hoc nomine gloriam quæsierit. Abram.

*Sequebatur rheda cum leonibus, comites nequissimi] Sic nonnulli v. l. Sequebantur rheda cum leonibus comites nequissimi. Quos probo; ut pro comitibus nequissimis, meritorios pueros intelligat. Id quod paulo infra apertius dicet: ‘Ingenui,’ inquit,*

‘pueri cum meritoris, scorta inter matres familias versabantur.’ Rheda autem sit sexti casus; ut Sallustius dixit, ‘equo circumiens:’ et alter nescio quis, scriptor certe non malus, ‘equo sequi.’ Petrus Victorius, quem honoris causa nomino, corrigendum putat, *Sequebatur rheda cum leonibus: comites nequissimi.* Et me hercule opinionis suæ librum, illum quidem non antiquum, sed tamen scriptum, adstipulatorem habet. Arbitratur enim vir doctissimus, Ciceronem id significare voluisse, quod Plin. VIII. 16. memoriae prodidit: ‘Primus,’ inquit, ‘leones Romæ ad currum jnnxit M. Antonius, et quidem civili bello, cum dimicatum esset in Pharsalicis campis: non sine ostento quodam temporum, generosos spiritus jugum subire illo prodigo significante. Nam quod ita vectus est cum mima Cytheride, supra monstra etiam illarum calamitatum fuit.’ Hæc Plinii: quæ Plutarchus, quæ Cicerone ipse tradidit. Ego autem præterquam quod pro uno illi possum viginti adstipulatores regerere, in eis tres vetustissimos: præterea, qui ita loqueretur, ut diceret, ‘rheda cum equis,’ ‘rheda cum mulis,’ id est, rheda mulis juncta, neminem adhuc inveni. Jam vero ut rem tam inusitatam ac pene portenti similem tam breviter attingeret, nec ullos in ipsam orationis aculeos emitteret, addeui ad credendum nullo modo possum. Tu igitur judicium adhibebis: idque eliges, quod ad locum aptius convenire judicabis. Ferrat. Non dum satis, verum ut fatear, constitutere potui, de hujus loci lectione, Victorione potius, an Ferratio assentiendum putem. Magna utriusque eruditio, magna diligentia et accuratio, magna exercitatio in veterum scriptis: sententiæ suæ rationes uterque probabiles afferunt: et nescio quomodo melius uterque, quantum ego quidem judicare possum, reprehendit

aliena, quam confirmat sua. Cum igitur in dubio esset animus, optimum factu esse duxi, veteris libri scripturam, ut erat, proponere. Quanquam si alterius viri sententiam probare necesse sit, aliquanto equidem libentius Victorio accesse-  
rim. Muret.

§ 59 *Sed, quoniam veteranis]* Nihil de belli genere dicam, nec invelhar in te, quod interfueris bello civili suscepto contra rempublicam. Non, inquam, invelhar propter duas rationes: altera est, quoniam veteranis cautum esse volumus, ne priventur iis militiae commodis, quae vel jam adepti sunt a Cæsare, vel brevi adipiscuntur a senatu: altera est, quia nolo committere, ut tu me apud illos in invidiam voces, eorumque animos contra me incites, quasi ego eorum commodis detrahendum putem. Quanquam, etiamsi in te inveherer, quod interfueris bello civili, non tamen reprehenderentur a me veterani; si quidem alia tua est, alia veteranorum causa. Illi enim sequenti sunt Cæsarem ducem, qui ipsis datus fuerat a senatu populoque Romano: nec examinare debueront causam, cur Cæsar Pompeo bellum inferret: tu autem cum et tribunus plebis essem, ac proinde nullo sacramento militari obligatus, tu sponte ducem quæsiisti. Abram.

*Cum legionibus]* Cæsar, victo ad Pharsalum Pompeo, magnam exercitus sui partem in Italiam remisisit, eique præfecit M. Antonium: ipse cum reliquis copiis instituit sequi Pompeium fugientem. Cicero, qui et invitus bellum suscepserat, et nullam videbat Pompeianis partibus spem superesse, audita clade Pharsalica, cui propter adversam valetudinem non interfuit, statuit ab armis discedere, neque Catoni et Cn. Pompeo filio exercitum ei tradentibus, hortantibusque, ut præcesset, bellique extrema persequeretur, acquievit, sed

in Italiam navigavit, appulsusque Brundusium incidit in Antonium cum exercitu victore redeuntem. Quem cum Antonius jure belli occidere posset, incolnem dimisit. *Idem.*

§ 60 *Præseritum cum te hæc auditum videres]* Hoc videtur dicere: Miror per tuas contumelias non licuisse mihi beneficium illud sic animo et memoria colere, ut colebam: præseritum cum fore videres, ut audires a me, quæ meritus es. Tu me novis injuriis veteris beneficij memoriam abjecere coëgisti. *Manut.*

CAP. XXV. § 61 *Tot dierum viam]* De longitudine Viae Appiae, quæ Roma Brundusium extendebatur, Lipsius de Magnitudine Romana, III. 10. ubi et testatur inter utramque urbem fuisse milliariorum circiter 350. intervallum: quare si singulis diebus quinque et viginti millaria conficias, iter erit dierum quatuordecim: quam viam Cytheris ivit Antonio gratulatum. Abram. Horatius Sat. I. 5. suum iter describens Roma Brundusium, innuit se quindecim diebus illud confecisse. *Manut.*

§ 62 *Percursatio eadem comite]* Sic legendum. Vox *eadem*, vel ad percursionem referri potest, *percursatio eadem, comite mima;* vel ad mimam, *percursatio, eadem comite mima.* Malo ad percursionem referre; quasi dicat: Non opus est referre, quid fecerit e Thessalia reversus, ne bis idem dixisse videamur. Eodem enim modo se gessit in ista secunda percusione Italæ, quo se gesserat in priore. Cum enim, ut referunt Plutarchus et Plinius, hac secunda illustratione Italæ, tum alia insolentissime fecerit, profecto non omisisset orator, nisi eadem utraque percusione contigissent. Abram. Sed alter interpretatur Ferrarius, nam ita distinguit, *Italæ rursus percursatio, eadem comite, &c.* Quod ille hac distinctione, nos accentu notavimus.

*In oppida militum crudelis et misera deductio]* Dicuntur in oppida deduci milites, cum vel ad hyberna mittuntur ad tempus, ut, cum se vis hyemis remiserit, rursus ad militiam educantur; vel cum stipendiis confectis, in oppida mittuntur assignatis agris, acceptnri præmia et veteranorum privilegia. Posteriore sensu libentius interpretor. Hæc enim deductio crudelis fuit et misera, cum ejectis veteribus colonis, in eorum possessiones novi succederent. *Afram.*

*Accessit]* Ad superioris percursationis nequitiam accessit hunc posteriori magistratus, nimirum, ut magister equitum crearetur Cæsare dictatore. Posteaquam enim de pugna Pharsalica, et nece Cn. Pompeii Romæ nuntiatum est, multi honores Cæsari decreti fuerunt, isque ad annum integrum dictator, Antonius autem magister equitum constitutus. Id Cicero videri vult factum ignaro Cæsare, beneficio amicorum ejus, ut etiam indicet Antonium Casari contemptui fuisse. Sed rem aliter narrat Plutarchus in Antonio. Videatur Dio, lib. XLII. *Idem.*

*Tum existimavit]* Postquam magister equitum constitutus est Antonius, existimavit se ius habere vivendi familiariter cum Hippia: quia videlicet ipse magister equitum erat, sive ἵππαρχος, Hippia autem ab *equis*, quos Græci ἵπποι appellant, nomen obtinebat. *Idem.*

*Hippia]* Putavi nonnunquam Hippiam mulierculam fuisse famosam. Id enim nomen eo sensu Juvenalis usurpat: ‘Qnot amaverit Hippia mæchos.’ Imo hanc Sergio Iudio adhæsisse tradit Sat. vi. E quibus patet et Iudium et gladiatorem fuisse Sergium, et Hippiam matronam fuisse nobilem, sed multorum adulterorum libidini prostitutam, et eandem ab Antonio amari potuisse, et cum Sergio libidinis habuisse commercium, ut non frustra Noster ntriusque

meminerit. Hæc, inquam, putavi, et etiamnum putarem, nisi me Plutarchi reverentia rem in medio relinquere compelleret, veritum toties a tanto viro dissidere; qui, ut sequenti sectione referemus, Hippiam non mulierem, sed mimum fuisse testatur, ‘in Hippiæ mimi nuptiis.’ *Idem.*

*Vectigales]* Arguitur dedisse mimo equos sui magistratus, ex quibus ille quæstum faceret. *Ferrat.*

*Tum sibi non hanc, &c.]* In eo magistratu non domum Cn. Pompeii, quam invasit quidem, sed male tinetur Sexto Pompeio Cnei Magni filio eam repetente, M. Pisonis domum elegerat, cum ipse propriam domum non haberet in qua habitaret. Pater enim ejus decoxerat. Hic autem M. Piso videtur esse M. Puppins Calpurnianus, qui biennio post Ciceronem cum M. Valerio Messala consul fuit. *Afram.*

§ 63 *Tu istis fauibus]* Hunc locum Fabius frequenter expendit, ut VIII. 4. IX. 4. &c.

CAP. XXVI. § 64 *Se recepit]* Se recipere dicuntur, qui ex aliquo periculo incolumes evaserint. Cæsar autem Alexandriae, ut Tranquilli verbis utar, ‘cum Ptolemæo rege, a quo sibi quoque insidias tendi videbat, bellum sane difficillimum gessit: neque loco, neque tempore æquo, sed hieme anni, et intra mœnia copiosissimi ac solertissimi hostis, inops ipse rerum omnium, atque imparatus.’ Neque refert quod non continuo Romanum Alexandria contendit, sed ‘ab Alexandria in Syriam et inde Pontum transiit:’ tam celeriter enim eas regiones obiit, ut non opus habuerit orator illius itineris facere mentionem. Pharnacem enim ‘intra quintum, quam adfuerit diem, quatuor, quibus in conspectum venerat, horis una profligavit acie;’ ut nihil aliud ad senatum de hac Victoria rescriperit, quam ‘Veni, vidi, vici.’ *Afram.*

*Hasta posita]* In auctionibus publicis hastam fīgebant eo loco, ubi res venales subjiciebantur auctioni, fortasse quia publicarum auctionum origo fuit ex venditione prædæ armis et hasta partæ. *Idem.*

§ 65 *Sector]* Asconius in primam Verrinam: ‘Sectorem autem dicit æstimatorem redemptoremque bonorum damnati, atque proscripti, qui spem sectans lucri sui, id est, secunt spem estimationis suæ, bona omnia auctione vendit, et semel infert pecuniam, vel ærario, vel sociis.’ Sat is obscure. Libenter legerim pro vendit, emit. Clarius aliquanto post: ‘Sectores autem dicti sunt, qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum semel auctionabantur, proqne iis pecunias pensitabant singulis: ac postea compendio sno singulas quasque res peccaria populo venditabant.’ Velle Festi verba superessent, nam Paulus ridicule mutilavit: ‘Sectio, persecutio juris. Sectores, et qui secant dicuntur, et qui empta sua persequuntur.’ Nonius Marcellus: ‘Secare, sequi; unde et sectatores bonorum sectores dicti sunt.’ Hinc colligo eum in auctionibus publicis sectorem fuisse, qui bona proscripti vel damnati universa simul et semel suo pericolo redimebat, quæ deinde vel sibi retineret, vel per partes venderet ad majus rei familiaris compendium. Dietus *sector*, vel quod commodum suum et lucrum sequeretur, ut volunt illi grammatici; vel potius quod illa damnati vel proscripti bona in partes searet, et singulis creditoribus singulas partes exsolveret. *Idem.*

*Isto loco natus]* Vel quod nobilitatem sui generis dedecoraret illa sectionis infamia, vel quod filius esset M. Antonii Cretici, hominis ad perpendendam pecuniam geniti, et ipse prætextatus patris sui culpa decoxisset. Indignissimum est autem enim qui ante decoxerit, ad hastam publi-

cam accedere, et fortunæ prioris oblitum, fieri sectorem. Atque hæc a persona Antonii, deinde a Pompeii persona sectionis indignitatem amplificat. *Idem.*

CAP. XXVII. § 66 *Persona de mimo]* Ut mimus personam mutat, modo hunc agens, modo illum; sic tu fortunam mutasti, ex egente repente dives factus. *Manut.*

*Argenti]* Argentum et aurum pro pateris aureis et argenteis. Quo in genere quanta fuerit Antonii insolentia, videre est apud Plin. xxxiii. 3. *Aram.*

§ 67 *Animal unum]* Legere videatur Fabius, *Quæ si fuit, fuit animal virum.* Nihil facile mutaverim. *Idem.*

*Apothecæ]* Vinum aliud erat doliare, aliud diffusum. Cellæ vinariæ sub terra fuerunt, et vinum doliare continebant. Apothecæ autem fuerunt in superiore tabulato, et vinum in amphoras defusum servabant. Jam Noster non cellas vinarias, sed apothecas ait viris nequissimis fuisse condonatas, quia majoris pretii vetustiora fuerunt vina in amphoris et apothecis, quam in doliis cellisque vinariis. *Idem.* Vide Plin. xiv. 21.

CAP. XXVIII. § 68 *An tu illa in vestibulo rostra, spolia cum adspexisti?* Alii, in vestibulo rostra et hostium spolia. Alii, quod magis placet, *An tu illa vestibula, rostra, spolia.* Majorem enim vim habet oratio si dissoluta fuerit, ut plura congregari, et quasi in cumulum coacervari videantur; nec moris est oratori, duas tantum voces continuari, nisi vinculo copulentur. *Aram.* Puto Ciceronem scrisisse, *An tu illa in vestibulo rostra, an spolia cum inspexisti.* Græv.

*Vestibulo]* Vestibulum non fuit, ut aliqui putant, vel ipsa janua, vel arca januae præpositus, quasi προπύλαιον, aut etiam porticus ante januam; sed Aquilius Gallus apud Gell. Noct. Att. xvi. 5. ‘vestibulum esse

dicit non in ipsis aedibus, neque partem ædium, sed locum ante januam domus vacuum, per quem a via aditus, accessusque ad ædes est, cum dextra sinistraque inter januam tectaque, quæ sunt viæ juncta, spatum relinquitur: atque ipsa janna procul a via est, area vacanti intersita.' Vide ibi plura, et Macrob. Saturn. vi. 8. *Idem.*

§ 69 *Stabula]* Loca nequitiæ, meritaria. *Ferrat.*

*Suas res]* Divortium his plane verbis siebat: 'Tuas res tibi habeto.' Tum clavibus ademptis mulierem foras exigebat. *Idem.*

§ 70 *Partium]* Cæsaris.

CAP. XXIX. § 71 *Propter libidines]* Quæ te in urbe retinebant. *Manut.*

*L. Domitium]* Ænobarbum, qui ante bellum civile jussus fuerat Cæsari, Gallias contra senatus anctoritatem obtinenti, succedere. Is, ut scribit Cæsar de Bello Civili lib. III. 'ex castris in montem refugiens, cum vires eum præ lassitudine defecissent, ab equitibus est interfactus.' *Idem.*

*Itaque]* Cum igitur propter timiditatem et libidines Africano bello defuisse, sic apud Cæsarem in contemptum venisti, sic refrixit tua apud illum gratia, ut postquam ex Africa victor rediit, nec ullum locum, dignitatisque aut gratiae gradum obtineres, nec ullo numero esses, id est, ne numerareris quidem inter ejus amicos. *Aram.*

*Testamento]* Dicebas te testamento Cæsaris ab eo adoptatum fuisse, ut tu in ejus universa bona succederes. *Idem.* Vide Dion. lib. XLIV.

*Appellatus es de pecunia]* Intimatum est tibi, ut eam pecuniam solveres, quam debebas pro emptione ab hasta publica, et sectione bonorum Cn. Pompeii. Appellatur debitor de pecunia, cum non solum admonetur ut solvat, sed jam gravioribus verbis ab eo pecuniæ flagitantur et exiguntur. *Aram.*

§ 73 *Tabula]* Qua proscriptis Antonius res suas; ut auctione facta, solveret Cæsari, quod debebat. *Manut.*

§ 74 *Heredes L. Rubrii]* Repentes ab Antonio bona Rubrii, quæ per fraudem tanquam heres occupaverat. *Idem.*

*Decreto Cæsaris]* Apud quem de auctione illa questi erant, cum dicerent, velle nonnulla Antonium vendere pro suis, quæ sua non essent, sed ad ipsos tanquam L. Rubrii veros heredes attinerent. *Idem.*

*Rudem]* Indicem libertatis virgam impolitanam; qua donati gladiatores, pugnare amplius non cogebantur. Ea vero donabantur, qui saepe jam præclare pugnassent. Mordet igitur Antonium, qui, tanquam bonus gladiator, accepta rude, sibi jam non esse pugnandum pro Cæsare constitueret. *Idem.*

CAP. XXX. § 75 *Tuto]* Quod a latronibus, ant a Pompeianis sibi itinere timeret. *Idem.* Profectus in Hispaniam post Cæsarem, constituit Narbone. *Ferrat.*

*Patriam repetebant]* Si nihil aliud petiissent, quam ut in patriam redirent, et recuperarent rempublicam, non fuisset potior ratio, cur tu contra illos pugnares, quam cæteri, qui duce Cæsare Pompeii partes ejecerant: sed repetebant patrimonium, et ipsam dominum paternam, quam tu posse sidebas. *Aram.*

§ 76 *Et tamen quærebat]* Antonius, qui tam fœde redierat, redditum menum e Græcia, quo post necem Cæsaris proficiisci decreveram, jamque iter suscepseram, mihi objecit. *Idem.*

*Nuper]* Quarto Nonas Septembres, ut constat e Philipp. v. 7. Exposuit causam profectionis et reversionis suæ, Philippica prima. *Idem.*

*Gallicis]* Castrense pedum calceamentum. *Manut.* Atqui miles erat Antonius, et ex Gallia militari habitu redibat Romanum. Non hoc igitur no-

tatur in Antonio, quod in itinere sit usus gallicis et lacerna, sed quod iis usus sit, cum urbem ingrederetur, et postea quod iis usus sit, cum prensaret candidatus in municipiis et coloniis. *Græv.*

*Lacerna]* Humiliorum, quibus toga decesset, vestis. Cicero ad Att. lib. iv. Suetonius in Angusto. *Manut.*

*Non rogabatur]* Tu consulatum a Cæsare precibus rogabas: nos incolumi rep. petebamus a Galliae quoque coloniis et municipiis: habebant enim jus suffragii. *Ferrat.*

CAP. XXXI. § 77 *Hora diei decima fere]* Duabus horis ante noctem. Veteres enim diem in partes duodecim dividebant; et non a media nocte, sed a solis ortu horas numerabant. Saxa autem Rubra videntur fuisse viculus uno vel altero distans ab urbe milliari. *Abram.*

*Ad eam]* Ad Fulviam, quam Antonius, post priorum maritorum necem, duxerat uxorem. *Idem.*

§ 78 *Prædes tuos]* Bona fidejussionum tuorum, sive prædum, qui tuo nomine bona sua obligarant. *Idem.*

*Dicacem]* Populus ex tua oratione dictiorum occasionem arripuit, ex amphibologia ambiguoque sensu verborum ‘Rei tuæ causa,’ quæ tam ad rem familiarem et prædes, quam ad libidines et amorem referri possunt. *Idem.*

CAP. XXXII. § 79 *Impulsus]* Cæsar impulerat, et induxerat Dolabellam, ut consulatum peteret; deinde eluserat, sibi honorem illum usurparerat. *Ferrat.*

*Interrerit]* Intervertere est rem alteri promissam ad se transferre, et ita malis artibus impedire, ne ad eum perveniat cui fuerat destinata. *Abram.*

*Tu ejus perfidia]* Tu Cæsari contra fidem datum Dolabellam prodenti assensus es. *Idem.*

§ 81 *Nos enim nuntiationem solum habemus: consules et reliqui magistra-*

*tus etiam spectionem]* Ex Numæ regis instituto jus nuntiandi augures obtinebant, ut si quid vitii advertissent, comitia prohibere, ne fierent, et jam facta turbare nuotiando possent; idemque legibus XII Tab. cantum est: ‘Quæque angur injusta, nefasta, vitiosa, dirave dixerit; irrita, infectaque sunt.’ Cuilibet igitur magistratui auspicanti, antequam cum populo egeret, aderat augur, eique in auspicio esse dicebatur; quo auctore, secundumne, an adversum eset angurium, intelligebat magistratus ille, qui comitia populi edixerat. Auguribus autem aliquid nuntiantibus parebatnr, etiamsi nihil vidissent, et falsa nuntiarent. Magistribus data erat per leges facultas servandi de cælo, et obnuntiandi, cautumque ne liceret agere cum populo, quo die de cælo servatum esset. Quamobrem poterant impedire ne haberentur comitia, aut ageretur cum populo, et facere dies nefastos, obnuntiando se illis diebus de cælo esse servatores. Itaque augures poterant impedire ne haberentur comitia, et jam habita vitiare; quia et ante, et post habita comitia contingebat, ut videbant aliquid, aut audirent. Non tamen ante ipsam diem comitiorum scire poterant, quid aut visuri essent, aut audituri. Solam ergo habebant nuntiationem. Magistratus habebant sptectionem, hoc est, ius servandi de cælo, et impediendi ne populus ad comitia vocaretur. Quod apud Festum datur ‘anguribus spectio dnn-taxat,’ sic intelligendum videtur: Si augur sit magistratui in auspicio, spectat, non antem nuntiat; in comitiis populi nuntiat, non spectat. Jam et Cicero et Antonius augures erant: hinc est quod ille dicit, *Nos nuntiationem solum, &c. Ferrat.*

*Aut id facturum]* Vitiaturum, posteaquam facta essent. Infra, ‘Confecto negotio, bonus augur, ‘Alio die,’ inquit.’ *Manut.*

§ 82 *Usque ad Idus Martias]* Quibus Cæsar occisus est.

CAP. XXXIII. *Ecce Dolabellæ comitiorum dies]* Cæsar promiserat se prins quam ad bellum Parthicum proficiseretur, effecturum, ut suo ipsius loco consul fieret Dolabella. Cum itaque comitiorum dies appetisset, populum ad ea comitia convocavit, et ex omnibus centuriis, in quas populus universus describebatur, sortitus est unam centuriam, ut ea omnium prima rogaretur suffragium, cuius nomen e sitella primum sortitione eductum exiisset. Quievit Antonius, nec se interposuit, quo minus fieret illa sortitio. Rogatis, exceptis, diribitisque centuriæ prærogativæ suffragiis, Dolabella renuntiatur adeptus prærogativæ suffragium. Tacuit interim Antonius, et ne verbo quidem significavit hujusmodi comitia esse vitiosa. Post prærogativam, prima classis vocatur intra septa, ut ferat suffragium, et, ut fieri solet, rogantur suffragia. Hujus quoque classis voluntate renuntiatur consul Dolabella; quod major pars illarum nonaginta et octo centuriarum, quæ prima classe continentur, ei fuerit suffragata. Sed cum refragarentur aliquot centuriæ, nec solins primæ classis suffragiis legitimus punctorum numerus expleri potuisse, secunda classis vocata est ad ferendum suffragium. Ad eujus rei intelligentiam notandum est, populum omnem in quinque classes, et capite censos finisse distributum, singulas classes quibusdam centuriis fuisse descriptas, ut centum nonaginta tres essent centuriæ, et prima classis plures, quam cæteræ omnes, sola contineret centurias. Erant enim in prima classe 98. in secunda 22. in tertia 22. in quarta 20. in quinta 30. Reliqui omnes, qui non classibus, sed capite censebantur, in unicam erant redacti centuriam. Quare si prima classis conspirasset, omniumque centuria-

rum suarum calculo Dolabellam consulem fecisset, necesse non fuisset ad secundam classem procedere. Vide Dion. Hal. lib. iv. *Idem.*

§ 83 *Augur, auguri: consul]* Cæsari, qui augur et consul.

*Ne acta Dolabellæ videar convellere]* Si enim obnuntiatio tua vim habnit, Dolabella consul fuit vitio creatus; si vitio creatus, non fuit vere consul; si non consul, nihil jure egit et legitima potestate. *Afram.*

*Quæ necesse est]* Cum respublica istud, quo nunc opprimitur, tuæ dominationis jugum excusserit, emergeritque fluctibus servitutis, necesse est, ut Dolabellæ consulis acta ad augurum consilium deferantur, ut nos qui sumus angares, eane rata esse debeant, an infirma, judicemus. Tunc enim considerabimus quid de tna obnuntiatione statuendum sit, ut si valeat, Dolabella jndicetur consul vitiosus; si non valeat, tu ob ementita auspicia damneris. *Idem.*

§ 84 *Si nihil est]* Probare studet, aut nunquam vitiosum, aut vitiosum semper esse consulem Dolabellam: eum Antonius, dum ei fuit inimicus, vitiosum esse; reconciliatus, non esse vitiosum dixerit. *Manut.*

*Ad Lupercalia]* Ad rem gestam Lupercalibus, id est, decimo quinto Kalendas Martii, quo die juvenes Lycauni Pana venerantes nudi per luxum atque lasciviam currebant. Ovid. Fast. II. ‘Tertia post Idus,’ &c. *Afram.*

CAP. XXXIV. § 85 *Sedebat in Rostris]* Priusquam Antonii factum narrat, insolentiam et fastum Cæsaris describit, ut eo scelus Antonii magis exaggeret, quod regem adeo superbum voluerat Romanis imponere. *Afram.*

*Coronatus]* Duplex corona Cæsari concessa a senatu. Decretum enim ut corona laurea perpetuo uti posset, et ut ludis coronam gemmis auroque præsignem gestaret. Hanc posterio-

rem Lupercalibus videtur habuisse; is enim fuit habitus triumphantium. *Abram.* Non fuit gemmis ornata, sed distincta radiis corona aurea, ut Floro dicitur *iv. 2. Græv.*

*Collegam regni]* Dictio regni abest ab antiquo libro, quam et sensus respuit. Loquitur enim de collegio consulatus, non regni. *Faernus.* Cum Faerno et Murens et Lambinus faciunt: quare nolim hic typographos nostros Parisienses ab exemplari Gruteriano deceptos fuisse. *Olivet.*

§ 87 *Non solum de die, sed etiam in diem rivere]* *De die vivere*, est quotidianus genio indulgere et epulari. *De die* enim convivia sunt, quæ ante statam cœnæ horam, quæ erat nona, inibantur, quod erat hominum perditorum: illa coovivia dicuntur tempistica. *In diem vivere* est, ut recte exponitur, omnia susque deque facere, nihil divini humanique pensi habere, nec de futuro sollicitum esse, nec de hominum de te judicio. Illud est hominum asotorum, hoc hominum ἀπονενημένων. *Toū vivere* hic est duplex notio. In ista locutione *de die vivere*, notat *vivere* voluptatibus indulgere, ut in illo Catulli, ‘Vivamus, mea Lesbia;’ sed in hac *in diem vivere*, *vivere* est vitam instituere. *Græv.*

CAP. XXXV. § 88 *De quibus rebus]* Cæsar, ut scribit Appianus, quarto post Idus Martias, profecturus erat ad bellum Parthicum: et antequam urbe excederet, consulem suo loco substituere decreverat. Ideoque relaturus erat ad senatum de auspiciis ab Antonio nuntiatis; utrum videlicet obnuntiatio Antonii vim obtineret, et consul vitiosus esset Dolabellæ. Quærit igitur orator ab Antonio quid egisset; Cæsarine, cui regnum deferre voluerat, repugnare ansus fuisset, an probaturus consulem Dolabellam, quasi salvis auspiciis creatum. Hic est opinor sensus, quam alia etiam de re agendum fue-

rat Idibus Martiis in senatu. Nam, ut scribit Tranquillus cap. 79. ‘Proximo senatu percrebuit fama L. Cottam quindecimvirum sententiam dictum, ut quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos nisi a rege non posse vincí, Cæsar rex appellaretur.’ Quæ suspicio Cæsari necem maturavit, ut Appianus, Dio, Plutarchus litteris prodiderunt. ‘Quæro tum tu quid egisses?’ Eum sine dubio regem esse creandum censuisses, cui jam imposueras diadema. Sed prior explanatio magis ad rem. *Abram.*

*Num etiam]* Dolabella statim post necem Cæsaris, non expectato senatus decreto de auspiciis, consulatum invasit, et paulo post Antonius reconciliatus Dolabellæ. Obiter igitur objicit inconstantiam, quia quem vivo Cæsare vitiosum esse consulem dixerat, eum post Cæsaris necem, tanquam salvis auspiciis creatum in consortium consulatus admisit. *Idem.*

*Prævertendum est]* Sensus: Incidi in id tempus de quo prius mihi loquendum est, quam de iis rebus de quibus cœperam loqui. *Faern.*

§ 89 *Illis in Capitolio liberatoribus]* Bruto, cæterisque qui a reipublicæ cervicibus jugum servile dejecerant, quique cæde peracta in Capitolium, tanquam Deos comprecaturi, concesserant, ibique diem illum noctemque exegernunt. Ad quos accesserunt cum aliis, tum ipse Cicero, ut cum illis agerent de republica. *Idem.*

CAP. XXXVI. § 90 *Per obsidem puerum nobilem M. Antonii filium, M. Bambalionis nepotem]* Peracto S. C. de obliuione injuriarum in æde Telluris, invitati sunt Cæsaris percessores, ut e Capitolio descenderent. Illi cum etiam tum sibi a Lepido et Antonio metuerent, non ausi vitam illis committere, obsides ab eis petierunt. Dedit Antonius filium suum, quem ex Fadii Bambalionis libertini hominis filia suscepérat. *Abram.* Auctor

est Faernus non legi in Vaticano *M. Antonii filium*, ideoque illas voces delevi, eumque secuti sunt Lambinus et Manutius; retinuit tamen eas Muretus. Glossam esse, quæ adscripta fuerit margini, qua magister exposuit, quis esset nobilis puer *M. Bambalionis* nepos, nemini potest obscurum esse, qui attentius ista legit. Nobilem puerum dixit εἰρωνεύως, cum eum vocat *Bambalionis nepotem*. Nam Antonii erant sane nobiles, itaque hic parvum facit ad Ciceronis mentem, si addatur ‘Antonii filius.’ Nullus autem tum erat qui salsum illud dictum, ‘nobilis puer *M. Bambalionis* nepos,’ non intelligeret, esse ‘*M. Antonii filium*:’ quod si addatur, habescit acumen, quo vult ferire Antonium. *Græv.*

*Non diurnus]* Alii legunt non diurni magister officii. Idem sensus est. Quia qui sola poenæ formidine bene faciunt, sublato metu ad priora studia revolvuntur. *Abram.*

*Me quidem dissentiente]* Duplex sensus esse potest: vel enim dissentiebat ab aliis Cicero, quod aliis Antonium optimum putantibus, ipse ne bonum quidem putaret, sed eum crederet sublato metu, primo quoque tempore ad suos mores et improbitatem esse redditurum; vel quod aliis Antonium funeri Cæsaris præficiens, ipse præficiendum non putaret. *Idem.*

§ 91 *Tua illa pulchra laudatio]* Irene pulchram appellat laudationem Antonii, quæ revera perniciosa fuit reipublicæ. Ea funebri oratione tria præstítit Antonius: 1. Laudavit Cæsarem, et cum Alexandro Macedone comparavit, ut scribit Appianus. 2. Interitum Cæsaris miserabiliter deflevit. 3. Multitudinem contra percussores Cæsaris excitavit. Plebs ita subjectis iracundia facibus exarsit, ut Cæsar's corpus in forum detulerit; deinde structo a septis, subsellis, et tribunalibus rogo, combusse-

rit; tandem raptis e rogo torribus, ad percussorum reliquorumque senatorum ædes accurrerit, ut eas incenderet. Quo in tumultu L. Bellieni domus deflagravit. Laudationem Cæsaris funebrem ab Antonio dictam refert Dio l. XLIV. et Appianus l. II. exēunte de bellis civilibus. *Idem.*

*Propter proximum dictatorem]* Videbatur enim Antonius odio Cæsaris, qui proxime dictator fuerat, omnem regni metum sustulisse, sanciens ne quis in posterum dictator diceretur. *Idem.*

§ 92 *Veniebant]* Vendebantur.

*Civitas]* Siculis. Vide ad Atticum XIV. 12.

CAP. XXXVII. § 93 *Tabulis]* Cæsaris. Vide Philipp. I.

*Quorum]* Eorum, qui pro Pompeio contra Cæsarem pugnarant. *Manut.*

§ 94 *Massiliensisbus]* De Cæsaris in eos odio, vide de Offic. II. 8.

*Compellarat]* Appellarat de pecunia Cæsar Deiotarum, cum in ejus domum hospitio exceptus est. *Abram.*

*Computarat]* Supputarat, subductisque rationibus omnibus summani fecerat ejus pecunia, quæ ex tota Deiotari tetrarchia corradi potuit, ut eam omnem imperaret. *Idem.*

§ 95 *In gynæco]* Id est, cum Fulvia. Nam gynæcum locus erat in ædibus, ubi mulieres habitabant. *Manut.*

§ 96 *Ne iste quidem]* Suspicatur Manutius insinuari Sextum Clodium scribam, quem Antonius ab exilio revocarat, ut hac ipsa oratione superius cap. 4. diximus: qui fortasse Antonium et Fulviam scribendis illis legibus et immunitatum tabulis adjuvabat, ut olim P. Clodio præsto fnerat legibus scribundis, ut dicitur pro Domo. *Abram.*

*Ille vir fuit]* Deiotarus fortiter et generose, ut virum decebat, se ges sit: nos vero pusillanimes sumus, qui cum oderimus Cæsarem aucto-

rem, ejusdem acta et leges defendimus, timentes eorum offensionem, quibus Cæsar vivus aliqua beneficia promiserat. *Idem.*

CAP. XXXVIII. § 97 *Quid ego de commentariis?* Senatus pacis et concordiae causa Cæsaris acta servanda esse decreverat, id est, statuerat ut nihil de actis Cæsaris mutaretur, sed singulis magistratibus, beneficia, provinciae darentur, quos Cæsar vivus singulis contulisset. Necato Cæsare, Calpurnia conjux, quatuor talentorum millia, et mariti libellos sive commentarios diurnos ab ipso memoriae causa conscriptos ad Antonium detulit. Is arrepta occasione beneficia, magistratus, provincias, immunitates vendidit, adulteratis Cæsaris commentariis ad libidinem, quasi quæ faceret e Cæsaris memoriali paterentur. Ad hæc nunc orator delabitur. *Idem.*

*Quorum etiam imitatores sunt?* Tanta subjiciendorum adulterandorumque licentia per te inducta est, ut non tu solum, sed alii quoque exscribant, vel potius imitentur, quæ deinde publice venditent, ut vendi solent ii libelli, quibns futura proximorum gladiatorum pngna, et singulorum parvum compositio describitur. *Idem.*

§ 98 *Patrui?* De quo, supra, c. 23.

*Ritus hominum, et querelas?* Ridebant eum, qui fuisset infamia notatus, censuram petere, cuius est de moribus civium judicare. Querebantur tantam esse M. Antonii impietatem, ut patrum suum omnibus ridendum exponeret. *Afram.*

§ 99 *Cur autem ea comitia?* Antonius, ut videtur, censoria comitia indixerat, sed illucescente die vel non accessit omnino, vel cum accessisset, repente comitia dimisit, quod tribunus plebis nescio quis fulmen simistrum nuntiabat. *Idem.*

*In septemviratu?* Cum dividendo militibus agro Campano et Leontino,

septemviros, omissa patruo, praefecisti. *Phil. vi. et viii. Manut.*

*Intervenit?* Pecuniam petivit. Vide Turneb. *Advers. iv. 2.*

*Ne salvo capite?* Videtur reddere rationem cur patrum suum destituerit Antonius. Quia si enim septemvirum creare voluisse, prius de restituendo patruo legem ferre debuisset: neque enim qui integri capit is et existimationis non erat ob damnationem, is poterat fieri septemvir, aut ad ullum vel magistratum, vel sacerdotium promoveri. At metuebat Antonius, ne salvo patruo capite, id est, patruo in integrum restituto, debitam ei pecuniam negare non posset. *Afram.*

*Sororem?* Patnem.

*Alia conditione?* Ante repudium uxoris, circumspecta alia uxore, quam diceret, nimirum Fulvia. *Græv.*

*Sedente patruo?* C. Antonius forte Romæ aderat, quamvis non esset lege restitutus; legibus inter arma civilia silentibus. *Ferrat.*

CAP. XXXIX. § 100 *Quæ tua fuit cognitio?* Cur tu nova Cæsaris acta profers? Ad te non pertinet ista cognitio. Cum consilio senatorum cognosci oportebat. Id enim placuerat. *Manut.*

*Capuam?* Antonius, ut veteranorum animos sibi magis obligaret, Capuanorum agros illis assignare voluerat, et novam coloniam eo transcribere: eoque profectus erat, ut agros divideret: sed illi coloni veteres obstiterunt, necemque pene intulerunt. Eam ob causam Capuanis minitabatur. *Afram.*

§ 101 *Medico . . . quasi?* Anctoritate codicis Vaticani Muretus edidit, *Medico tria millia jugerum: quid, si te sanum fecisset?* Rhetori duo: *quid, si te disertum facere potuisset?* Quid equidem miror ab eruditio Grævio fuisse prætermissum, cum ejus codicis auctoritatem, et Mureti editiōnem ab illo expressam, ipse agnove-

rit, et de Grutero, quod eam neglexerit, merito sit conqnestus. ‘Non enim facile crediderit quisquam,’ inquit Muretus, ‘quæ multa in Philippicis mutila, quam multa temere addita, quam multa corrupta ac depravata legerentur in omnibus aliis libris, quæ hujus ope expleta, refecta, sanata, et integratæ suæ restituta sunt. Librum autem ipsum credo equidem ante hos septingentos annos exaratum esse. Quod et ipsa litterarum conformatio ostendit plerisque locis gemina ei quæ in Pandectis Florentinis, et in Terentio Petri Bembi visitur: et scribendi ratio, quam ὄρθογραφῶν vocant, eadem plane quæ in iis, quos modo nominavi, libris, et præterea in antiquissimo illo epistolarum Ciceronis, enjus exemplum abhinc triennium divulgavit P. Victorius.’ Parisiis prodidit Mureti editio, anno 1562. Titulus: ‘M. T. Ciceronis Philippicæ, a M. Ant. Mureto ad optimum et vetustissimum exemplar tam multis locis emendatæ, ut nunc primum editæ videri queant.’ Olivet.

CAP. XL. § 102 *Aratrum*] Vide, quæ Turnebus de coloniis deducendis assert Advers. IV. 11.

§ 103 *Et, si ab hasta*] Anticipatione rhetorica eludit responsionem Antonii. Respondebis fortasse fundum Varronis, quod secutus esset partes Pompeianas, subjectum fuisse hastæ, et voci præconis, a Cæsare, qui suorum inimicorum bona proscrispsit; te antem emisse, et adeo jure possidere. Quem fundum, si tu ab hasta Cæsaris emisti, concedo te jure possidere, et valere hastam debere confiteor. Abram.

*Modo Cæsaris*] Jocatur in tabularum nomine, et ab anctionariis ad eas transit, in quibus pecunia ad ædem Opis deposita a Cæsare patebat: quæ si valerent, Antonius ejus a se dissipatæ pecuniæ rationem reddere cogeretur. Manut.

*Misisse dicas Alexandriam*] Alia responsio M. Antonii, quam tribus rationibus confutat. Ironice, quæ figura summam Antonii cupiditatem exaggerat. Quasi dicat, Adeone cæcus avaritia et cupiditate rapiebaris, adeone bonis civinm inhiabas, ut magnum tibi et difficile videretur expectare, dum Cæsar ad urbem accederet, et inimicorum suorum bona subjeceret publicæ auctioni? Abram.

CAP. XLI. § 104 *Ab hora tertia bibebatur*] Cum hora nona initium esset cœnæ. Manut.

*Quam dispari domino*] Vide de Oficio. I. 39.

CAP. XLII. § 107 *Interea*] Post C. Cæsaris necem nescio quis in C. Marii nomen invasit, et rudem plebeculam concitavit in senatum: plebsque, ut scribit Suetonius in Julio cap. 85. ‘solidam columnam prope 20. pedum lapidis Numidici in foro statuit, scriptu[m] ‘Parenti Patriæ.’ Apud eam longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahere perseveravit.’ Antonius uncum impegit illi Pseudo-Mario, enique in vinculis jugulavit. Qno facto vocatus in odium multitudinis concitatæ, in hoc rerum rumore discessit ex urbe, veteranorum colonias nuper a Cæsare deductas obiturus, sive ut eorum animos sibi conciliaret, sive ut caput suum præsenti periculo multitudinisque furori subdinceret. Sed absente Antonio, et colonias instrante, ‘eum,’ ut dicitur Phil. I. ‘serperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latini, iidemque bustum in foro facerent, qui illam inseptam sepulturam effecerant, et quotidianè magis magisque perditi homines cum sñi similibus servis, tectis ac templis urbis minarentur, talis animadversio fuit Dolbellæ eum in audaces sceleratosque servos, tum in impuros ac nefarios liberos,’ ut servos nonnullos in cruce egerit,

liberos de saxo Tarpeio dejeccerit; talisque eversio illius execratæ columnæ, ut locum illum sternendum locarit, ne quod extaret columnæ vestigium, de quo Epist. ad Att. xiv. 17. et 18. *Abram.*

*Metum credo valuisse et arma]* Frigida excusatio. Dolabellam videri vult non pecunia corruptum, sed metu et armis a republica bene gerenda deterritum, postquam Antonius ex illa sua peregrinatione stipatus armatis ad urbem accessit. Non metus valuit, sed avaritia, ut aperte Epist. ad Attic. xiv. 22. *Idem.*

§ 109 *Numerum annorum provinciis prorogavit]* Prætoriis annum, consularibus biennium Cæsar dederat, ut Phil. i. Antonius lege tribunitia, ut in Phil. v. ostenditur, prætoriis biennium, consularibus sexennium dedit. *Manut.*

*In hortos Pompeii]* Suburbanos, quos tunc Antonius tenebat ab hasta emptos. *Idem.*

*In villam Scipionis]* In Tiburte, ipsam quoque ab hasta emptam, in qua septemdecim dies, quæ in Ciceronem in senatu diceret, commentatus est. Philipp. v. *Idem.*

CAP. XLIII. § 110 *Quem is majorem honorem consecutus erat]* A senatu. Suetonius: ‘Ampliora humano fastigio sibi decerni passus est, ferentium circensi pompa, templa, aras, simulacra juncta Deos, pulvinar, flaminem, Lupercos.’ *Idem.*

*Fastigium]* Tectum fastigiatum, quod solis templis imponebatur, cum aliарum ædium tecta essent plana. Græcis etiam ἀέτωμα dicitur. Itaque cum Cæsaris domui fastigium decerneretur, divini ei honores deernebantur, significabaturque Cæsarem præsens numen esse habendum, et ejus domum esse templum. *Grav.*

*Est ergo flamen]* Summa cum indignatione Antonium invadit, qui Cæsari tam abjecte fuerat adulatus, ut etiam sacerdotium ejus honori dia-

tum ambiverit. Videtur autem Antonius id sacerdotium Cæsare vivo petisse, atque etiam impetrasse; sed post necem Cæsaris, quæ priusquam Antonius flamen inanguraretur, obtigerat, inaugurari noluisse. *Idem.*

*Quæro deinceps]* Legem tulerat Antonius, ut ad illos dies quatror, quibus ludi Romani celebrantur in circo, quintus dies in honorem Cæsaris adderetur, ejusque pulvinar et simulacrum cum cæteris Deorum simulacris pompa ferretur. Sed post Cæsaris necem consul Antonius passus non est post quatuor dies Indorum Romanorum quicquam in honorem Cæsaris addi, ejusque simulacrum tanquam nuninoris alicuius in pompa deferrri. Ne tamen omnem mortui memoriam obliterasse videretur, Cæsaris nomine supplicationem instituit: quod Cicero reprehendit, docetque religionem non tantum pulvinaribus et ludis, sed etiam indicta supplicatione violari. *Abram.*

*Hodiernus dies]* Oratio hæc ita scripta est, quasi habita fuerit duodecimo Kalendas Octobres, postridie quam in ipsum absentem inventus fuerat Antonius: qui dies in Kalendario, quod Manutii descripserunt, quintus Indorum Romanorum in circo signatus est. *Idem.*

*Cur non sumus prætextati]* Nondum tributus erat ille dies Cæsari; tributum post ea veteres dierum fasti demonstrant. *Manut.*

§ 111 *Apertiorem]* Joens ex ambi-  
gno, quo carpit corporis nuditatem,  
cum perspicuitatem orationis laudare  
videatur. *Abram.*

*Pectus ridimus]* Lupercus enim con-  
cionatus est. *Supra. Manut.*

CAP. XLIV. § 113 *Tertium pensio-  
nem]* Mortem tuam: cum dnas jam  
persolverit, interfictis ejus viris, P.  
Cludio, et C. Curione. *Idem.*

CAP. XLV. § 115 *Gustatum]* Vul-  
go gustum. Sed gustatum ex Vaticano  
ediderunt Faërnus, Muretus, Ma-

mutius, Lambinus. Quod hic fuit a Grævio annotatum. Nec vero *gustum* alicubi dixit Cicero, nisi fidem haheas editionibus non optimis. Cer-

te *gustatum* dixit de Oratore III. 25. de Nat. Deor. II. 56. 63. De Senect. 15. Olivet.

## IN M. ANTONIUM PHILIPPICA III.

CAP. I. § 2 *Facturos*] Relatuos esse ad senatum, ut hostis judicetur Antonius, et illi bellum indicatur. *Ferrat.*

§ 3 *Privatis consiliis*] Cæsaris Octaviani, atque etiam D. Bruti. *Manut.* Vide Fam. XII. 7.

CAP. II. *Pene potius puer*] Annos natus XIX, ut scripsit Velleius, ad remp. defendendam, Antoniique conatus reprimendos Octavianus accessit. *Manut.*

CAP. IV. § 8 *Recens edictum D. Bruti*] Cujus etiam mentio fit ad Fam. lib. XI. ep. 6. *Idem.*

§ 9 *Antonio senatum habenti*] Non nullis videbitur, atque haud scio multis, esse erratum in hac voce *habenti*, et scribendum fuisse, ut Lambinus corrigebat, *habente*, cum sit causus, quem grammatici vocant *absolutum*; atque hoc velit orator, in consilio regis non stetisse barbaros armatos, ut in enia stabant, ‘*habente*’ senatum Antonio. Fateor ita potuisse Ciceronem scribere, sic tamen ut negem, pravum esse quod editum est: hic enim ‘Antonio’ non est sexti casus, sed tertii. Opportune animadvertisit Fr. Sanctius, M. n.erv. II. 4. nullam esse orationem, cui constructæ atque perfectæ, dativus supervenire non possit, designans personam, ad quam id spectet, quod oratione exprimitur. Sic, ‘non omnibus dormio,’ ‘michi peccat,’ et similia. *Olivet.*

*Ementitis auspiciis vilius*] Vide Philipp. II. cap. 33.

§ 10 *Quasilla*] Cum ostendere vellet, Antonium usque eo sordidum esse, ut omnium rerum publicarum domesticum mercatum institueret, ei que Fulviam uxorem præficeret, ut ejus sordes non modo re, sed etiam verbo exprimeret, ‘inter quasilla’ dixit; quo quid sordidius? ‘Talassionem in nuptiis Varro ait signum esse lanifici; Talassionem enim *quassillum* vocabant; qui alio modo appellatur calathus, vas utique lanificiis aptum.’ Hæc Sex. Pompeius: at Priscianus, l. III. ‘Panca inveniuntur diminutiva, quæ non servent genera primitiorum: ut hæc rana, hic ranneulus; hic qualns, hoc quassillum.’ Quod si eni magis arriserit *inter quassillos appendebatur*, non pugnabo; præsertim cum et apud Catonem semper hoc vocabulum virile sit. *Ferrat.*

§ 11 *Sacrificiis*] Consules in provincias profecturi, et sacrificia prius faciebant, et vota nuncupabant; quæ, cum rediissent, bene gesta republika solvebant. *Manut.*

Quæ nunquam solveret] Non enim ei, quæ cogitat, prospere succendent. *Idem.*

CAP. VI. § 15 *Cujus natura pater*] Adoptatus fuerat ab avo materno C. Cæsare. Pater autem illius, Cn. Octavius, decebens ex Macedonia, quam post præturae administraverat, ad petendum consulatum, mortnus fue-

rat. Sueton. *Idem.*

*Aricina]* M. Attius Balbus, Attiae pater, ex Julia erat, Aricinus genere, licet non Ariciæ natus. Aricia porro distabat ab Urbe ad decimum lapidem. *M. Ant. Ferr.*

*Trallianam]* Tralles, urbs Lydiæ; Ephesus in Ionia. *Idem.*

§ 16 *Voconiaæ]* Voconius et Scatinus, tribuni plebis, legibus quas tulerunt celebres, erant Aricini. *Idem.*

*Tusculanum]* Quam tu dixisti, M. Fadii, libertini hominis, filiam. Vide Philipp. II. *Manut.*

*Qui propter hæsitantiam linguae, stuporemque cordis]* Bambalio dictus ἀπὸ τοῦ βαμβάλειν, quod est, τοῖς χείλεσι τρέψει: et βάμβαλον Phryges padendam corporis partem vocant. Quæ legimus apud Hesychium. *Idem.* Nimirum Bambalio est Balbus, homo hæsitantis linguae, ψελλιστής. *Græv.*

*Tuditanus]* De quo Valerius Max. VII. 8.

§ 17 *Aricina natus]* Vulgo *Julia natus*. Ita plane scriptum est in optimo libro, cuius auctoritas apud me quidem longe plurimum valet. Neque tamen rationem ullam dispicere possum, qua hanc scripturam tuear. Octavianus enim, de cuius nobilitate hic agitur, non Julian, sed Attiam, ut notum est, matrem habuit. Itaque aut *Julia nepos*; aut, ut Ferrario visum est, *Julia natus*; aut, quod mili aliquando in mentem venerat, *Julia prognatus* legendum videretur. Verum enim vero totam rem accuratius consideranti ita optime et facilime purgari videtur locus hic posse, si pro *natus* legamus *nata*. Quo autem argumento movear, ut ita credam, ex his quæ subjiciam intelligatur. Octavianus ignobilitatem objecerat Antonius: eam Cicero modis omnibus removere conatur, atque ostendere, Octavianum neque paterna, neque materna stirpe, ignobilem esse. Ad paternam quod attinet,

patres Octavianus habuit duos; natura C. Octavium, adoptione Cæsarem. Ab hoc quidem posteriore ignobilis haberi non poterat; quid enim Cæsare nobilis? Itaque hoc primo argumento Cicero utitur; idque, quia satis per se notum erat, uno verbo concludit, cum ait, 'ignobilitatem objicit C. Cæsar's filio.' Sed et priorem illum nobilem fuisse confirmat ex eo, quod, si vita suppeditasset, consul erat futurus. Quod et Suetonius testatur his verbis: 'Decedens Macedonia, prius quam confiteri se candidatum consulatus posset, morte obiit repentina.' Inde transit Cicero ad matrem Octavianam, eamque nullo modo ignobilem fuisse confirmat. Exagitaverat eam Antonius, primum ut Aricinam: hoc repellit Cicero, primum ita, ut municipium illud honestissimum esse, semperque fuisse doceat, neque ulla re inferins Tusculo, unde ipse Antonius uxorem habuerit Fadiam. Ad postremum etiam addit, L. Philippum, et C. Marcellum, clarissimos viros, illum Aricinam uxorem, hunc Aricina natam habere. Ac ne quis putaret Attiam in municipio suo ignobilem fuisse, docet, eam quoque utraque stirpe nobilem esse; natam enim patre quidem, non Bambalione quopiam, aut divisore, sed M. Attio Balbo, homine prætorio; matre vero Julia, C. Julii Cæsar's sorore, id est, ex eadem gente, ex qua matrem suam esse gloriaretur Antonius. Addit et alia, sed quæ necesse non sit persequi: hoc enim tantum docere volui, cum de Attia hic agatur, *nata*, non *natus*, legendum videri. *Muret.* Non video causam, cur rejiciamus, quod in pluribus libris legimus, *ut is tibi Aricina natus ignobilis videatur*. M. Antonius dixerat 'Aricina mater,' ut clare Servius ad Æneid. v. istum versum, 'Alter Atis, genus unde Atii duxere Latinis,' observat; 'propter Attiam dicit, matrem Augusti, de qua Anto-

nus dicit, Aricina mater, quod han-  
sit ex hoc istius orationis capite Ser-  
vius. Cicero dicit, Licet sit mater  
Octaviani Aricina, (quamvis vere  
non fuerit Aricina, sed paternum  
tantum Atiae genus sit Aricinum) cur  
tamen tibi is, qui ex hac Aricina, ut  
tu ais, natus est, ignobilis videatur,  
cum tuum maternum genus sit ejus-  
dem originis, quæ est hujus Aricinæ,  
nimirum Julium? Sequentia lectio-  
nem istam afferunt: *L. Philippus qui  
habet uxorem Aricinam, quæ est mater*  
*Octaviani, et C. Marcellus, qui Ari-  
cinæ filiam, quæ est Octaviani so-  
ror; ut non videam cur ita hic hæsi-  
tarent viri docti. Græv.* Hic a cæ-  
teris omnibus, duce uno Grævio, dis-  
cessi. Oliv.

CAP. VII. *Compellat edicto]* Carpit  
eum, et vituperat. *Manut.*

CAP. VIII. § 20 *Per Gallorum cu-  
niculum]* Occulte, quasi per Gallo-  
rum cuniculum, cum in Capitolium  
noctu per cuniculum ascendentibus  
proditi sunt ab anseribus. *Idem.* Gal-  
lorum, ut videtur, cuniculum, appellat  
meatum, per quem Galli in Capito-  
lium introierant, cum sunt a Manlio  
deturbati. Rem narrat Livius, lib. v.  
cap. 47. Anon.

CAP. IX. § 22 *Nulla contumelia est,  
quam facit dignus]* M. Antonii triu-  
mvi sententia, quam reprehendit Ci-  
cero, quid significet, curve illam Ci-  
cero reprehenderit, alterum jam se-  
culum agitur, ex quo in quæstione  
fuit. Vexillum errandi, inquit J. F.  
Gronovius, omnibus sustulit Quintilianus,  
Instit. lib. IX. cap. 3. Deinde postquam recensuit Hadriani Cardi-  
nalitis, Erasmi, Jul. Scaligeri, Came-  
rarii, Turnebi, Rami, Mureti, Barri-  
enti, Strebæi, Gifanii, Scip. Gentilis,  
Schotti, Scioppii, Salmasii de isto  
loco sententias, suam subjicit. Quæ  
omnia, si eo animo es, lege apud ip-

sum, Observat. lib. IIII. cap. 8.

§ 23 *L. Cassio]* Fratri C. Cassii, qui  
Cæsarem occiderat. *Manut.*

*De cuius honore extraordinario]* Vere  
dicit; nam postea Lepidum ornatum  
esse summis honoribus a senatu in-  
dicat epistola ad eum, lib. x. *Fam.*  
*Manut.*

*De supplicatione]* Lepidi.

§ 24 *Per discessionem]* Serius enim  
res confecta esset, si, ut mos erat,  
singuli senatores sententiam dixis-  
sent. *Manut.*

CAP. X. *Vespertina]* S. C. ante  
ortum, aut post occasum solis facta,  
rata non fuisse docet M. Varro apud  
Gellium. *Ferrut.*

*Divina vero opportunitas]* Jocatur:  
id est, minime divina, sed vitio et  
arte facta, ut, quæ cuique apta esset,  
ea cuique obveniret. *Manut.*

§ 25 *Consulun]* Designatorum.

§ 26 *Sors divina]* Et hic jocatur in  
sortem vitio factam. *Manut.*

CAP. XI. § 29 *Quæ tamen ipsa non  
tulimus]* Jugum servitutis, occiso ty-  
ranno, dejecimus. *Idem.*

CAP. XII. § 30 *Posset]* Jure. *Idem.*

*Ex funere]* Cum Cæsarem funebri  
laudans oratione, populum cum faci-  
bus impulit ad domos Cassii et Brutis.  
*Idem.* Vide Philipp. II.

§ 31 *Lucium fratrem]* Natu mini-  
mum ex tribus. Fuerat autem tri-  
bunus pl. eodem anno, quo et consul  
Marcus, et prætor Cains. *Idem.*

*Ex mirmillone]* Ex gladiatore. Gladi-  
atorum nomina fuere, retiarii, mir-  
millones, Thraces, secutores. Pug-  
naverat Lucius in Asia mirmillo cum  
Thrace; hæc enim duo genera com-  
poni solere, ostendit ille versus Au-  
sonii: ‘Quis mirmilloni componitur  
æquimannis? Thrax.’ Vide Phil. v.  
VI. VII. *Idem.*

CAP. XIII. § 32 *Nomen]* Vict. Lamb.  
numen.

## IN M. ANTONIUM PHILIPPICA IV.

**ARGUMENTUM.**—Exponit in connione, quæ acta siunt in senatu: Cæsarem et D. Brutum effert laudibus: populum ad libertatem cohortatur.  
*Manut.*

Obscurum in hac oratione nihil est; nihil, quod possit lectorem retardare, modo Latine sciat, neque ignoret qua de re agatur.

---

## IN M. ANTONIUM PHILIPPICA V.

**CAP. I.** § 1 *Qui primus]* Q. Fufius Calenus, sacer Pansæ, et procurator Antonii. *Ferrat.*

**CAP. II.** § 5 *Cotylam]* L. Varium Cotylam, ædilicium, qui tunc affuit in senatu; postea profectus est Mutinam ad Antonium, eunique legatum ad senatum Antonius remisit. *Infra Phil. VIII. Manut.*

*Consulares]* Consulatum gesserat Calenus cum Vatiuio. *Idem.*

*Pecuniam . . . equitatum]* Quibus abundabat Gallia ulterior. *Ferrat.*

**CAP. III.** § 7 *Ille paludes]* Suetonius: ‘Siccare Pontinas paludes, emittere Fucinum lacum, viam munire a mari supero per Apennini dorsum ad Tiberim usque, talia agement, atque meditantem, mors prævenit.’ *Manut.*

*Siccare]* Ut augeret patrimonium populi Romani. *Idem.*

*Sine collegis]* Agit, et interpretatur. *Idem.*

§ 8 *In forum insinuandi]* Omnes enim aditus Antonius clauserat, ne cui obnunciare, aut intercedere licet. Reprehenditur, ut per vim lata

lex de dividendis agris a septemviris; quam postea sustulit senatus. *Phil. VI. et XI. Idem.*

§ 9 *Vitiosum]* Vitio creatus. *Dictrum supra.*

**CAP. IV.** *Septis rerulsiis]* Nam et in foro, dum habebantur comitia, septa quædam erant, quo introvocabantur tribus suffragium laturæ: ita vero ea septa disposuerat Antonius, ut omnes aditus occuparent. *Ferrut.*

§ 11 *Falsis prescriptionibus]* In tabulis, quæ erant ad ædem Opis, quantum cuique pecuniæ Cæsar dari voluisse, perscripsit, cum id non esset in commentariis Cæsaris; eaque pecunia collegam suum Dolabellam corrupit; ut ad Att. lib. XIV. sæpius. *Ad Fam. lib. XII. ep. 1. Manut.*

*Sibi felicior, quam viris]* Diximus jam, occisos esse duos Fulviæ viros, Clodium et Curionem. *Idem.*

**CAP. V.** § 12 *Alaudas]* Vide Philipp. I. cap. 8.

§ 13 *Notatio judicum]* Quid sit ‘notatio,’ docet auctor ad Hercennium: ‘Notatio est cum alicujus natura certis describitur signis.’ Inde facile

quoque colligi potest, quid sit in præcedentibus ‘judicium forma.’ Græv.

§ 14 *Palliati*] Athenis; ‘togati,’ Romæ. *Manut.*

*Antiquissimas leges*] Quæ vetant, qui Areopagita sit, in alia civitate judicem esse. *Idem.*

*Periculum fortunæ quotidie faciat*] Alludit ad aleatorem, qui in alea singularis momentis periculum fortunæ subit. *Beroald.*

CAP. VI. § 15 *Socios ad epulas*] Voces illas recidunt Faernus, Muretus, Manutius, Lambinus.

§ 18 *Lecticæ*] Scutis refertæ. *M. Ant. Ferrat.*

CAP. VII. § 19 *De supplicatione*] Ad mortui Cæsaris honorem. *Phil. I. Manut.*

*Hanc consuetudinem*] Inductam a L. Pisone Kalendis Sext. ut infra, et Phil. I. et ad Fam. lib. XII. ep. 2. *Idem.*

§ 20 *Myłasis depugnarat*] Pro, fortiter pugnavit. Laudare videtur Lnicum, sed vituperat; occidit enim sine causa comitem, et familiarem snum. Myłasa, neutri generis, ut Artaxata, Tigranocerta, Ecbatana, Comana, Alabanda, Hierosolyma. Urbs Asiæ fuit in Caria. *Idem.*

CAP. IX. § 23 *Nuntio auditio*] De quarta legione. Vide Philipp. III.

§ 24 *Solemnibus*] Philipp. III.

CAP. XII. § 31 *Præter Galliam*] In Gallia non poterat delectns haberi, quia in illa cum suis copiis erat Antonius et Brutus. Græv.

§ 32 *Ad cuiusque opinionem distributæ*] Magni apud me, et esse debet apud omnes, veterum librorum auctoritas: verumtamen sic ab his omnibus, hoc quidem in loco, dissentire cogor, ut conjectura mea vehementer delecter, quippe quæ nec ab antiquis litterarum vestigiis discedat longius, et mentem Ciceronis, nisi fallor, attingat. Quis enim non videt, sententiam effici meliorem, si legatur *optionem*, quam si *opinionem*? cum præ-

sertim sequentium verborum, quæ ex Antonii recitantur epistola, testimonio comprobetur: ‘ Quid concupiscas, tu videris; quod concupiveris, certe habebis.’ Hæc quidem ‘optio’ est, non ‘opinio,’ ut etiam paulo post, ‘libidini cujusque nos ita addixit.’ Itaque, suffragante sententia, optionem retineo libenter, ut sincerum; opinionem, opinione mea depravatum, rejiciendum puto. *Manut.*

§ 34 *Quod retulistiſ*] Alii, quoad. Id est, ad omnia quæ retulistiſ. *Idem.*

CAP. XIV. § 38 *M. Lepido*] Citerioris Hispaniæ proconsuli, in quam tamen nondum pervenerat, sed in Gallia Narbonensi, cognita reipublicæ perturbatione, morabatur. *Idem.*

§ 39 *Cum bellum civile maximum esset*] Post interitum Cæsaris, pugnante Sex. Pompeio in Hispania cum Cæsaris prætoribus. *Idem.*

CAP. XVIII. § 51 *Promitto, recipio, spondco*] Expressit hæc ab eo vel odiuni in Antonium, vel studium erga remp. Promittere autem de altero, præsertim de adolescente, perpetuam in recta laudabilique ratione voluntatem, cuius prudentia fuerit, haud ita multo post Cicero ipse sensit. Scripsit enim ad M. Brutum, ‘Maximo, cum hæc scribem, afficiebar dolore, quod, cum me pro adolescenti, ac pene puero, resp. accepisset vadem, vix videbar, quod promisebam, præstare posse.’ *Idem.*

CAP. XIX. § 53 *Satis est nominari*] In hoc honor est. Magistratus ei nunc quidem non tribuitur. *Idem.*

*Cæsaris, pontificis*] Videtur deesse, ‘voluntatem securi sint.’ *Idem.*

*Secunda, XXXV*] Sive, secunda, trigesima quinta. Quidam etiam addidit conjunctionem Muretus, secunda, et trigesima quinta: hæc scilicet legiones, ut observat Manutius, cum Antonio de quatuor Macedonicis remaneant: ex iis tamen ipsis milites multi

ad Pansam Hirtiumque consules venerant. Propterea dixit Cicero, Phil.

III. cap. 12. ‘In Galliam mutilatum ducit exercitum.’ Oliv.

## IN M. ANTONIUM PHILIPPICA VI.

**ARGUM.**—Kalendis Januariis, quo die habita est superior oratio, nihil senatus decrevit; ne postridie quidem, intercedente Salvio tribuno. Itaque III. Non. Januar. factum est S.C. de legatis ad Antonium mittere Pisone, Philippo, et Sulpicio consularibus. Eodem die productus ad populum Cicero ab Apuleio tribuno, quid actum sit in senatu exponit, quid sperare liceat, et ad libertatem conservandam hortatur. *Ferrat.*

**CAP. I. § 3 Discessio]** Postquam consulares, et principes senatus dixerant sententias, ut res transigi posset, reliqui patres discedentes in dexteram aut sinistram partem, ostenderabant cui sententiae adhærerent. *Ferrat.*

*Nescio qua objecta re]* Res ea quæ fuerit, quia senatus dignitatis rationem habet, significandum non putat. Fuit enim, ut ex Appiano cognoscitur, matris Antonii, uxoris, filii, amicorum, nocturna deprecatio. *Manut.*

**CAP. III. § 9 Horam eximere nullam in tali cive liberando sine scelere non possumus]** Sic edidit Grævius: et Lambinus ante probaverat. Videri potest hic esse sensus: Ubi agitur de tali cive liberando, non possumus sine scelere nullam eximere horam rebus aliis atque consiliis, quam ad ejus incolumentem conferamus. Verumtamen erat planum magis ac Latinum, *Horam eximere ullam in tali cive liberando sine scelere non possumus;*

vel, quemadmodum edidit P. Manutius, ac nuper M. Ant. Ferratius, *Horam eximere nullam in tali cive liberando sine scelere possumus, omisso non.* Etenim ‘eximere tempus,’ ‘diem,’ ‘horam,’ est perdere, seu in aliis rebus, quam quæ agendæ erant, consumere. Hoc vult Cicero: omni celeritate succurrendum est D. Bruto; huc omnia convertenda sunt consilia; scelus fuerit, si pars ulla temporis eximatur, tollatur, subducatur deliberationi tam necessariæ, atque aliis rebus transmittantur. *Oliv.*

**CAP. IV. § 10 L. Trebellius]** Qui tribunus pl. ferenti legem de tabulis novis tribuno pl. Dolabellæ adversatus erat. Plutarchus in Antonio. *Manut.*

**T. Plancus]** Bursa, frater L. Planci, consulis designati. Eum de vi, ob incensam in funere P. Clodii euriam, lege Pompeia damnatum, Cæsar dictator restituerat. *Idem.*

**§ 11 O fides]** An fidem Trebellius servat, cum tamen a fide cognomen deduxerit? Fidei patronus et creditorum fuerat Trebellius, cum adversaretur Dolabellæ, de tabulis novis legem ferenti. Phil. XIII. ‘fidei patronus, fraudator creditorum Trebellius.’ Cognomen hoc unsquam nominatur. *Idem.*

**Ubi plausus]** Trebellio Cæsaris trinomphum prosequenti, et saepe deinde in theatro plausus dati fuerant, quod tabulis novis restitisset. *Ferrat.*

*Sæpe ludis]* Ingredientes in theatrum bonos cives plausu, improbos excipere sibilo solitus est populus. *Manut.*

*Nequitiu est, scelere]* Alii pro *scelere*, scripserant *scelus est*; ut hinc vulneri quasi cicatricem obducerent. Mihi semper religio fuit talia audere. In veteri libro, post vocem *scelere*, parva quædam lacuna est. *Muret.*

CAP. V. § 13 *Equo publico]* Equestris ordo constabat ex iis, qui equo publico, id est, publice dato, merebant: dabat autem censor, ut ex Livio, lib. xxxix. perspicuum fit. Hi equites Romani soli vocabantur, et his census præfinitus erat cccc millia; quæ nisi possiderent, ordinem et ornamenti equitum Romanorum propria amitterebant. Qui vero mererent equo suo, non publico, ii non erant equestris ordinis, nec in centuriis

equitum ad comitia centuriata coibant, nec equites Romani, sed equites tantum dicebantur. *Manut.*

§ 14 *Statuerunt]* Statuam posuerunt; de qua Phil. vii. *Idem.*

*Semurium]* Ager erat, de quo Macrobins, Saturnal. l. x. *Oliv.*

*Sustulimus]* Legem illam Antonii de divisione agrorum per vim latam judicantes. *Manut.*

Jacent *bcnacia Nuculae]* Irrita sunt divisoris agrorum Nuculae beneficia. Philipp. i. ‘Duos collegas Antoniorum et Dolabellæ, Nuculam et Lentenam, Italæ divisores lege ea, quam senatus per vim latam judicavit.’ *Id.*

*Non habebant]* Hoc indicat, egenis et perditis divisos fuisse agros. *Ferrat.*

§ 15 *Jani Medii patrono]* Videtur haec statua a fœneratoribus posita. Ad medium enim, Janum considerant. Offic. II. 25. *Manut.*

## IN M. ANTONIUM

### PHILIPPICA VII.

ARGUM.—Amicos Antonii, pacem bello in sermonibus anteponentes, eo consilio, ut in redditu legatorum Antonii responsa mitius acciperentur, et senatorum animisententia Ciceronis irritati ad clementiam ac mansuetudinem traducerentur, accusat, ut Antonii amantiores quam reip. De pace autem non esse cogitandum censem, vel quia turpis, vel quia cum periculo, vel quia liberis civibus cum hoste libertatis, Antonio, nulla prorsus esse possit. Senatum extremo loco, Pansamque consulem hortatur, ut ad studium tñendæ reip. nihil ab Antonio sincerum expectantes, quemadmodum cœperint, incumbant. *Manut.*

CAP. I. § 1 *De Appia Via]* Instauranda. *Manut.*

*De Moneta]* Vel de templo Junonis Monetæ reficiendo, vel etiam de priore cundenda moneta, ejusque pretio constitundo. *Idem.*

§ 3 *Senatores]* Grævio ea vox non probatur: legit fœneratores.

CAP. IV. § 12 *Collega]* In auguratu. *Ferrat.*

§ 14 *Meam sententiam]* Qua suadebam ut hostis judicaretur Antonius. *Manut.*

*Quid refert]* Nihil refert denuntiationem esse, non legationem, cum homines contrarium opinentur. *Ferrat.*

CAP. VI. § 16 *Sua lege]* Ex hoc

loco colligitur, Lucium Antonium in tribunatu legem tulisse, ut liceret C. Cæsari profecturo ad bellum Parthicum in biennium creare omnes magistratus; qua re suffragium populo ademerat per illud biennium. *Idem.*

*Partitus est]* Videtur proinde a Cæsare obtinuisse, nt quidam crearentur ex suis amicis. *Idem.*

§ 17 *Quis unquam omnes tribus?* Æque habuit in sua potestate? Hoc

enim subandiri necesse est. Ne fratres quidem Gracchi habuerunt. *Manut.*

*Threvidicis]* Threvidica erant arma gladiatoria, quibus Thrax pugnabat cum mirmillione. *Ferrat.*

§ 23 *Firmani]* In Piceno. Quibus-dam, *Formiani.* Male.

*Marrucinis]* Qui sunt ad oram Maris Superi. *Græv.*

## IN M. ANTONIUM PHILIPPICA VIII.

CAP. I. § 1 *Confusius]* Minus considerate, quam decuit a consule, præsertim eo, quem te ad eam diem præbueras. *Manut.*

*In discessione]* Discessit in eam partem Pansa, cui tumultum potius, quam bellum, vocari placebat; eumque senatus pars major secuta est. *Idem.*

*Propinquitatem]* Nam Antonii mater ei soror erat. *Idem.*

*In sororis viro]* Lentulo, qui, Cicerone consule, cum aliis conjuratis, in carcere, senatus jussu, strangulatus est. *Idem.* Philipp. II. 6.

§ 3 *Ut major timor oriatur]* Janus noster Dousa pater in Plantinis, reponendum putabat *tumor*. Grnt. Omnia *ultus* in *tumultus* vocis solum productio est. Deinde scripsit Cicero *tumor*, non *timor*, planeque dicitur *tumultus*, quia ‘res tumeant,’ hoc est, ‘malum aliquod parturire’ videantur. Ita ‘tumendi’ voce uititur Cicero ad Att. lib. xiv. ep. 4. ‘tumentia negotia;’ et ep. proxima, ‘ne deserere viderer hunc rerum tumorum.’ Facit pro hac etymologia lo-

cus Maronis, Georg. I. 465. ‘Ille etiam cœcos instare tumultus Sæpe monet, frandemque et operta tumescere bella.’ J. G. Vossius.

CAP. III. § 9 *Aquas]* Baianas.

*Hastam semper videre cupiunt]* Eadem sententia de Offic. lib. II. cap. 8. ‘Nec vero unquam bellorum civilium semen, et causa deerit, dum homines perdit hastam illam cruentam et meminerint, et sperabunt.’ *Manut.*

CAP. IV. § 12 *Antea profuit]* Factus fuerat consul sub Cæsare Calenus cum P. Vatinio. *Ferrat.*

§ 13 *De illo]* De Cæsare. *Manut.*

CAP. V. § 16 *Te vidisse plus, quam me]* Perspicua ironia. Defensum a Caleno Clodium, cum de incestu accusatus est, narrat Pedianus pro Milone. *Idem.*

CAP. VI. § 17 *Tres]* Diximus legatos ad Antonium a senatu missos L. Pisonem, L. Philippum, Ser. Sulpicium. *Idem.*

§ 18 *Cum suo magno beneficio esset]* Cum a se magnum Antonius beneficium accepisset. Notandum loquendi genus, quod perquam rarum est.

Usus eo Cicero est in ep. ad Curium, 30. lib. vii. Fam. alibi nusquam, quod quidem observaverim. *Idem.*

*Venisse]* In iudicinm.

*Oppugnabis]* Oppugnabat eorum commoda: nam in senatu actum esse ut iis redderentur a lempa a Cæsare, facile est intelligere ex iis Antonii verbis, quæ recitantur Phil. xiii. 15. Massilienses proficiscenti in Hispanias Cæsari, civitatis suæ portas clauerant. *Manut.*

*Per quam lata est urbs ea]* Capitulum nrbiū simulacra in triumphi pompa ferebantur. Massiliæ casum iisdem deplorat verbis lib. ii. Offic. *Idem.*

*§ 19 Generi]* Pansæ consulis.

*CAP. VII. § 21 Fore, ut omnes]* ἀνακόλουθος. Quod alii ut fugerent, contra fidem veterum librorum addiderant verbum *putabam*. Sed quæ stultitia est, ea emendare velle, quæ constat veteres illos, ornandæ orationis causa, interdum de industria consecutas? *Muret.* Hæc pendent ex verbo *consolabar*, quod est supra: nam vox *putabam*, quæ est ante *fore*, in libris vulgatis, non reperitur in antiquo Vaticano, neque in Memmiiano. Jam vero copulationem *quod*, post verbum *consolabar*, delevi, ut alienam et subditam. Quod autem *Muretus* existimat esse ἀνακόλουθον, mihi non videtur. Est enim apta consecutio, si propins spectes, et ita, ut indicavi, verba explices et coniungas. *Lamb.* Retinent tamen copulationem *quod* post *consolabar*, cæteri omnes.

*CAP. VIII. § 23 C. Popillius]* Historiam Livius narrat lib. xxxiv. *Manut.*

*Non ab eo mandata accipienda sunt]* Ut ab Antonio Piso et Philippus acceperunt. *Idem.*

*§ 25 Utramque provinciam, inquit, remitto]* Ant. Augustinus delet *utramque*, quia dicit paulo post, ‘Galliam, inquit, Togatam remitto, Comatam

postulo:’ at hujus loci tota sententia videtur ‘retinere *utramque*; pri-  
mum verba, quæ statim sequuntur,  
‘privatus esse non recuso;’ deinde  
infra, ‘Galliam Togatam remitto,  
Comatam postulo:’ plane non sunt  
eadem mandata cum superioribus,  
alioqui bis eadem repetisset. Sed ut  
fit in ferendis conditionibus, Anto-  
nius dabat optionem senatui populo-  
que Romano utra mallet mandata,  
aut conditions accipere, quod ea  
verba clare ostendunt, εἰρωνικῶς dicta,  
‘neque tamen nos urget mandatis  
pluribus: remittit aliquantum et re-  
laxat.’ Cum enim dicit ‘pluribus,’  
ostendit, non eadem esse: cum ‘re-  
mittit et relaxat,’ ostendit Antonium  
contra facere. *F. Ursin.*

*CAP. IX. § 26 Chirographorum]* Cæsaris; in quibus fingebat An-  
tonius esse multa, quæ non erant.  
*Manut.*

*Nucula]* Septemvir; de quo Phil. vi. cap. 5. xi. 6. xii. 8.

*Tantas clientelas]* Quantas sibi agro-  
rum divisione pepererat.

*§ 27 Hujus comitiis C. frater: est enim annus, ut repulsam tulit]* Anti-  
quus liber, et ipse in hac parte men-  
dosus, ita habet: *hujus comitis C. frater* ejus est enim jam annus ut repul-  
sam tulit. Pro quo Antonius Augus-  
tinus opinatur legendum, *Lucius co-  
mitiis Cos. fiat.* *Jure: est enim jam  
annus, ut repulsam tulit;* ut superiora  
quatuor verba Antonii sint; quæ  
vero sequuntur, Ciceronis per ironi-  
am adsentientis Antonio. Quæ lec-  
tio ita mihi placet, ut tamen eam pro-  
certa indubitateque non habeam. *Fa-  
ērus.* Locus corruptus, et mtilos,  
quem alii aliter emendare conati sunt.  
Ex quorum emendationibus a Grævio  
recitatis hoc unum intellexi, locum  
esse corruptum. *Oliv.*

*CAP. X. § 28 Hæc tu mandata]* Vide Cic. epist. ad Cassium, Fam. xii. 4.

*§ 29 Seducere]* Clam alloqui; ut

Fam. I. 9. et Orat. I. 56.

CAP. XI. § 32 *Sexennio post*] Sexto denique anno post ortum civile bellum, a consulatu Marcelli et Lentuli,

quo anno Cæsar urbe Roma potitus est, ad Pansæ et Hirtii consulatum. *Manut.*

## IN M. ANTONIUM PHILIPPICA IX.

CAP. II. § 4 *Lar Tolumnius*] Historia apud Livium lib. iv. *Manut.*

*Cn. Octavius*] Plinius, lib. XXXIV. cap. 3. *Idem.*

*Laudiceæ*] Plerique, *Laodiceæ*.

§ 5 *Sola restaret*] Octaviæ igitur gentis hæc tota familia interierat, sed aliae manebant; nam et C. Cæsar adolescens erat gentis Octaviæ. *Ferrat.*

*Tullo Cluvio*] Plinius, lib. XXXIV. cap. 6. non *Cluvium*, sed *Clælium* dicit. Vide ibi Hardninium, (tom. II. pag. 643.) qui, laudato hoc ipso Ciceronis loco, vult infra legi *Nautio*, non *Antio*, quemadmodum omnes,

quos viderim, edidernnt. *Oliv.*

CAP. VI. § 13 *Qualis est L. Syllæ prima statua*] Forte scripsit Cicero, *qualis L. Syllæ primus statuta est*. Nam non est ut ‘statua’ hic repetatur, quod modo præcessit. *Grav.*

CAP. VII. § 15 *Lemonia*] Pro, ex Lemonia tribu. Sic enim Pedianus interpretatur illud, ‘C. Verrem Romilia’: et addit cives omnes Romanos in aliqua tribu censeri solitos, et ab ea interdum indicari. Cujus extant consuetudinis exempla permulta. *Lemonia* igitur Sulpicii tribus fuit. *Manut.*

## IN M. ANTONIUM PHILIPPICA X.

CAP. III. § 6 *Legiones abducis a Bruto*] Quia sine S.C. eas comparasset. *Manut.*

§ 7 *Apollinares ludos*] Qui ad curram prætoris urbanii pertinebant. *Philip.* II. cap. 13. *Idem.*

CAP. V. § 10 *Tria tenet oppida toto in orbe terrarum*] Tenebat Bononiæ, Regium Lepidi, Parmam. Id cognoscitur ex ep. ad Cassium, Fam.

XII. 5. *Idem.*

§ 11 *Caduceæ*] Quas ocecpavit, tanquam ad eum pertinerent. Caducæ autem hereditates dicebantur, cum heres non exstabat. Quod cum accideret, ad fiscum devolvebantur. *Idem.* Vide Victorii Var. Lect. XXIII. 17.

*Alios ad negotium*] Sensus est: Alii, quos volumus cito ire in provinciam,

quas possunt moras interponunt: ille ita festinavit, quasi vi, aut precibus coactus. *Ferrat.*

*Apollonia]* Et Apollonia, et Dyr-  
rhachium erant in Macedonia, quam  
regebat Q. Hortensius. Illyrico au-  
tem Vatinius praeerat. *Manut.*

*Certus, si modo erat ullus]* Vide  
item P. Victorii Var. Lect. xv. 12.

**CAP. VI.** § 13 *Filio meo]* Quem  
Brutus Athenis secundum abduxit, coque  
legato usus est. Plutarchus in Bruto.  
*Manut.*

§ 14 *Paterni, maternique generis]*  
Paterni, a L. Bruto, qui reges ejecit;  
materni, a Servilio Ahala, qui regnum  
appetentem Sp. Melium sua manu  
interfecit. *Idem.*

**CAP. VII.** *In pace facere]* Cum An-  
tii, Lannvii, Veliæ moraretur. *Idem.*

§ 15 *Quo minus ab illo rem illam di-  
cebant fieri decuisse]* Inire Decimum  
consilia de Cæsaris nece eo minus  
dicebant debuisse, quia Cæsar in eum  
summa beneficia contulisset, quem

etiam scripsit in secundis heredibus.  
Suetonius. *Idem.*

*Hi credo]* Minime ii quidem, qui  
acta Cæsaris everti velint; quæ M.  
Antonius, quantum in ipso fuit, suis  
legibus evertit. *Idem.*

*Causam veteranorum prodi]* Spem  
fallere veteranorum, qui confirmatio-  
nem agrorum, quos eis Cæsar pater  
assignaverat, a senatu expectabant.  
*Idem.*

**CAP. VIII.** § 17 *Laturus est]* Ex  
S.C. quod factum fuerat in æde Tel-  
luris biduo post Cæsar's mortem, de  
illins actis confirmandis. *Ferrat.*

**CAP. X.** § 20 *Quod si immortalitas]*  
Homerica sententia; quam erudite,  
ut solet, tractavit Victorius, lib. xv.  
cap. 2. *Muret.* Vide Mureti ipsius  
Var. Lect. xvi. 17. Constat, inquit,  
Homericam eam esse sententiam;  
sed finem illins summo artificio ab  
eluquentissimo viro immutatum, et  
in contrariam partem inflexum παρὰ  
προσδοκίαν.

## IN M. ANTONIUM

### PHILIPPICA XI.

**CAP. I.** § 1 *Magno in dolore]* Li-  
cet aliquando præceperit, delibera-  
tivis orationibus principia esse de-  
bere saepe nulla, tamen hac in causa  
censuit exordium prætexendum, ad  
animos auditorum inflammandos odio  
in Antonium et Dolabellam, exag-  
gerato scelere alterius, cum deplora-  
tione mortis C. Trebonii. *F. Ducaeus.*

*Alter efficit, quod optabat]* Dolabel-  
la Asiam occupavit, quod maxime  
optabat efficere. *Idem.*

*De altero patefactum est, quid cogita-  
ret]* Patefacta sunt Antonii consilia  
invadendæ, contra senatus volunta-

tem atque auctoritatem, Galliæ. *I-  
dem.*

*Neque ullius horum in ulciscendo acer-  
bitas progressa ultra mortem est]* In  
contentione facinorum satis est ora-  
tori, si id quod exaggerat, in aliqua  
parte gravius esse demonstret. Nam  
ea pars sola ostenditur. Strages in  
civilibus bellis editæ, ut numero, et  
aliis pluribus adjunctis hanc supe-  
rant sane; hac tamen parte superan-  
tur, quod ultra mortem progressæ  
non sunt. Truculentior multo Do-  
labella. Quod exponitur cap. 2.  
*Idem.*

§ 2 *Ecce tibi geminum in scelere par]* In hoc vocabulo ‘par,’ quod proprie de gladiatoriis dicitur, vis est quædam præcipua ad horum hominum, Dolabellæ atque Antonii, exprimendam immanitatem, et odium adversus eos concitandum. *Idem.*

*Par inusitatum, inauditum]* Dicat mihi, qui Latine doctus est, quid sit ‘homo inusitatus.’ Nihil certus est quam legendum esse *inusitatus*, cuius vocabuli vim cum non intelligerent librarii, in multis locis id in *inusitatus* converterunt, ut jamdudum viri docti animadverterunt, qui ex antiquissimis codicibus in usum et lucem id revocarunt, et ipse ad Justini lib. XVIII. cap. 1. notavi. *Græv.*

§ 3 *Non inimicos, sed hostes]* Distinguunt hic inimicum ab hoste; in hoc enim est aliquid longe gravius. Inter cives potest esse inimicitia, hostile odium esse non potest. *F. Ducaeus.*

*Mortem naturæ pœnam putat esse, iracundia tormenta atque cruciatum]* Pœna naturæ est, quam offert natura, adeoque nihil exquisitum habet, aut inusitatum: pœna iracundia ea est, quam excogitat iracundia, et ulciscendi libido. Hujus, inquit, monstri feritas non est contenta morte, quam putat pœnam esse nimium vulgarem, nisi tormenta cruciatusque adjungantur. *Idem.* Arbitramur abundare dictionem *pœnam*. Pulchre enim habet sententia sine ea: *mortem naturæ putat esse, iracundia tormenta, &c.* *Faern.*

CAP. II. § 4 *Alter in Asiam, &c.]* Fide Vaticani emendatum est, alter in Asiam irrupit. *Cur? Si, ut in Syriam; patebat via.* Hoc amplexi sunt Faernus, Manutius, Lambinus, a quibus non dissentio. Quamvis in meis libris varie hic locus scribatur. Mihi tamen hæc accuratius perpendenti videtur Cicero scripsisse, *cursus in Asiam patebat, via certa, neque longa, hoc est, navigatio in Syriam patebat*

certa et brevis. Nam ‘cursus’ esse navigationem, et ‘currere’ navigare tralatitudinem est. Per ‘viam’ intelligit viam seu iter maritimum. Jam process. Syriae et Cilicie, imo et Asiae, plerumque navibus in Ciliciam profectos esse, quis ignorat? *Græv.* Et ipse M. Ant. Ferratinus, qui hæc nuper edidit, Vaticanum sequitur.

*Quid opus fuit, cum legione]* Hic aliiquid putamus deesse. Maxime post verbum *fuit*, aliquid certe mendi subest. *Faern.* Lambinus præmittit, *sin ut ad Trebonium; quid opus, &c.* Sed tale nihil Manutius, aut scripti nostri. *Grut.* Valde audacter Lambinus, cum in nullo codice verba quæ inferret legitur, sed, quia Faernus aliquid desideriati hic scipserat, illa ipse excogitavit. *Græv.*

*Præmisso Marso nescio quo Octavio]* Hunc Appian. Bell. Civil. lib. IV. præfectum fuisse ait nocturnarum excubiarum. Dio, lib. XLVII. M. Octavianum commemorat P. Cornelii Dolabellæ legatum. Veri admodum simile mihi videtur, Marsum Octavianum, et Marcum Octavianum, unum fuisse eundemque hominem. *F. Ducaeus.* Henricus Noris, Cenotaph. Pisan. Dissert. II. § 4. Usserium refellit scribentem duos fuisse homines, non eundem. *Anon.*

*Ad præsentem pastum mendicitatis suæ]* Ut haberet homo inops ac famelicus quo latrantem stomachum leniret. Hoc est, quod vulgo aint, ut haberet panem. *F. Ducaeus.*

CAP. IV. § 9 *Quid in cive de Dolabella judicandus est]* Victorinus, Man. Grut. ediderunt *Quid in cive Dolabella judicandus est?* Lambinus, *Quid in cive de Dolabella judicandum?* Utrumvis legas, eandem habes sententiam. Malim tamen quod edidit Victorinus. Illud ‘in hoste,’ ‘in cive,’ securus est Virg. Æn. II. 541. ‘Talis in hoste fuit Priamo.’ Oliv.

§ 10 *Et hic, Dii immortales! aliquando fuit meus]* Dolabella Tulliam

in matrimonio habuerat, Ciceronis filiam, et cum ipso arctissima fuerat familiaritate conjunctus. Ob hanc conjunctionem atrocior est Cicero in Antonii accusatione, quam Dolabella; etsi constet mitiorem altero fuisse Antonium. Hic quidem exarsit, sed Ciceronianis declamationibus et satiris inflammatuſ. *F. Duceus.*

*Cap. v. § 11 Re certe noluit]* Qui enim prætor urbanus esse potest, cum ab urbe discesserit? *Man.* Hæc irrisio est non sine gratia ac lepore; Censorinus repulsam tulerat. Porro est operæ pretium animadvertere, qua arte Cicero, in hac enumeratione, auditorum satisfacti occurrat; ut adsperrat jocos. *F. Duceus.*

*Damnationem]* De ambitu ex petitione præturae, defendantem Cicerone. Vide ad Q. Frat. lib. 11. ep. 3.

*Ex ædilitate consulatum petit]* In quo gradus honorum non servabat: nam cum primus honoris gradus esset quæstura, secundus tribunatus pl., deinde ædilitas, post prætura, extremo loco consulatus; hic, omissa prætura, consul fieri volebat. Quod erat ita extraordinarium, ut C. Cæsar, æqualis ille Sulpicii, idem cum tentasset, causa belli civilis fuerit. Declarat Asconius, cuius verba subscripsi: 'C. Cæsar, ædilitius quidem occisus est; sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio ejus cum Sulpicio trib. pleb. fuere: nam et sperabat, et id agebat Cæsar, ut, omissa prætura, consul fieret; cui cum primis temporibus jure Sulpicius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit.' De hac re Cicero in Bruto, cap. 48. *Ferrat.*

*Sexta palma urbana, etiam in gladiatore difficilis]* Sexta, inquit, vice accusatus, me pariter defendente, non evasit, et damnatus est; neque id mirum esse debet, cum ne ipsi quidem gladiatores, si pugnare perseverent, ad sextam pervenire pal-

main facile possint. 'Palmam urbanam' vocat absolutionem rci, vel orationis victoriauſ. *Ferrat.*

*Sed hac judicum culpa, non mea est.* Ego defendi fide optima: illi debuerunt clarissimum et præstantissimum senatum in civitate retinere] Etiam cum sextum accusaretur Vopiscus, officio non defuit Cicero, et bona fide defendit; judices autem nullo modo potuerunt adduci ut absolverent. Ea sententiæ pars, quæ spectat ad judices, apertam habet ironiam; nam æque bona fide Vopiscum sextum accusatum et Cicero defenderat, et judices condemnaverant. *Idem.*

*Qui tamen nunc nihil aliud agere videtur, nisi ut intelligamus, illos judices, quorum res judicatas irritas fecimus, bene, et e republica judicavisse]* C. Cæsar dictator cum alios multos, legibus in exilium pulsos, restituit, tum ipsum Vopiscum, adeoque res judicatas illorum judicum irritas fecerat, a quibus illi fuerant damnati. Quid deinde? Interfecto Cæsare, factum est senatus-consilium, ut leges, decreta, omnia denique acta Cæsaris rata essent; hinc senatus etiam, præter alia quamplurima, illud probaverat, ut res antea judicatae irritæ forent, cum judicavit eos omnes, ad quos beneficium Cæsaris pertinuerat, jure fuisse restitutos. Vopiscus tamen ita vivebat, seque adeo sceleratum præstabat, ut quilibet intelligere posset, bene, et e republica judices illos judicavisse, qui civem perditissimum ex urbe ejecissent. *Idem.*

*§ 12 Castrorum antea metator, nunc, ut sperat, urbis]* Qui sibi videtur ex castrorum metatore factus esse metator ac divisor urbis: qui sperat, se Antonii castra in ipsa urbe Roma locaturum, eamque militibus pro voluntate distributurum. *F. Duceus.*

*A qua, cum sit alienus, &c.]* Cum ad ipsum, utpote extraneum, nihil pertineant nec bona urbis nostræ, nec mala, desinat nobis ominari; atque

hæc ejus omnia in ejus caput convertantur. *Idem.*

*Quasi præter dotem]* Hic ‘dotem’ appellat prædam, qua ditati a C. Julio Cæsare, per civilium bellorum licentiam, fuerant. . . . *Agrum Campanum est largitus Antonius]* Vide Phil. VIII. cap. 8. *Ut haberent reliquorum nutriculas prædiorum]* Hunc illis agrum dedit, ut haberent in illa libertate, quo familias, reliquis in prædiis collocatas, alerent. *Idem.*

CAP. VI. § 13 *Italiæ divisores]* Vide Philipp. VI. cap. 5.

*Cujus bona modo proscripta vidi]* In tabella publice proposita venalia; in auctione posita, propter æs alienum. *Tanta procuratorum est negligentia]* Sarcasmus, quasi non Domitii culpa hæc sit, sed eorum, qui ipsius absensis curant res domesticas. *F. Ducaeus.*

*Sed non possunt non prodige vivere]* Sarcasmus et irrisio. Perinde quasi in illa veneni infusione sit prodiga quædam liberalitas. *Idem.*

*Qui majorum exempla persequens]* Trium Deciorum, qui se pro patria devoverunt. Pater bello Latino, A. U. C. 413. filius, bello Gallico, 457. nepos denique, bello in Pyrrhum, Epiri regem, 474. *Idem.*

*Pro alieno se ære devorit]* Hoc facete dixit, in carmen intuens, quo Decii usi erant in devotione sui, in quo hoc erat in extremo: ‘Sicut verbis nunenpavi, ita pro republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones, auxiliaque hostium mecum Diis Manibus, Tellurique devoveo.’ *Ferrat.* Vide Livium, VIII. 9.

§ 14 *Vindicem]* Proscripta Trebellii bona vidimus: ea tabula uiceisci videatur tabulas novas, quibus adversatus erat. Tabulam enim posnit, qui tabulas novas oppugnaverat. *Manut.*

*Græco verbo, quoniam omnia jura dissolvit]* Vix persuadere mihi possum, hæc esse Ciceronis. In margine (sic quidem videtur) adscripta fue-

rant, explicandi causa, unde in contextum, per librariorum imperitam diligentiam, sunt intrusa. ‘Lysidicus’ est a verbo λύω, solvo, dissolve, et nomine δικη, jus, fas. ‘Lysidicus,’ si Latine velis dicere, est legirupa. In hoc membro, ‘Lysidici filium, Lysidicum ipsum,’ idem nomen priore loco proprium est hominis, posteriore est appellativum. *F. Ducæus.*

*Nisi forte jure Germanum Cimber occidit]* Correctio ridicula, et jocus mordax. Hic C. Annus Cimber fratrem occiderat. Latina vox ‘Germanus,’ et fratrem significat, et hominem e Germania. Itidem ‘Cimber,’ quod erat istius C. Annii cognomen, hominem designat orinndum e Cimbrica Chersoneso, aut, ut aliqui malunt, Cherroneso. Ex illa ambiguitate jocum Cicero captavit. *Idem.*

CAP. VII. § 17 *Extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est]* Popularis est levitatis, quæ qualibet aura movetur, et novis rebus gaudet, imperium decernere extraordinarium; contra senatoriæ gravitatis est, antiquis stare institutis ac legibus, ut per ordinarios magistratus ea fiant, ad quæ facienda sunt creati. Rei enim publicæ omnis est exitiosa novitas. *Idem.*

*Ul eunu tamen bellum gerere consulem vellet]* Maluit populus Romanus eum solvere legibus, et consulem creare extra ordinem, quam privato curam belli committere. *Idem.*

CAP. VIII. § 18 *Cum Aristonicō bellum gerendum fuit]* Cum Pergami rex Attalus, Eumenis filius, testamento populum Romanum reliquisset heredem bonorum omnium; Aristonicus, Eumenis, ex Ephesia quadam muliercula, filius, Asiam, ut paternum regnum, opibus multorum et favore adjutus invasit. Is cum bello persequendus esset, orta est inter consules de provinciis contentio. Erant tum consules P. Licinius Crassus, et L.

Valerius Flaccus; ille pontifex maximus, hic flamen Martialis. Cum uterque Asiam habere vellet; Crassus, ut collegam ab ejus provinciæ ac belli administratione arceret, pro ea, qua pollebat, ut pontifex, in flamines auctoritate, multam Flacco dixit, si ab urbe et a sacris discessisset. Neque finis certaminum fuit, donec ad populum ferri placuit, quem id bellum gerere juberet. De Crasso dubitabatur, ne ponificem maximum abire ex Italia contra religiones foret: dictæ erant sententiæ, ut potius pro consule aliquis mitteretur: aderat Africanus, qui posset mitti. Populus remisit multam flaminis, eum tamen dicto audientem pontifici esse jussit: privatum ei bello præfici non placuit: duarum tantummodo tribuum puncta tulit Africanus: consuli P. Licinio Crasso provincia decreta est. *Idem.*

*Tribuni plebis turbulenti tulerunt*] Gabinius et Manilius. Quam aliter de iisdem hic idem loquitur in suatione legis Maniliæ! At tum dicebat ad populum; et eloquentiæ est servire tempori, cum sit prudentiæ civilis quasi administra. *Ducæus.*

*Cum L. Philippus pro consulibus eum se mittere dixit, non pro consule]* Hoc ipsum est in Orat. pro Lege Manil. nisi quod supprimitur illuc recusatio consulum, quæ obfusisset causæ; hic exprimitur, quoniam juvabat. Sic decretum est Pompeo imperium extra ordinem, nihil mirum; nulli enim erant in republica consules, qui suspicere id vellent. *Idem.*

*§ 19 Quæ igitur hæc comitia]* Extraordinaria imperia populus in comitiis decernebat. Propterea cum L. Cæsar suaderet, ut senatus imperium mandaret extraordinarium, ait Cicero, ipsum comitia in curiam introducere: consecutura ostendit incommoda; in primis animorum offensiones, quæ saltem in comitiis nullæ sunt verenda; quoniam populus tabellis suf-

fragia committit; quo fit, ut ii, qui repulsam ferunt, scire nequeant, a quibusnam sint præteriti et neglecti. At in senatu, voce dicuntur sententiaæ. Idcirco ait: Esto, agamus, ut in campo et comitiis, ambiamus, prensemus, suffragemur, imitemur popularem levitatem, dummodo detur nobis, ut populo, tabella, quæ det eam libertatem, ut, quod velimus, faciamus. *Idem.*

*§ 20 At enim] Prolepsis.* Occupat quod opponi poterat, et ostendit, quid inter L. Cæsaris pro Servilio sententiam, et suam pro Cæsare Octaviano intersit. *Idem.*

*C. Cæsari adolescentulo imperium extraordinarium mea sententia dedi]* Ut adolescens vix annorum viginti exercitum regereret pro consulari potestate. *Idem.*

*Otioso]* P. Servilium otiosum dicit esse, et nihil agentem, hoc est, vere privatum; quia neque habebat exercitum, neque erat armatus, ut Cæsar, in Antonium. *Ferrat.*

*CAP. IX. § 21 Gravitate]* Moles-tia, difficultate, acerbitate. *F. Du-cæus.*

*Ut aut suspicioni crimen]* Hic 'suspicioni' perinde est ac suspicio sis hominibus: 'crimen' est criminatio, causa criminandi: 'invidia,' odium. Quod explicabitur mox cap. 10. *I-dem.*

*§ 22 At vero ita decernunt]* Prolepsis, cum irrisione. At decernunt, non ituros adversus Dolabellam, nisi cum liberatus obsidione Brutus fuerit. Benigne quidem, quod nolunt hunc relinqui, deseriri, prodi. *Idem.*

*CAP. X. § 23 Qui instructam, ornataque a senatu provinciam deposue]* Confer Orat. in Pison. cap. 2.

*§ 24 Ut id signum, quod de cœlo delapsum, Vestæ custodis continetur]* Palladium, quod inter septem imperii Romani pignora recenset Servius, in Æneid. vii. 188. et in Vestæ pen- tralibus custodiebatur. *F. Ducæus.*

§ 25 *Ipse*] Servilius, qui minus illud recusaverat, dixeratque nemini dandum, ne a senatu quidem. Supra: 'Quis potest refragari, non modo non petenti, verum etiam recusanti?' *Munut.*

§ 26 *Expedito*] Nullis aliis negotiis impedito. *F. Ducæus.*

CAP. XI. *Decernerem plane, sicut multa*] Hunc locum, perspicue mendosum, Faërnus, et Muretus, a libro Vaticano, qui ab hoc loco mutilus est, destituti, intactum reliquerunt. Ego autem, servata scriptura recepta, quoad ejus fieri potuit, sic restitui: aut *M. Brutus*, et *C. Cassius*, aut, uterque. *Utrumque decernerem plane, sicut multi, &c.* Quis non videt ortum esse mendum ex vocibus, uterque, utrumque, ita junctis, nulla alia interposita, cum librarius, vel prudens, et sciens, vel imprudens, et errans, alteram præteriisset? *Lamb.*

*Brutum colligassemus in Græcia*] Hoc dixit, propter senatusconsultum, quo senatus ei provinciam Macedonia, Illyricum, cunctamque Græciam decreverat, mandaveratque, ut cum suis copiis proxime Italiam esset. *Ferrat.*

*Non ut ex ea acie*] Explicat hunc locum egregie contra Gabr. Faënum Schottus noster, libro 1. Nodor. Cie. cap. 15. *Grut.* Locum hunc comploratum esse judico, nec sine meliore libro restitui, nec, ut nunc habet, explicari posse. Nam optimi Schotti interpretatio quam parum his, de quibus Cicero disputat, convenit! Hunc locum itaque comploratum, cui manus admoveare vetat Hippocrates, mitto. Hanc quidem Ciceronis sententiam fuisse puto, quod et alii viderunt: Non ideo *M. Brntum* in Græcia retineri, ut ex ejus copiis haberent, quod in alias terras mitterent; sed ut respublica in illius exercitu haberet, ubi res exigeret, sub-

sidiū. Quæ Ciceronis verba fuerint, ignorō. Nam 'acies' simpli- citer pro exercitu accipi, et quidem apud Tullium, nemo, qui Tullium legit, sibi persaserit. *Græv.*

*Solet enim accipere ipse manicas*] Quas capiebant, credo, iter facturi, quibus brachia muniebant nuda contra injurias cæli, ut pileis capita. Id igitur Cicero innuit: Solet non dia morari in illis locis, ad quæ approximare audit sibi adversantes copias, sed celeriter adornare fugam, tanquam homo mollis et effeminatus. Horum enim erant manicæ, quæ viris apud Romanos vitio vertebantur. Mallem in sequentibus pro *diutius* scribere diu, nisi illud hac notione positum hic sit. *Idem.*

§ 27 *Nam et Brutus*] Multa suscep- perant et confece- rant privato consilio, nullaque publica auctoritate Brutus et Cassius. Quamobrem nunc eorum acta conatur hac sententia defendere; quod cum aliqua perturbatio est orta reipublicæ, et extraordinarius tumultus concitatus, innisitata sunt etiam adhibenda remedia, et præsentissima; neque semper necesse est imperium expectare magistratum, si, quod agendum est, vide- tur e republica futurum. *F. Ducæus.*

CAP. XIII. § 35 *Tanti Tyrii Cas- sium faciunt, tanti ejus in Syria nomen*] Quoniam erant mari propinquæ re- giones, in quibus gerendum Cassius bellum habebat, opus ei erat navalibus copiis; quas dicit Cicero non defuturas, suppeditantibus, propter insignem viri famam atque existi- nationem, Tyriis, Syris, Phœnici- bus; qui omnes rei nauticæ peritia, et navium multitudine commendati. Hieronymus Ferrarius reponendum censebat *tantum ejus . . . nomen*, ut esset illi simile, 'quantum nomen ejus fuerit,' in *Orat. pro Deiot. cap. 4. Idem.*

IN M. ANTONIUM  
PHILIPPICA XII.

CAP. I. § 1 *Errari]* Cum Pisoni, et Caleno, legatis, spem pacis affarentibus, credidi. *Manut.*

*Alterum]* Calenum. *Idem.*

*Alter]* Piso. *Idem.*

CAP. III. § 7 *E manibus est ereptus]* Philip. II. ‘Quemadmodum illinc abieris, vel potius pene non abieris, scimus.’ *Manut.* Vide Philipp. II. 39.

§ 8 *Ex duobus]* Exercitum Hirtii significat, cum Cæsaris exercitu coniunctum. *Manut.*

*Lustratus]* Lustrari, id est, expiari exercitus, mos fuit, prius quam in expeditionem educerentur. *Idem.*

CAP. VII. § 16 *Si postulandam, quid timemus?* In antiquo libro et omnibus scriptis, hæc quæ jam posuimus verba sequuntur infra scripta: *Si accipiendo, cur non rogamus?* ubi in impressis hæc duo membra præpostero ordine collocata sunt. Nos collocationem antiquam admittimus hoc sensu: *Si legati hi, quos ad pacem mittere cogitatis, idcirco mittuntur, ut ab his nostro nomine pacem accipiat Antonius, cur ab eo non rogamus?* Quasi dicat, rogandi essemus, si modo ille pacem cuperet accipere. Si vero enunt, ut pacem nobis ab Antonio postulent, quid timemus? Non enim debemus timere, tot exercitibus præsidisque muniti. *Faern.*

*Ad id consilium]* In eorum numero sim, qui agant cum Antonio de pace? Nam si quid indulgenter concessum fnerit Antonio, dissentiente me, populus tamen existimabit, me quoque assensum dedisse. *Ferrat.*

§ 18 *Ejurabant]* Ejurare, est jure-jurando rensare aliquem, ut sibi ini-  
quum et suspectum. *Idem.*

*Liberales esse cœpimus]* Mittendis iterum legatis. *Idem.*

CAP. VIII. § 20 *Aquilæ primipili]* Est, primipili centurioni. Integra locutio legitur in lib. v. ad Atticum: ‘At ille cohortem primam totam perdidit centurionemque primipili nobilis sui generis,’ ubi quoque MSS. *primipuli.* Postea Indit in ambigua voce ‘Aquilæ,’ quæ centurionis nomen erat, et signi totius legionis. Non probo qui exponunt ‘Aquilæ’ militibus primi ordinis, qui sub ea aquila, quæ signum fuit Romanorum, militabant. Aquila servabatur olim quidem a triariis, sed a tempore Ma-rii translata erat ad cohortem primam, in qua etiam erant primipili; sed erat tamen aquila totius legionis signum. Præterea ‘aquilæ primipili dare nummos,’ pro primæ cohortis militibus, aut triariis nummos dare, quis ferat in Floro, aut Appaleio, aut inepto quodam declamatore, ne-  
dum in disertissimo Romuli nepotum? *Græv.*

§ 21 *Cum Dolabella fecerit]* Dolabella, interfecto crudeliter Trebonio, effecit, ut optabilis mors esset sine cruciatis. *Ferrat.*

CAP. IX. § 22 *Flaminia]* Ejus initium a porta Flumentana, quæ et Flaminia postea dicta, nunc Populi, et extendebatur usque ad Ariminum ad Mare Hadriaticum. *Manut.*

*Aurelia]* Incipit a ponte sublicio, sive a porta Aurelia, quæ nunc Pan-  
cratiana dicitur, et extenditur per Etruriam Pisas usque, sive potius in Galliam, ut Peirescius observavit. Hæc fuit Aurelia vetus; nam et alia nova. De his viis imprimis videndus Nardinus de Vetere Roma, et Ra-

phael Fabrettus De Aquis et Aquæ Ductibus, Dissert. I. n. 92. *Grav.*

*Cassia]* Ab auctore Cassio sic dicta est. Fuit ratus Viae Flaminiae, quæ cum ea cohæret ad pontem Milvium, qui hodie *Ponte Mole* dicitur. Vide N. Bergerium De Viis Militibus, lib. III. 22. *Idem.*

§ 23 *Septenviralis auctoritas]* Unus septemvirum, qui ab Antonio dividendis agris præfecti fuerant. *Cæl. Sec.*

*Uno capite]* Sola morte esse contentum: non autem me cum cruciatu interficere velle, ut Dolabella Trebonium. *Ferrat.*

CAP. X. § 24 *Terminalibus]* Die, qui Terminalo Deo dicatus erat, xi numerum Kalendas Martii, de quo Ovid. Fast. lib. II. *Cæl. Sec.*

§ 24 *Semel]* Clodianis temporibus.

CAP. XI. § 27 *De suffragiis]* Populi, quibus non admiseri libertinos, sed in quatuor tantum urbanis tribubus, ut antea, suffragium ferre, Sylla volebat: Mariani contra, suffragii rationem eis esse in omnibus XXXV

tribubus. *Manut.*

*Conditiones]* Forte delendum, tanquam interpretatio vocis ‘leges,’ quæ ex margine in contextum irrepsit.

*Non tenuit omnino colloquium illud fidem]* Quia Scipionis exercitus, a Sylla corruptus, ducem suum reliquit; quem tamen Sylla, cum posset interficere, dimisit incolunem. Liv. Epit. lib. LXXXV. Plutarch. in Sylla. *Manut.*

CAP. XII. § 28 *Decem legatis]* Qui mittebantur, ut victis gentibus leges darent; eaque regio, quæ redacta armis esset in populi Romani potestatem, provinciæ formam acciperet. Nobis, inquit, non idem quod illis permissum est: sed nostra sententia nihil constituere, ad senatum rejicere omnia debemus. *Idem.*

§ 30 *Ut levissime dicam]* Possem dicere: Rejicit, odit, ictu quædamnum potius, quam fructum afferet: sed hoc tantum dico: Non desiderat, quasi minime necessariam. *Idem.*

## IN M. ANTONIUM PHILIPPICA XIII.

CAP. II. § 3 *Barbas, Cassios]* Intervalli nota fortasse delenda est: nam Barbam Cassium fuisse ex familiaibus Cæsariorum, appareat ex Epist. ad Att. lib. XIII. in extremo, ‘Ac mihi Barba Cassius subvenit: cuncto dedit.’ *Ferrat.* Hanc tamen intervalli nota non apponunt Muretus, Rob. Stephanus, Lambinus, Gruterus, M. Ant. Ferratius, &c.

*Barbatios]* Opinor legendum esse *Barbatos*: fuit enim Barbatus Antonius, et Var. Clas.

nii quæstor, ut ex inscriptione antiqui denarii colligitur, et Appiano in libris bellorum civilium. *F. Ursin.*

*Eutrapelum]* Volumnium, ad quem sunt epistolæ duæ lib. VIII. Famil. *Manut.* Vide supra, Phil. II. c. 24. n. *Volumniam.*

*Seminarium judicium decuriae tertiae]* Vide Phil. I. *Manut.*

CAP. III. § 5 *Collegam]* Dolabellam, post interfictum Trebonium.

*Tamen id ipsum vir]* Pax fieri ali-

quo modo posset; ‘tamen,’ si talia præcessissent facta, qualia et ab Antonio contra senatum, et a senatu contra Antonium, ‘id ipsum’ fieri vix posset. *Anon.*

§ 6 *Tanquam pignora injuriaæ*] Tanquam ea, quæ si malis retinere, quam libertatem, injuste facias. Projice igitur, quibus projectis, nullam jam pati injuriam possumus. *Ferrat.*

CAP. V. § 11 *Sed hanc*] Sed locum non habet, et ortum est fortasse per errorem ex antecedente syllaba. *Manut.*

*Dispensationem*] Tantum pecuniæ decretum fuerat a senatu Pompeio, quantum redegisset Cæsar ex venditione eorum bonorum: sibi Cicero petebat hoc munus solvendæ Pompeio pecuniæ. *Ferrat.*

*De Falerno*] Fundo Cn. Pompeii, quem Antonius poëtae cuidam, qui Anser vocabatur, eratque cum ipso Antonio in castris, dono dedit. *Servius. Manut.* Anseribus non facile quidquam edacius invenitur, inquit S. Augustinus lib. contra Epist. Manich. cap. 35. An hæc fortasse ratio est, cur Antonianos, qui Pompeii in agro Falerno villas possessionesque obtinebant, ‘Anseres’ nominet Ciceron? *Anon.*

§ 12 *An is*] Opinantur hic notari Demetrium, Pompeii servum, qui, hero trucidato, muneribus placavit Cæsarem, et inter ejus libertos numerari obtinuit. Ejus de insolentia quædam refert Plutarchus in Pompeio. *Idem.*

*Spopondistis*] Non, spopondistis illud septies millies adolescenti: sed, quod vos esse facturos adolescenti spopondistis. Refertur enim ad illud, ‘ita describite.’ *Manut.*

CAP. X. § 22 *Anni vertentis*] Completi. Interfecto enim Cæsare Id. Mart. anni superioris, Trebonius interierat ante Id. Mart. hujus anni. *Ferrat.*

*Seduxit*] Ep. ad Trebonium, lib. x.

‘Quod vero a te, viro optimo, seductus est, tuoque beneficio adhuc vivit hæc pestis; interdum, quod mihi vix fas est, tibi subirascor.’ *Manut.*

§ 23 *Ex Fadia*] Libertini hominis filia. Phil. II. et III. *Idem.*

CAP. XI. § 25 *Si quis acutior*] Ironia. Vocat autem Annibalem, quia ille etiam inter montium angustias a Fabio dictatore circumsecessus, vix inde se explicaverat. *Ferrat.*

§ 26 *Ut priora*] Eodem modo sinistis potentes fieri Bruntum et Cassinum, quo Dolabellam hostem judicari a senatu passi estis. *Idem.*

CAP. XIII. *Ædilitii, Coricus*] Non displicet lectio vulgata C. Oricus, totumque locum, quamvis continentem historiam mihi obscuram, ita interpungo: C. Oricus, laterum et vocis meæ; Bestia, et fidei patronus: ut C. Oricum, forte ab eo defensum, appellat patronum laterum et vocis suæ, id est, ipsius Ciceronis; Bestiam vero etiam fidei suæ patronum. Antonius Augustinus existimat quidem nobiscum hos duos fuisse a Cicerone defensos; sed alterum damnatum, alterum absolutum. *Fuern.* Omnino verbum aliquod, et fortasse testis, desiderari crediderim; ut sit, laterum, et vocis meæ testis Bestia. Deinde, ‘fidei patronus,’ de Trebellio dictum; qui cum oppugnanda lege de tabulis novis, quam Dolabella tribunus plebis ferebat, fidei se patronum professus esset, postea creditores ipse fraudavit. Phil. VI. cap. 4. *Manut.*

*In porta*] Quæ Hostilia dicebatur. Jure igitur quodam suo in porta nomen suum inscripsit. *Idem.*

*Imperatorem suum*] Cæsarem adolescentem, aut D. Brutum potius, quam Hirtium. *Idem.*

*Quem tamen temperantem fuisse ferunt Pisauri balneatorem*] Jocus est in voce ‘temperantem.’ Cum enim dicere videatur σώφρονα, ad balneatorum munus respicit: quorum est aquam temperare. Horatius, ‘Quo

Chium pretio cadum Mercemur, quis aquam temperet ignibus.' Muret.

§ 27 *T. Plancus*] Tribunus pl. fuit Plancus, quo anno Clodius a Milone occisus est; anctorque fuit, ut Clodii corpus in curia plebs cremaret: quo incendio curia quoque ipsa conflagravit. Eo criminis lege Pompeia de vi damnatum Cæsar restituit. Phil. x. xi. *Manut.*

*Aquila*] Qui eum, crure fracto, Polentia expulit. Phil. xi. *Idem.*

CAP. XIV. § 29 *Duos consules*] C. Marcellum, L. Lentulum, Pompeii comites, urbem primum, deinde Italiam relinquentes. *Idem.*

CAP. XV. § 30 *Varo bis capto*] Quintilium Varum bis cuperat Cæsar; primum Corfinii cum L. Domitio; deinde in Africa, cui provinciae præfuerat. Vide Orat. pro Ligario. *Ferrat.*

§ 31 *Cascam*] Servilium Cascam, unum e Cæsaris percussoribus. *Manut.*

*Ut Marullum, ut Cæsetium*] Tribunos pl. quos Cæsar a rep. removerat, quia, cum statuæ suæ coronam lauream fascia candida præligatam nescio quis e turba imposuisset, fasciam detrahi, hominemque duci in vincula jussissent. Sueton. Plut. Appian. Dio. *Idem.*

*Ut neque idem hoc*] Ne accidere possit id, quod acciderat Marullo et Cæsetio, quos Cæsar potestate privaverat. *Idem.*

*Vectigalia Juliana Lupercis ademisis*] Lupercis vectigal Cæsar dederat; eo mortuo senatus ademit. *Idem.*

CAP. XVI. § 32 *Lege Hirtia*] Hanc legem tulerat Hirtius, tribunus pl. seu prætor, ne Pompeiani magistratus petere possent. Sic etiam Sylla tulerat de proscriptorum filiis: quam tamen legem ne Cæsar quidem ipse servavit. *Ferrat.*

*Non debemus illam Hirtii legem putare*] Sed Cæsaris, cuius cam jussu tulerit Hirtius prætor. *Idem.*

*Brutum*] Marcum. De Apuleio, vide Philipp. x. 10.

§ 33 *Ser. Galbam*] Unum ex iis qui Cæsarem occiderunt, Sulpiciae gentis, proavum, teste Suetonio, Galbae imperatoris. Ejus exstat lib. x. ad Ciceronem epistola prælio ad Mutinam commisso. *Ferrat.*

*Eodem pugione*] Quo Cæsarem percutiit. *Idem.*

*Quæstoris sui*] Quæstor Cæsaris Antonius fuerat in Gallia. Phil. ii. *Idem.*

*Imperatoris*] Dux eorum civili bello fuerat Antonius; cui Pharsalica etiam pugna sinistrum cornu Cæsar præbuit. *Idem.*

CAP. XVII. § 34 *Quibus adhuc omnia integra sunt*] Nondum enim contra me in aciem descenderunt: licet iis, utram velint partem adhuc sequi. Refellit hoc Cicero, et ostendit, iis qui Antonium tanto studio consensu que reliquerint, integra jam omnia non esse: unum quidem illud vere integrum iis esse, ut ipsum Antonium oppugnare incipient, quem jam transenntes ad Cæsarem offenderint. Sic eniū lego; non, ut alii, defendent. Quod ad Brutum referri non potest, quem veterani armis defendere nondum cœperant. Nondum enim Mutinam pervenerant. *Idem.*

§ 35 *Venenatis muneribus*] Honoribus, qui exitio vobis erunt. *Idem.*

*Imperatorem*] D. Brutum. Reliquerunt, ironia. *Idem.*

*Non Dolabella prius imperatori suo*] Non prius Dolabella imperatori suo Cæsari Trebonii nece parentasset, quam Antonius eidem Cæsari, collegæ suo, D. Bruto interfecto. *Idem.*

CAP. XIX. § 40 *Lanista Cicerone*] Quasi cives ita inter se committeret, ut lanista gladiatores, eorum magister. *Idem.*

§ 41 *Flaminum cur reliquisti*] Legimus Phil. iii. flamineum Cæsaris, quem senatus ei tanquam Deo decrevit, M. Antonium suisse. Legimus

et Phil. xi. cum L. Valerius Flaccus consul, idemque flamen Martialis, ad bellum iturus esset, P. Crassum, ejus collegam, qui pontifex max. erat, multam dixisse, si a sacris discessisset, flaminemque pontifici, jussu populi, parnissee. Cur tum igitur, inquit Cicero, flaminio Cæsaris relicto, ad bellum profectus es? *Idem.*

§ 42 *Sedibus suis*] Agris a Cæsare assignatis. Hoc ad conciliandos sibi veteranorum omnium animos; cum re vera de iis tantum laboraret, qui cum ipso erant. *Idem.*

§ 43 *Metuam nunquam*] Nunquam fore credam socium furoris tui: aut nobiscum erit, aut quiesceret. Vel, Metuam nunquam; quia non is est, qui nocere posse videatur. *Idem.*

§ 44 *Plancum*] L. Plancum, consulem designatum, qui Galliam ulterio-

rem regebat. Phil. v. *Idem.*

CAP. XX. § 47 *Quasi cornua duo*] Dextram et sinistram partem aciei duxerunt in Cæsaris exercitu, dum res illi fuit cum Pompeio. Significat præcipuas illorum partes fuisse in copiis et amicitia Cæsaris. *Anon.*

CAP. XXI. § 49 *Prius undis, flumina*] Hoc ipso proverbio usus est postea Augustus, cum significare vellet se nunquam filiam in urbem revocatrum. Quod his verbis narrat Dio libro xv: τοῦ δὲ δήμου σφόδρα ἐγκειμένου τῷ Αὐγούστῳ, ἵνα καταγάγῃ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, Θάσσον, ἔφη, πῦρ θύσαι μιχθῆσεσθαι, η ἐκείνην καταχθήσεσθαι. *Muret.*

*Unde Antoniorum nec facta, &c.*] Aludit ad illud ex vetere tragœdia: ‘Ubi Nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.’ *Idem.*

## IN M. ANTONIUM

### PHILIPPICA XIV.

CAP. III. § 6 *Vcl madefacti potius*] Minus est, ‘madefacti,’ quam ‘imbuti.’ Correctione nsus est, ut legiōnum gladios nondum satios esse ostenderet hostium sanguine. *Manut.*

§ 7 *Clarissimus vir*] Qui supplicationem decreverat, P. Servilius. *Id.*

*Non inustæ belli internecini nota*] Sic habent libri aliquot vulgati, et ita ediderunt Ferrarius et Faērnus. Muretus autem sic, *non justæ belli internecini nota*. Quod minus probo. Cujacius autem, Observ. lib. i. cap. 2. totum hunc locum suspicatur ita esse legendum, *non justæ belli nota, internecina testamenta, credo subjiciunt*. Est autem testamentum internecinum, propter quod dominus necatus est,

ut docet Festus. *Lamb.*

§ 8 *Quatuor consulibus*] Pansæ et Hintio consulatum gerentibns; Bruto et Planco consulibus designatis. *Manut.*

*Crudelissimis exemplis intererit*] Iis tormentis excruciatos, quæ exemplo esse possent. *Idem.*

CAP. V. § 14 *Pridie Vinalia*] Vulgo, per *Idus Quinti*. Hic dies, quo senatus, propter consulum Cæsaris, que litteras habitus est, fuit xi Kal. Maii, ut ex epist. ad M. Brutum liquet: scripsit enim ad eum Cicero, nuncium victoriæ xii Kal. Maii allatum esse. Postridie antem senatus fuit. Qui potest igitur locum habere mentio Quintilis mensis? Hoc Fer-

rarius cum vidisset, opem a conjectura quæsivit, et pro *per Idus Quinto*. legendum putavit *pridie Vinalia*; nam Vinalia fuere x Kal. Maii. Acute Ferrarius; nec ego dissentio, quamquam non omnis ejusmodi conjectura est, ut scopum veritatis attingat. *Idem*. Ferrarii conjecturam receperant ante nos Muretus et Lambinns. Quare non erat cur vulgata lectio, quam vitiosam esse nemo non videt, hic retineretur. Nemo interpretum hæc melius explicavit, quam Fabricius in Ciceronis Historia. *Oliv.*

**CAP. VI.** § 15 *Ad illam curiam suis potius quam reip. infelicem*] Qui curiam Pompeianam, quod in ea Cæsar imperfectus fuisset, infelicem ex eo nominaverant, hoc videlicet significare voluerant, eam reip. infelicem fuisse: utpote in qua patri patriæ nex allata esset. At Cicero eam eis potius infelicem esse ait, qui partes illas foverent, et, ut Cæsar fecerat, remp. opprimere molirentur. Itaque quod in aliis legebatur 'viribus suis,' aut 'viris suis,' aut 'vitiis suis'; addita hæc erant ab iis, qui, quam vim haberet illud, 'suis,' non videbant. *Muret.*

*Fons aperietur*] Fontem hujus sceleris virum consularem, virtuti et gloriæ Ciceronis invidentem, ea, quæ sequuntur, ostendunt; eaque non in quemquam magis, quam in Q. Fonsium Calenum, Antonii procuratorem, defensoremque perpetuum, suspicio cadit. *Manut.*

**CAP. VII.** § 21 *Consules designati*] Cum de sententiis loquatur, quas a Kal. Jan. dixit, miror cur designati consules Pansa et Hirtius vocentur; ac vereor, ne verbum *designati* additione ex inscritia sit interpretis imperiti. *Idem.*

**CAP. X.** § 27 *Qui Cæsaris beneficia servassent*] Nam qui ea comedabant, rerum novarum studio tenebantur. *Philipp. XI. et XIII. Idem.*

*Qua nullius pulchriorem*] Hoc ait,

imperatoris speciem nullam pulchritudinem esse, quam inferentis aquilam. *Anon.*

§ 28 *Spem nominis ejus*] Imperator ut appellaretur, cum haberet imperium. *Ferrat.*

**CAP. XI.** § 29 *Quas ut honorificentissimis verbis consequi potero, complectar ipsa sententia*] Quid sit 'supplicationes sententia complecti,' id quidem me ignorare fateor. Sed 'causas supplicationum sententia complecti,' quid notet, norunt omnes, qui Latine sciunt. Et sic omnino cum Mureto legendum, qui procul dubio id in antiquis membranis reperit. Has causas, cur tam honorificis verbis eos prosequatur, commemorat in ultimo hujus orationis capite. *Grav.* Et plana et Latina est Mureti lectio, *Decerno igitur . . . supplicationes: causas ut honorificentissimis verbis consequi potero, complectar ipsa sententia.* Fidem tamen obligavi quatuor editoribus optimis, qui eam nesciunt. Itaque habeo quod edam cum cæteris, et quod cum Mureto sentiam. *Oliv.*

§ 30 *Quibus senatus fides præstatur*] Ut de solutione non dubitent. Præstatur autem et superiore S.C. quo promisimus, et hoc hodierno, quo promissa renovantur. *Manut.*

§ 31 *Alterum*] Monumentum amplissimum. *Idem.*

*Alterum*] Ut quæ ipsis promissa fuerant, ea parentibus, liberis, conjugibus eorum tribuantur. *Idem.*

**CAP. XII.** § 32 *Pignerari*] Sibi quasi suos assumere. Nam in acie fortissimi quique moriuntur. *Idem.*

§ 33 *Erit igitur extracta moles*] Multa sunt in hujus orationis extremo, quæ conformata videri possunt ad exemplum ejus, qua Pericles eos qui pro patria occubuerant laudat apud Thucydidem, lib. II. *Muret.*

**CAP. XIII.** § 34 *Ara virtutis*] Cui inscribetur elogium, eorum virtutem immortalitati consecrans. Solebant enim in locis, ubi victoria erat parta,

locari aræ, quibus inscribebantur res in illo loco gestæ, et illorum laus, quorum virtute gestæ erant, ut multis dudum docuerunt viri docti. *Græv.*

CAP. XIV. § 36 *Legiones tironum]*

Quatuor, ut scripsit Galba, quas ex electu Italæ consul Pansa comparauerat. *Manut.*

§ 37 *M. Cornutus]* De quo Famil. lib. x. ep. 12. *Idem.*

## ORATIONUM FRAGMENTA.

### PRO M. TULLIO.

PAG. 3055. Orationem hanc ego pro M. Tullio Decula, qui consulatum Cicerone adolescentem, ad eloquentiæ laudem virescente, cum Cn. Dolabella gessit, dictam suspicor. Defendit autem eum de vi, quantum ex orationis fragmentis intelligere possum. Artificium hujus defensionis his verbis expressit Fortunatianus in Rhetorica: ‘Voluntas legis tertio consideratur, cum exemplo multarum legum probamus, præsentem quoque legem ita sentire, sicut M. Tullius fecit pro M. Tullio.’ *Sigon.*

*Fundum habet]* Hoc est narrationis principium. Quintil. lib. iv. cap. 11. ‘Frequenter,’ inquit, ‘a re initium narrationis faciendum est; sicut pro M. Tullio Cicero.’ Fundum habet in agro Tigurino M. Tullius paternum. *Idem.*

### PRO L. VARENO.

PAG. 3056. L. etiam Varenus vindetur iisdem prope temporibus interscarios defendisse, cum ei objiceretur, quod C. Vareno necem attulisset: quod crimen Cicero negavit, atque in Ancharii familiam avertit. *Sigon.* Vide Quintil. iv. 2. vi. 2. vii. 1. viii. 2.

*Cum iter per agros]* Quintil. lib. v. cap. 13. ‘Præterea in contradictionibus interim totum crimen exponi-

tur: ut Cicero pro Scano contra Bostarem facit, velut orationem diversæ partis imitatus: aut pluribus propositionibus junctis, ut pro Vareno: ‘Cum iter per agros,’ &c. Quod est utique faciendum, si erit incredibilis rei ordo, et ipsa expositione fidem perditurns.’ *Sigon.*

Nam C. Varenus] Vide Quintil. lib. vii. cap. 11.

Tum C. Varenus] Quintil. lib. iv. cap. 1. et lib. ix. cap. 11. *Sigon.*

L. ille Septimius] Significat L. Septimium L. Crassi, Erucium M. Autonii, nobilissimorum quondam oratorum, fuisse similes. Erucium autem fortasse intellexit eum, cui ipse respondit pro Sex. Roscio Amerino. *Idem.*

Erucius Antoniaster] De hoc Erucio, vide Orat. pro Sex. Roscio Amerino. Totum hunc locum, sicut est, correxit et emendavit Petrus Victorius, Var. Lect. lib. xiv. cap. 23. *Putric.*

### CUM QUÆSTOR LILYBÆO DECEDERET.

PAG. 3057. Vestigia ejus orationis ex Asconio apertissime deprehendi possunt, tum in præfatione in Divinationem Ciceronis, tum paulo post, in explicatione illorum verborum, *Sæpe esse pollicitum.* Quibus utrisque ex locis appetet institutam a Cicerone hanc fuisse orationem, ut

quæsturam suam, rebus et officiis multis hactenus Lilybætanis conumdatam, verbis etiam ad extremum commendatam redderet; atque adeo significaret, se, etiam absentem, non modo cœptam erga provinciales homines bnevolentiam Romæ conservaturum, sed eam quoque libenter, omnibus suis et assiduis officiis auctiorem facturum esse, si modo unquam tempus aliquod idoneum incidet declarandæ snæ in illos perpetuæ voluntatis: editam autem ab illo eo consilio putarem, quo postea etiam orationes suas consulares ediderat, nimirum, ut, quemadmodum ille consulatus, sic hæc quæsturæ ipsius quasi monumentum extaret: in quo primo veluti gradu honorum, administrandæque reipublicæ, tantam sibi continentiae, diligentiae, humanitatisque laudem comparasse videbatur, ut nullam unquam ullius quæsturam præstantiorem et clariorem fuisse existimaret. Qua de re Plutarchus in ejus vita, et ipse Cicero in defensione Planci, cap. 26.

## PRO P. OPPIO.

PAG. 3057. P. Oppium M. Cottæ fuisse quæstorem ejus, qui cum L. Lucullo consul Propontidem et Bithyniam provinciam sortitus, bellum adversus Mithridatem Ponti regem parum feliciter est molitus, eumque Cottam ob insidiarum suspicionem a se removisse, tradit Dio lib. XLVI. Defendisse autem hunc videtur de majestate, cum criminis daretur, quod de cibariis militum detraxisset; idque crimen M. ipsius Cottæ testimonio premeretur. Hæc autem ex verbis maxime Quintiliani colliguntur, quem vide lib. v. cap. 13. x. 10. et xi. 1. *Sigon.*

*O amorem mirum]* Quintil. lib. ix. cap. 11. ‘Non in personis tantum,’ inquit, ‘sed et in rebus versatur hæc contraria dicendi, quam quæ intelligi velis, ratio; ut totum pro Q. Ligario

procœmum: ut, ‘Scilicet is snperis labor est:’ et ille pro Oppio locus, ‘O amore mirum,’ &c.

## PRO C. MANILIO.

PAG. 3057. Manilium hunc accusatum fuisse constat, vel quod judicium Cornelianum per operarum duces turbavisset, Cominiisque Cornelii accusatoribus mortem intentasse diceretur, nt Pedianus significat in præfatione Cornelianæ primæ; vel, ut Plutarchus scribit in Vita Ciceronis, repetundarnm. Defensum fuisse a Cic. illud quodammodo fragmentum indicio est, quod in Corneliana extat his verbis: ‘Petivisse a se, sive Cornelium, ut exponit Asconius, sive populum ipsum, ut scribit Plutarchus, ut cansam Manilii defendaret.’ Idem autem aperte significat, tum Plutarchus ibidem, tum etiam fragmentum ipsum orationis hujus. Cum judicio non respondisset, damnatus est, ut scribit ibidem Asconius. Quo quidem in loco quæri potest, quomodo videri possit a Cicerone esse defensus, cum judicio non responderit. Qua de re ego sane ita statuerem, vel revera non respondisse eum judicio, atque ita Ciceronis orationem hanc scriptam tantum ad Cornelii petitionem, et deinde in commentarios ipsos eum multis aliis orationibus relatam, non etiam habitam fuisse; vel, quoniam habitam fuisse orationem Plutarchus scribit, cum priore actione respondisset, ad quam fortassis majore spe, patrono Cicerone, accesserat, altera non respondisse, neque ad judicium deinceps adfuisse; cum jam videlicet non obscurè intelligeret, ex iis, quæ priore actione non difficile animadverti poterant, se omnino iudicio condemnatum iri. Sicut Verrem quoque fecisse Pedianus extrema sua in secundam Verrinam commentatione scribit. Locus Pediani, ubi scribit de Manilii condemnatione, non nihil esse

videtur hac parte inquinatus. *Patric.*

### PRO M. FUNDANIO.

PAG. 3057. M. Fundanii a Cicero defensi meminit Q. frater in libello de petitione consulatus. *Sigon.*

PAG. 3058. *Arcades se proselenos]* Ovid. Fast. iv. ‘Ante Jovem genitum terras habuisse feruntur Arcades, et luna gens prior illa fuit.’ Meminuit hujus loci etiam Lactantius Placidus ad illud Thebaid. Stat. iv. ‘Arcades huc veteres, astris lunaque priores.’ Cicero pro Fundanio opinionis ejus meminit, cum de nobilitate tractaret. Unde vides qua occasione Arcadum Proselenorum mentionem fecerit. *Græv.*

*Commissura]* Tabularum conjunctio.

*Puncta]* Acron in Poet. Horatii, ‘Puncta,’ inquit, ‘dicuntur populi suffragia.’ Usus est hoc verbo Cic. in Fundania. *Patric.*

### PRO C. CORNELIO, I.

PAG. 3058. Hanc orationem dixit L. Cotta, L. Torquato coss. post annum quam superiores. [Quam superiores] Intelligit eas, quas pro Q. Gallio, M. Fundanio, et A. Cluentio dixit. *Sigon.] Ascon.*

*Conrepsit in scalas]* Juvenal. vii. 117. 118. &c. ‘Rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso Figantur virides, scalarum gloria, palmæ.’ In hunc locum sic vetus Scholiastes a P. Pithœo editus: ‘Scalas, armariola advocatorum: vel, ut quidam, casæ et stationes. Cicero in Corneliana, ‘Conrepsit,’ inquit, ‘in scalas.’ Armaria nam advocatorum apud veteres, scalas habebant.’ Hæc ille. Sed melius, opinor, Casaubonus in Suetonium, Domit. 23. ubi Juvenalis versum hunc ipsum interpretans, ‘Scalæ,’ inquit, ‘hic sunt aditus domus, janua.’ Fragmentum istud fuerat a Patricio, cæterisque prætermissum. *Oliv.*

PAG. 3072. *Eripuit]* Hoc egere enarratione, quia hoc loco nomen non ponit quis fecerit, ei demum videri potest, qui oblitus sit, minus ante xx versus hæc de eo ipso Ciceronem dixisse: ‘Sed si familiariter ex Q. Catulo,’ &c. *Ascon.*

### IN TOGA CANDIDA.

PAG. 3073. Ad hujus orationis intelligentiam plurimum liber etiam Quinti fratris, De Petitione Consulatus, valebit, in quo eadem fere de L. Catilina et C. Antonio competitoribus repetuntur. De indice hujus orationis scriptum est apud Isidorum, lib. ix. ‘Toga candida, eademque creata, in qua candidati, id est, magistratum petentes, ambebant, addita creta, quo candidior insigniorque esset. Cicero orationem, quam habuit contra competitores, ‘In Toga Candida’ inscripsit.’ *Sigon.*

PAG. 3074. *Domum]* Aut C. Cæsar, aut M. Crassi domum significat; etenim acerimi ac potentissimi fuerunt Ciceronis refragatores, cum petit consulatum, quod ejus in dies civilem crescere dignitatem animadvertebant. Et hoc ipse Cicero in expositione suorum consiliorum significat. Ejus quoque coniurationis, quæ, Cotta et Torquato coss. ante annum quam hæc dicerentur, facta est a Catilina et Pisone, arguit M. Crassum auctorem fuisse. *Ascon.*

*Is]* Catilinam, cum in Syllanis partibus fuisse, crudeliter fecisse, nominatim etiam postea Cicero dicit; quos occiderit, Q. Cæcilius, M. Volumnium, L. Tantassium; M. etiam Marii Gratidiani, summe popularis hominis, qui ob id bis prætor fuit, caput abscissum per urbem sua manu Catilina tulerat; quod crimen saepius ei tota oratione objicit. Fuerat vero hic Gratidianus arcta necessitudine Ciceroni conjunctus. Clientem autem negat habere posse C. Antonium; nam is multos in Achæia spo-

liaverat, nactus de exercitu Syllano egnitum turmas. Deinde Græci, quos spoliaverat, eduxerunt Antonium in jus ad M. Luenlum prætorem, qui jus inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis etiam tum adolescentibus, de quo paulo ante mentionem fecimus: et cum Lucullus id, quod Græci postulabant, dcrevisset, appellavit tribunos Antonius, juravitque se ideo recusare, quod æquo jure uti non posset. Hunc Antonium Gellius et Lentulus censores sexennio, quo hæc dicerentur, senatu moverunt, causasque subscripserunt, quod socios diripuerit, quod judicium recusarit, quod propter æris alieni magnitudinem prædia manciparit, bonaque sua in potestate non haberet. *Idem.*

*Judicio æquo]* Quid sit ‘judicium æquum,’ vide Orat. pro Cluentio, sub init.

PAG. 3075. *Absens]* Catilina ex prætura Africam provinciam obtinuit. Nam enī graviter vexasset, legati Afri in senatu jam tum absente illo questi sunt, multæque graves sententiæ in senatu de eo dictæ sunt. *Ascon.*

*In judiciis]* Ante annum quam hæc dicerentur, Catilina, cum redisset ex Africa, Torquato et Cotta coss. accusatus est repetundarum a P. Clodio adolescente, qui postea inimicus Ciceroni fuit. Defensus est Catilina, ut Fenestella tradit, a M. Cicerone. Quod ego ut addubitem, hæc ipsa Ciceronis oratio facit, maxime quod is nullam mentionem rei habet, cum potuerit invidiam facere competitori tam turpiter adversus se coœunti; presertim cum alterum competitorum suum Antonium in eadem hac oratione sua admoneat, suo beneficio eum ex ultimo loco præturæ candidatum ad tertium pervenisse: ‘Nescis, me prætorem primum esse factum; te, concessione competitorum, et collatione centuriarum, et meo

maxime beneficio, e postremo in tertium locum esse subjectum?’ Qui igitur Antonio suffragationem suam imputandam putat, is, si defendisset Catilinam, caput ejus protectum a se non ei imputaret? Quod ita esse manifestum est ex eo, quod statim dicit. Q. enim Mutius, trib. pl. intercedebat, ne lex ambitus ferretur; quod facere pro Catilina videbatur. Hunc Mutium in hac oratione appellans Cicero sic ait: ‘Te tamen, Q. Muti, tam male de repub.’ &c. Verum, ut egerit Mutii causam Cicero, sicut Catilinæ egisse eum videri vult Fenestella, cur, cum, quamvis male existimet de causa Mutii, tamen ei exprobret patrocinium suum, non idem in Catilina faciat, si modo pro eo dixit? et cur ipsum illud judicium sæpius in infamiam vocat? quod parciens videretur fuisse facturus, si in eo judicio fuisset patronus. Atque ut alia omittam, hoc certe vix videtur dicturn fuisse, si illo patrono Catilina repetundarum absolutus esset: ‘Stupris se omnibus ac flagitiis contaminavit: cæde nefaria cruentavit: diripuit socios: leges, quæstiones, judicia violavit.’ Et postea, ‘Quid ego, ut violaveris provinciam,’ &c. Verine ergo simile est, hæc cum Catilinæ objicere, si illo defendantे absolitus est? Præterea movet me, quod, enī sint commentarii Ciceronis suarum etiam defensionum, commentarium tamen hujus defensionis aut principiū nullum invcniam. Itaque puto non defendisse, sed tantum de defendendo cogitasse; quod per hæc ipsa negari non potest. Hoc autem judicio absolutus est Catilina, infamia judicium; ut et Clodius infamis fuerit, quippe qui prævaricatus est: nam et rejectio judicium ad arbitrium rei videbatur esse facta. *Idem.*

*Collum]* Diximus et paulo ante Marii (Gratidiani) caput Catilinam per urbem tulisse. *Idem.*

*Familiarissimo]* Manifestum est C.

Verrem significari. *Idem.*

*Alter]* C. Antonium significat. *Id.*

*Eum]* Q. Gallium, quem postea renum ambitus defendit, significare videtur. Hic enim cum esset prætoræ candidatus, quod in ædilitate, quam ante annum gesserat, bestias non habuerat, dedit gladiatorium, sub titulo, patri se id dare. *Idem.*

PAG. 3076. *Ut cœpit senten. cos.]* Satis constat Q. Mucium Orestinum legi, quæ ferebatur de ambitu, intercessisse, idque graviter senatum tulisse. Videtur ergo senatores hortari ut S. C. prævertant Mucium legem impudentem. Quare hic locns ita videtur legendns, *Q. Mucium prævertile legem impedire, ut cœpit, senatusconsulto.* Sigen. Recentior Asconii editio, *Q. Mucium conantem legem impedire, ut cœpit, senatus, consules, prohibete. Sed, &c.* Alias non *Mucium*, sed *Mutium*.

*Lege]* Legem Calpurniam significat, quam C. Calpurnius Piso ante triennium de ambitu tolerat. Quod autem dicit damnatos esse designatos consules, P. Syllam et P. Antronium, de quibus jam diximus, vult intelligi. Cognomen autem Q. Mutio tribuno, quem nominat, fuit Orestinus. *Ascon.*

*Istum]* De Antonio dici manifestum est; sed dicit eum in exercitu Syllæ prædonem, propter equitum turmas, quibus Achiam ab eo vexatam esse significavimus. ‘In introitu gladiatorem,’ pertinet ad invidiam proscriptionis, quæ tum facta est: ‘in victoria quadrigarium,’ quod, cum Sylla post victoriam Circenses ficeret, ita ut honesti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius. *Idem.*

*Volcatius]* Paulo ante diximus, Catilinam, cum de provincia Africa decederet, petiturus consulatum, et legati Afri questi de eo in senatu fuissent, graves multas sententias de eo dictas esse. Itaque cum professus deinde esset Catilina petere se consulatum, L. Volcatius Tullus consul

consilium publicum habuit, an rationem Catilinæ habere deberet, si pateret consulatum. [Forte, *haberi deceret.* Oliv.] Nam quærebatur repetundarum. Catilina ob eam causam destituit a petitione. *Idem.*

*Qui te]* Diximus modo de hoc: nam judicium quoque secutum repetundarum, a quo ipse per infamiam liberatus est Catilina, sed ita, ut eum senatorum urna damnaret, equitum et tribunorum absolveret. *Idem.*

*Africanis oratoribus]* Legatis ex Africa, qui de te tuisque deprædationibus et expilationibus graviter sunt questi; quorum oratio ita senatori persuaserat, ut cum te equitum et tribunorum decuriae absolverent, illi prorsus condemnarent. *Patric.*

PAG. 3077. *Ab equestri]* Equester ordo pro Cinnanis partibus contra Syllam steterant, multasque pecunias abstulerant, ex quo ‘saccularii’ erant appellati; multique ob ejus rei invidiam post Syllanam victoriam erant interfici. *Ascon.*

*Spectaculum]* Ejusdem illius Marii Gratidiani quod caput gestarit, objicit. Quo loco dicit Catilinam caput M. Marii gestasse, ‘quod caput, etiam tum plenum animæ et spiritus, ad Syllam usque, ab Janiculo ad ædem Apollinis, manibus ipse suis detulit,’ omnia sunt manifesta. Ne tamen erretis, quod his temporibus ædes Apollinis in Palatio sit nobilissima; admonendi estis, non hanc a Cicerone significari, ut puto, quam post mortem etiam Ciceronis multis annis Imp. Cæsar, quem nunc Divum Augustum dicimus, post Actiacam victoriam fecerit; sed illam demonstrari, quæ est extra portam Carmentalem, inter forum Olitorium et circum Flaminium. Ea enim sola tum demum Romæ Apollinis ædes. *Idem.*

*Luscium]* Hic quem nominat, L. Luscius, notus centurio Syllanus, divesque e victoria factus, (nam amplius H-S centies possederat) damna-

tus erat non multo ante, quam Cicero dixit. Objectæ sunt ei tres cædes proscriptorum circa eosdem dies. L. quoque Bellienus damnatus est, quem Cicero ait avunculum esse Catilinæ. Hic autem Lucretium Asellam, consulatum contra voluntatem Syllæ, ad turbandum statum civitatis, petentem, occiderat, jussu Syllæ tunc dictatoris. *Idem.*

*Catilinam]* Hujus autem criminis periculum, quod objicit Cicero, paucos post menses Catilina subiit. Post effecta enim comitia consularia, et Catilinæ rēpulsum, fecit eum renm inter sicarios L. Lucullus paratus eruditusque, qui postea consulatum quoque petiit. *Idem.*

PAG. 3078. *Crimen]* Fabia virgo Vestalis causaam incesti dixerat, cum ei Catilina objiceretur: eratque absoluta hæc Fabia, quia soror erat Terentiæ Ciceronis. Ideo sic dixit, ‘etiam si culpa nulla subasset.’ Ita et suis pepercit, et nihilo levius inimico summi opprobrii turpitudinem objecit. *Idem.*

*Uxorem]* Dicitur, Catilinam adulterium commisisse cum ea, quæ ei postea socrus fuit; et ex eo stupro duxisse uxorem, cum filia ejus esset. Hæc Luceins quoque Catilinæ objicit in orationibus, quas in eum scripsit. Nomina harum mulierum nondum inventi. *Idem.*

*Violareris]* Cum sequatur ‘ut te illuc gesseris, non audeo dicere,’ idcirco pro *violaveris*, legerem *vi occupaveris*, *involveris*, vel aliquid tandem huic simile. Cui demum lectioni respondet, ‘pop. Rom. clamante,’ &c. *Putric.*

*Absolutus]* Dictum est jam sæpius, Catilinam ex prætura Africam obtinuisse, et accusante eum repetundarum P. Clodio absolutum esse. *Ascon.*

*Optimalum]* Quos nominat, intelligitis. Fuit enim opinio, Catilinam, et Cn. Pisonem, adolescentem per-

ditum, conjurasse ad cædem senatus faciendam ante annum quam hæc dicta sunt, Cotta et Torquato coss. eamque cædem ideo non esse factam, quod prius, quam parati essent, conjuratis signum dedisset Catilina. Piso autem, cum hæc dicerentur, perierat in Hispania, missus a senatu per honorem legationis, ut avus suus alegaretur; ibique, dum injurias provincialibus facit, occisus erat, ut quidam eredebant, a Cn. Pompeii clientibus, Pompeio non invito. *Idem.*

*An oblitus]* Diximus jam supra, Syllæ ludis, quos hic propter victoriā fecerit, quadrigas C. Antonium et alios quosdam nobiles homines agitasse. Præterea Antonius redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem senatori habere licet per legem. Fuit autem notissimus in Circo quadrigarum agitator Boeclus. *Idem.*

PAG. 3079. *Quod avunculus non impetrasset]* Antonius Augustinus, episcopus Allifanus, vir singulari scientia, et divino prope ingenio præditus, pro *avunculus*, reponit *a te Boeclus.* Qua lectione nihil cogitari potest melius. Est autem ‘Boeclus’ nomen agitatoris, cuius nieminit in Comentario Asconius. *Sigon.*

*Hispaniensi]* ‘Hispaniensem pugnunculum’ Cu. Pisonem appellat; quem in Hispania occisum esse dixi. ‘Duas sicas’ Catilinam et Antonium appellari, manifestum est. *Ascon.*

*Curius]* Curius hic notissimus fuit aleator, damnatusque postea est. In hunc est hendecasyllabus Calvi elegans, ‘Et talis Curius pereruditus.’ *Idem.*

### PRO Q. GALLIO.

PAG. 3079. Huic orationi Ciceronis et Catilina et Antonius contumeliose responderunt; quod solū poterant, invecti in novitatem ejus. Feruntur quoque orationes nomine illorum editæ, non ab ipsis scriptæ,

sed ab Ciceronis obtrectatoribus, quas nescio an satius sit ignorare. Cæterum Cicero consul omnium consensu factus est; Antonius pauculis centuriis Catilinam superavit, cum ei, propter patris nomeu, paulo speciosior manus suffragata esset, quam Catilinae. *Sigōn.*

Q. Gallium de ambitu postulatum scribit Asconius in commentario orationis in Toga; a Cicerone vero fuisse defensum, in Verrinarum. Ambitus autem objectus est, quod, cum præturam peteret, quia in ædilitate, quam ante annum gesserat, bestias non habuerat, dedit gladiatorium sub titulo, patri se id dare. Hujus autem defensionis præclara fit mentio in libro De Petitione Consulatus a Q. Fratre, his verbis: ‘Nam hoc biennio quatuor sodalitates civium ad ambitionem gratiosissimorum tibi obligasti, M. Fundanii, Q. Gallii, C. Cornelii, L. Corvini: et horum in causis ad te deferendis, quidnam eorum sodales receperint et confirmarint, scio.’ Orationis quidem D. Hieronymus meminit in libro De Vita Clericorum: ‘Nihil tam facile,’ inquit, ‘quam vilem plebeculam, et indoctam concionem linguae volubilitate decipere; quæ quicquid non intelligit, plus miratur. M. Tullius, in quem illud pulcherrimum elogium est, ‘Demosthenes tibi præripuit, ne essem primus orator; tu illi, ne solus;’ in oratione pro Q. Gallio, quid de favore vulgi, et de imperitis concessionatoribus loquatur, attende, ne bis frandibus ludaris.’ *Idem.*

*Videbar]* Hic locus aptissimus est ad eam virtutem oratoriam indicandam, quæ dicitur ἐπορθωτις: cuius rei causa a Quintiliano, et ab Aquila commemoratur. *Idem.*

PAG. 3080. *Tu istuc]* Valerius Maximus, lib. iv. cap. 10. ‘M. Cicerō,’ inquit, ‘quantum in pronuntiatione, et apto motu corporis momenti sit, oratione, quam pro Gallio habuit,

significavit, M. Calidio,’ &c. Gallium, quem Cicero defendebat, Calidius accusabat.

*Logos]* Ciceroni apud Nonium, et Terent. Phorm. iii. 2. 8. ‘logi,’ dicta sunt ridicula, nugatoria, inepta, et contemnenda, verba sine re. Sic Plautus, Stich. i. 3. 98. ‘Logos ridiculous vendo.’

### DE L. OTHONE.

PAG. 3080. Hic est L. Roscius Otho, qui in tribunatu, quadriennio ante Ciceronis consulatum, legem tulit, qua equitibus xiv primos theatri gradus constituit, reliquos superiores plebi. Qua de causa in theatrum veniens, consule Cicerone, a plebe convicio et clamore exceptus est. Hunc autem ut plebi reconciliaret, Cicero hanc orationem habuit. Unde dixit Plinius, lib. vii. cap. 31. de Cicerone, ‘Roscio, theatralis auctori legis, tribus ignoverunt, notatasque se discrimine sedis, æquo animo tulerunt.’ Cicero in epistolis ad Atticum hanc orationem ‘De Othonē’ appellavit, lib. xi. epist. 1. *Sigōn.*

### DE PROSCRIPTORUM LIBERIS.

PAG. 3080. L. Sylla dictator non solum inimicos suos proscripsit, sed eorum etiam filios in perpetuum pectorum honorum potestate, lege lata, privavit. Unde illa sunt M. Lepidi consulis in L. Syllam, apud Sallustium: ‘Quin solus omnium post memoriam hominum supplicia in post futuros composit; queis prius injuria, quam vita, certa esset.’ Contra hos igitur Cicero consul, cum, ut ad honores admitterentur, contendenter, egit, in oratione, quam inscripsit ‘De Proscriptorum Filiis;’ cuius orationis vim indicavit Plinius, lib. vii. cum dixit, ‘te orante proscriptorum liberos honores petere puduit.’ His tamen postea Cæsar dictator omnia concessit. *Sigōn.*

CONTRA CONCIONEM Q.  
METELLI.

PAG. 3080. Q. Metellus Nepos, tribunus pl. cum in M. Ciceronem apud populum, Silano et Murena coss. esset inventus, eum, ut sibi oratione responderet, compulit. Quam orationem cum post scripsisset, ‘*Contra Concionem Q. Metelli*’ vocavit. De hac contentione tum credo locutus est, cum ad Q. Metellum Celerem, Nepotis fratrem, ita scripsit: ‘*Ad III Non. Jan. cum agere cœpisset, tertio quoque verbo me appellabat, mihi minabatur. Hujus ego temeritati si virtute atque animo non restitissem, quis esset, qui me in consulatu, non casu potius existimaret, quam consilio fortem fuisse?*’ De oratione autem ipsa sic scribit ad Att. lib. I. ‘*In illam orationem Metellinam addidi quædam. Liber tibi mittetur:*’ et lib. III. ‘*Quæ est spes ita eodem tribuno pl. et inimico cons. designato? Percussisti autem me etiam de oratione prolatæ: cui vulneri, ut scribis, medere, si potes. Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat; sed ita compresseram, ut nunquam emanaturam putarem. Quo modo exciderit, nescio. Sed quia nunquam accidit, ut cum eo verbo uno concertarem, et quia mihi scripta videtur negligentius, quam cæteræ, puto posse probari, non esse meam.*’ Hinc factum est, ut Gellius, I. xviii. c. 7. ita scripserit: ‘*Concio significat orationem, quæ ad populum habetur, sicut M. Tullius in oratione quæ inscripta est, *Contra Concionem Q. Metelli*:*’ ‘*Ascendi;*’ inquit, ‘*in concionem; concursus populi factus est.*’ Post, ‘*Concionem esse dictam pro verbis, et oratione, docuit titulus Tulliani libri, qui a M. Cicerone inscriptus est *Contra Concionem Q. Metelli.**’ Meminerunt autem hujus orationis D. Augustinus, et Fortunianus in Rhetoricis suis, ita:

‘Utemur principiis in bonæ opinionis controversiis, sed brevioribus et erectoribus paulo, et confidentibus, et plenis dignitatis, sine jactantia duntaxat, ne res pariat invidiam; ut est illud apud Tullium, *Contra Concionem Metelli*, ‘*Sic enim, ut opinor, insepar fugientem, quoniam congregandi non licet cum resistente:*’ quod nunquam profecto tam magnifice dicere in exordio statim orsus fuisset, nisi et ipsius auctoris esset honesta persona, et res, de qua locutus esset, non improba.’ Meminit etiam hujus Priscianus. *Sigon.*

## DE CONSULATU SUO.

PAG. 3081. Hanc e Nonii Marcelli Collectaneis decerptam laciniam in Orationum fragmenta induxit Andreas Patricius, a cuius iudicio nolui ego discedere; uti neque ab exemplo Gruteri, et Grævii. Vix tamen probabile mihi est, ullam esse de consulatu suo a Cicerone dictam orationem. Affirmat enim, Fam. v. 2. et in Pison. 3. se magistratu abeuntem, concionis habendæ potestate per Metelli, tribuni plebis, injuriam, privatum fuisse, permissumque tantummodo ut juraret. Plutarchus quidem, in Crasso, commemorat orationem Ciceronis *De Consulatu* haud dubie, suo. At quis nescit, quam multa Plutarchus de Romanis rebus narraverit tide Græca? Io rebus autem Ciceronis quam sit merito suspectus, qui scire plenius volent, discent e Sebastiani Corradi Quæstura. Ubi ergo fuit segmentum istud? Quid, si a Nonio desectum credamus ex oratione illa *Contra Concionem Q. Metelli*? Quid, si e tribus, quos heroicis versibus *De Consulatu* Suo Cicero scripserat, libris? Atque ut arioler paulum semel, et ‘*disjecti membra poëtæ*’ colligam; Nonnum suspicor, ubi Cicero scripserat *felicia*, scripisse *fortunata*, et vocem loco movissc. Ita heroicus erit versus:

'Quorum luxurias peperit felicia censa:' qui versus in aliquo fuerit librorum trium De Consulatu: neque enim Nonius, quando hunc locum affert, dicit ex oratione aliqua esse depromptum. Quod vocem mutavit, nihil praeter solitum fecit: plena ejusmodi allucinationum in ejus libro sunt omnia. Quod *felicia* mutavit in *fortunata*, nihil mirum; ipse enim in Commentario De Varia Significazione Sermonum hoc annotatum habet: '*Felix* dicitur *fortunatus*.' Potuit ergo alterum vocabulum alteri substituere, quoniam utrumvis æque ostendit; quod hic volebat Nonius, cur genus Cicero in voce *census* mutaverit. *Oliv.*

#### IN CLODIUM ET CURIONEM.

PAG. 3081. Orationis in Clodium et Curionem non mediocris memoria extat, cum de ea insigne illud suum Quintilianus reliquerit judicium: 'editum in Clodium et Curionem librum vituperationem continere illum quidem, sed tamen in senatu sententiae loco esse habitum.' Ex fragmentis autem ejus collectis satis appareat, Ciceronem in eo vehementissime luxuriarem ac muliebrem mollitatem Clodii esse insectatum, cum ei 'psaltriam,' 'strophiūm,' 'calantiam' objiciat, cum sacra ab eo constuprata arguat, cum anteactam ejus vitam, ut solet, reprehendat. *Sigan.*

*Pulchris]* In Clodii formam jocatur, et in cognomen familiae Pulchrum. *Idem.*

*Ac vide, an facile tu fieri potueris, cum iis factus non sit, cui tu concessisti]* Loquitur credo de Clodio prætoræ candidato, qui annum suum reliquit, ut scriptum est in Miloniana. Significat autem, futurum fuisse, ut anno suo, quem præterierat, prætor non fieret, quia is, cui ille concesserat, factus non sit. *Idem.*

*Omnia sacrificia]* Sacra Bonæ Deæ a Clodio violata intelligit. *Idem.*

#### DE REGE PTOLEMÆO.

PAG. 3082. Orationis de rege Ptolemæo mentionem apud Aquilam, et Fortunatianum, Latinos rhetores, solum invenio. Fortunatianus autem eandem etiam de rege Alexandrino vocavit, cum dixit, 'Communis partitio, ut Cicero De Rege Alexandrino.' Item: 'Hypophoræ copiosæ ponuntur, si discrepans aliquid ostendatur, ut Cicero De Rege Alexandrino.' Eam vero de restituendo Ptolemæo Anlete fuisse crediderim, cum eam reductionem P. Lentulo, Ciliciæ proconsuli, sua sententia decerneret; ut ipse scribit in epistolis. *Sigan.* Hæc fuit habita Cn. Cornelio Lentulo, L. Marcio Philippo coss. ut patet ex lib. I. ep. I. ad Fam. Scribit enim de hac re ad P. Lentulum, tum Ciliciæ procos. Mentio autem orationis, et fragmenti, est etiam apud Capellam, ubi agit de figuris sententiarnm. *Patric.*

#### PRO P. VATINIO.

PAG. 3082. Vatinium et accusatum fuisse, et defensum a magnis viris, reperio: accusatum quidem a Licinio primum Calvo, nobili illa actione, de qua multi præclari auctores meminerunt, Tacitus, Catullus, Quintilianus, Aquila, cæteri, quos nos in epistolas ad hunc Calvum a Cicerone scriptas, in fragmentis epistolarum adnotavimus copiose; deinde vero insectatum quoque a Cicerone ipso, oratione quidem, quæ hodieque extat; defensum autem ab eodem, duobus, ut scribit Valerius, lib. vi. cap. 11. judicis publicis, non modo sine ullo crimine levitatis, quod eidem antea inimicissimus extiterit, sed etiam cum aliqua lande, cum speciosius multo injuriaæ beneficiis vincantur, quam mutui odii pertinacia pensentur. Etsi autem ejus defeusionis causam in Cæsarem conferre videatur ipse Cicero, quem sibi defendendi Vatinii aucto-

rem fuisse scribit lib. I. Epist. Famil. ad Lentulum, tamen Quintiliaus rei ipsi, et veritati, tributam id ab eo fuisse significat, lib. II. cap. I. cum ait, ‘Decet rem ipsam probare in qualicunque persona. Dixit Cicero pro Gabinio, et P. Vatinio, inimicissimis antea sibi hominibus, et in quos orationes etiam scriperat. Evidem orationis pro Vatinio Ciceronis, meminit Asconius initio expositionis suae in orationem pro M. Scauro.’ Quo ex loco intelligitur habitam esse eam L. Domitio Ahenobarbo, et App. Claudio Pulchro coss. id quod significat etiam lib. II. ad Q. Fratrem, epist. ultima. *Patric.*

*In Eunicho] Act. III. sc. I.*

### PRO M. ÆMILIO SCAURO.

PAG. 3082. Hanc quoque orationem eisdem consulibus dixit, quibus pro Vatinio, L. Domitio Ahenobarbo, et Appio Claudio Pulchro coss. Summus judicii dies fuit a. d. IV Nonas Septembrios.

ARGUM.—M. Scaurus, M. Scauri filius, qui princeps senatus fuit, vitri-  
cum habuit Syllam; quo victore, et  
munifico in socios victoriæ, ita absti-  
nens fuit, ut nihil neque donari sibi  
voluerit, neque ab hasta emerit. Ædi-  
litatem summa magnificentia gessit,  
adeo ut in ejus impensas opes suas  
absumperit, magnumque æs alienum  
contraxerit. Ex prætura provinciam  
Sardiniam obtinuit, in qua neque sa-  
tis abstinerent se gessisse existima-  
tis est, et valde arroganter: quod  
genus morm in eo paternum vide-  
batur, cum cætera industria nequa-  
quam esset par. Oraverat tamen ali-  
quando inter patronos causarum; et,  
postquam ex provincia redierat, dix-  
erat pro C. Catone; isque erat abso-  
litus ad III Nonas Quint. Inde, cum  
ad consulatus petitionem, ad III Kalend. Quint. Romam redisset, que-  
rentibus de eo Sardis, a P. Valerio  
Triario, adolescente parato ad dicen-  
dum, et notæ industriae, filio ejus qui

in Sardinia contra M. Lepidum arma-  
tulerat, et post in Asia Pontoque le-  
gatus L. Luculli fuerat, cum is bel-  
lum contra Mithridatem gereret, pos-  
tulatus apud M. Catonem prætorem  
repetundarm, ut in actis scriptum  
est, postridie Nonas Quint. post diem  
tertium, quam Cato erat absolutus.  
Subscripserunt Triario in Scaurum  
L. Marins, L. filius, M. et Q. Pacuvii  
fratres, cognomine Claudi, qui ad in-  
quisitionem in Sardiniam, itemque in  
Corsicam insulas dies tricens acce-  
perunt, neque profecti sunt ad inqui-  
rendum. Cujus rei hanc causam  
reddebant, quod interea comitia con-  
sularia futura erant: timere ergo se,  
ne Scaurus ea pecunia, quam ab so-  
ciis abstulisset, emeret consulatum,  
et sicut pater ejus fecisset, antequam  
de eo judicari posset, magistratum  
iniret; ac rursus ante alias provin-  
cias spoliaret, quam rationem prioris  
administrationis redderet. Scaurus  
summam fiduciam in paterni nominis  
dignitate, magnam in Cn. Pompeii  
Magni reponebat: habebat enim fi-  
lium liberorum Cn. Pompeii fratrem;  
nam Tertiam, Scævolæ filiam, dimis-  
sam a Pompeio, in matrimonium  
duxerat. M. Catonem autem, qui id  
judicium, ut diximus, exercebat, me-  
tuebat admodum propter amicitiam,  
quæ erat illi cum Triario: nam Fla-  
minia, Triarii mater, et ipse Triarius  
sororem Catonis Serviliam, quæ ma-  
ter M. Bruti fuit, familiariter dilige-  
bat. Ea porro ad Catonem mater-  
nam obtinebat auctoritatem. Sed in  
eo judicio neque Pompeius propen-  
sum adjutorium præbuit, (videbatur  
enim apud animum ejus non minus  
offensionis contraxisse, quod judici-  
um ejus in Mutiam, crimine impudi-  
citiæ ab eo dimissam, levius fecisse  
existimaretur, cum eam ipse probas-  
set, quam gratiæ acquisivisse neces-  
situdinis jure, quod ex eadem ute-  
rque liberos haberet) neque Cato ab  
æquitate ea, quæ et vitam ejus, et  
magistratum illum decebat, quoquam

deflexit. Post diem autem quartum, quam postulatus erat Scaurus, Faustus Sylla, tum quæstor, filius Syllæ Felicis, frater ex eadem matre Scauri, \*servus ejus vulneratus prosiluit ex lecticis, et questus est pro interempto esse competitoribus Scauri, et ambulare cum trecentis armatis, seque, si necesse esset, vim vi repulsurum. Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quatuor uteretur; at post bella civilia, ante legem Julianam, ad duodenos patronos est perventum: fnerunt autem hi sex P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius: ipse quoque Scaurus dixit pro se, ac magnopere judices movit et squalore, et lacrymis, et ædilitatis effusa memoria, ac favore populari, ac præcipue paternæ auctoritatis recordatione. *Ascon.*

*Maxime fuit optandum] Principinum hoc est orationis, quemadmodum D. Augustinus, et Fortunianus, in sua uterque Rhetorica, tradunt, ubi agunt de ratione exordiendi in genere causæ amphidoxo. *Sigon.**

PAG. 3085. *Cum dare nollet Aris]* Loquitur de Arinis uxore, quam a Scauro corruptam fuisse objiciebant ejus inimici. Sensus est: Cum Aris nollet uxorem Scauro dare, coactus est clam ex Sardinia fugere. Est enim verisimile, post cædes adulteria objecta eum purgasse. *Idem.*

*Ap. Claudio]* Significat Ap. Claudium Pulchrum, tum, cum loquebatur, consulem, P. Clodii fratrem; eumque innuit egisse, ut Scaurus accusaretur, ne cum Cladio fratre contenderer. *Idem.*

PAG. 3087. *Redimunt]* Nisi esset aperta Servii et Isidori sententia, de Castoribus hic a Cicerone sermonem esse, dubitare sane potuisse, an non de elephantis hæc prolata fuisserit. Nam et apud Plinium viii. 3. qui de elephantis loquitur, verbum est 'redimendi,' idem illud, quo hic

Cicero utitur. *Idem.*

*L. ipse Metellus]* Castoris et Pollucis templum Metellus, quem nominat, refecit. Laudaverunt Scanrum consulares novem, L. Piso, L. Volcatius, Q. Metellus Nepos, M. Perperna, L. Philippus, M. Cicero, Q. Hortensius, P. Servilius Isauricus pater, Cn. Pompeius Magnus. Horum magna pars per tabulas laudaverunt, quia aberant; inter quos Pompeius quoque: nam quod erat pro consule, extra urbem morabatur. Unus præterea adolescens laudavit, frater ejus Faustus Cornelius, Syllæ filius. Is in laudatione multa humiliter et cum lacrymis locutus, non minus audientes permovit, quam Scaurus ipse permoverat. Ad genna judicum, cum sententiae ferrentur, bifariam se dividerunt qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse, et M. Glabrio, sororis filius, et Paulus, et P. Lentulus, Lentuli Nigri Flaminis filius, et L. Æmilius Bucca filius, et C. Memmius, Fausta natus, supplicaverunt; ex altera parte Sylla Faustus, frater Scauri, et C. Apronius Lino, cui Fausta ante paucos menses nupserat dimissa a Memmio, et T. Peducens, et C. Cato, et M. Olenas Curtianus. Sententias tulerunt senatores duo et xx, equites tres et xx, tribuni ærarii xx; ex quibus damnaverunt senatores iv, equites ii, tribuni ii. Cato prætor, cum vellet de accusatoribus in consilium mittere, multique e populo manus in accusatores intenderent, cessit imperitæ multititudini, ac postero die in consilium de calunnia accusatorum misit. C. Triarius nullam gravem sententiam habuit; subscriptores ejus, M. et Q. Pacuvii fratres, denas, et L. Marius tres graves habuerunt. Cato prætor iudicium, quia æstate agebatur, sine tunica exercuit, canpestri sub toga cinctus; in forum quoque sic descendebat, jusque dicebat; idque repererat ex veiere consuetudine, secundum quam et Romuli ætatis statuæ in Capitolio, et in Ros-

tris Camilli, fuerunt togatae sine tunicis. *Ascon.*

### PRO A. GABINIO.

PAG. 3088. Quoniam de orationibus diximus, quas scriptas edidit, sequitur, ut de iis etiam dicamus aliquid, quas in Commentariis reliquit. Hic enim omnium defensionum, sive causarum quas acturus esset, memoriae commentarios scribere solitus fuit: quas autem se maxime expolire videbat posse, eas, poste aquam egisset, diligenter scriptas edere; quas non probaret, in Commentariis relinquere consuevit. Quod idem de se ait Cato apud eum in libro de Senectute: 'Causarum illustrium quascunque defendi, nunc quam maxime conficio orationes.' De quibus Commentariis sic video scripsisse Asconium in commentario orationis in Toga Candida: 'Præterea movet me, quod cum sint commentarii Ciceronis suarum etiam defensionum, commentarium tamen hujus defensionis, aut principium nullum inveniam.' Quintil. iv. 1. 'Cicero pro Scauro ambitus reo, est in Commentariis,' &c. Ut autem Scauri causa de ambitu extitit in Commentariis, sic etiam A. Gabinii. Proditum hoc est litteris a D. Hieronymo in Apologia adversus Rufinum his verbis: 'Unde et Tullius in Commentariis causarum pro A. Gabinio, Ego, inquit, cum omnes inimicitias tuendas semper putavi,' &c. Fuerat autem Gabinio inimicissimus, quippe quo consule civitate fuerat pulsus. Post autem cum eo reversum in gratiam eundem in judicio defendisse ipse testatur in Orat. pro Rabirio Postumo. Eosdem vero etiam Commentarios a Diomede intelligi arbitror, cum ait, 'Cicero causarum XIII. Re vendita, iterum empata.' *Sigon.*

### PRO M. FONTEIO.

PAG. 3088. *Ludum*] Hunc jocum Delph. et Var. Clas.

Scipio ad Apul. *Apolog.* n. 74. explicat, vivam meretricem capturas fecisse, et discipulos habuisse, quasi ludo meretricio aperto; ea mortua, creditores ejus bona ex edicto possedisse, et creato magistro, ea proscriptisse, et vendidisse. De 'magistris' plura vide apud Cujac. ad lib. LIX. de V. S. C. et Scip. Gent. in Orig. *Burman.*

### IN L. PISONEM.

PAG. 3089. *Sarraco*] Alias, *serraco*. Genus vehiculi, seu plaustrum. Vide Quint. viii. 3.

PAG. 3090. *Coniscans*] Dicitur proprie de arietibus, cum adversis cornibus et frontibus incurvantur. Alias *conissans*. *Lucret.* II. 320.

*Nomen*] Tametsi hæc oratio sic inscribitur, 'In L. Pisonem,' tamen non puto vos ignorare, hunc Pisonem ex ea familia esse, quæ Frugi appellata sit: et ideo dicit aspernari eum moribus nomen. *Ascon.*

*Placentiam*] Magnopere me hæsi-tare confiteor, quid sit, quare Cicero Placentiam municipium esse dicat. Video enim in annalibus eorum, qui Punicum bellum secundum scripserunt, tradi, Placentiam coloniam deductam pridie Kal. Januarii, primo anno ejus belli, P. Cornelio Scipione patre Africani, Ti. Sempronio Longo coss. Neque illud dici potest, sic eam coloniam esse deductam, quemadmodum post plures ætates Cn. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompeii Magni, Transpadanas colonias deduxerat; Pompeius enim non novis coloniis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii, ut possent habere jus, quod cæteræ Latinæ coloniæ; id est, ut petendi magistratus gratia civitatem Romanam adipiscerentur. Placentiam antem sex millia hominum, novi coloni deducti sunt; in quibus equites deducendi fuit causa, ut opponerentur Gallis, qui eam partem Italiae tene-

bant. Deduxerunt triumviri P. Cornelius Asina, P. Papirius Maso, Cn. Pompeius, sive Cn. Cornelius Scipio: eamque coloniam tv deductam esse invenimus. Deducta est autem Latina. Duo porro genera eorum coloniarum, quæ a populo Romano deductæ sunt, fuerunt: erant enim aliæ, quibus ius Italiæ dabatur; aliæ item, quæ Latinorum essent. De se autem optime meritos Placentinos ait, quod illi quoque honoratissima decreta erga Ciceronem fecerant, certaventque in ea re cum tota Italia, cum de reditu ejus actum est. *Idem.*

*Civitatem]* Hic quoque dicit civitatem fuisse. Ab eadem persuasione ponit Placentiam municipium fuisse. Avum autem Pisonis primo Gallum fuisse ideo ait, quod venisse eum in Italiam dicit trans Alpes; Gallica-

num, quod in Italia consederit; semi-placentinum, postquam ascitus sit a Placentinis; quod multo post ea tempora fuit, quibus Placentia colonia deducta est. *Idem.*

*Socerum]* Quis fuerit sacer Pisonis patris, supra dixit his verbis, ‘Insuber quidam fuit,’ &c. Calventum aiunt eum appellatum, patris Pisonis, contra quem hæc oratio est, sacerum-Rutilium Attilium Nudum Fenestella tradit. Cicero filiam post mortem Pisonis generi P. Lentulo collocavit, apud quem illa ex parte decessit. *Idem.*

#### EX COMMENTARIIS, LIB. XIII.

PAG. 3090. Hi Commentarii quid sint, abunde declaravit Siganus in *Fragm. Orat. pro A. Gabinio*; eum vide. *Patric.*




---



---

FINIS CICERONIS ORATIONUM.

---



---







UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY  
Los Angeles

This book is DUE on the last date stamped below.

NO PHONE RENEWALS

REGD JUL 15 1986

JUL 28 1986

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 807 0



3 1158 01124 6450

SCOTT MARCH  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.

